℣ In tribus in cōuersatōe hūana debet affectuosa benignitas cōseruari. ¶ Capitum. iij.

Quartus q̄z affect⁹ est benigne ꝺuersationis. Est enī benignitas q̄dam animi dulcoꝝcludēs oēm neq̄tiā: abilitās hoīez ad internā letictā ⁊ ad beniuolētiā atq; in exteriori ꝺuersatōe reddēs hoīem affabilē ⁊ benignuz ⁊ maxime in tribus. ꝑmo in ꝟbis. scdo in factis. tertio in gestib⁹ seu modis ℣ Primo in q̄z talis affect⁹ reddit hoīem affabilē ⁊ benignū in ꝟbis. cum sit benign⁹ in corde. merito fit benignus in ore. Vñ Bath. xij. Ex abūdantia cordis os loq̄t. Qte aūt sit grē ⁊ virtutis talis benign⁹ sermo ostēdit ꝓuerb. xv. Lingua placabilis lignū vite. que aūt imoderata est ꝓterit spiritū. Et ꝓuerb. xxv. Patiētia lenit princeps ⁊ lingua mollis frangit duriciē. Vñ etiā Eccl. vj. Lingua eucharis. i. gratiosa in bono hoīe abūdauit. Et Esa. l. Dedit mihi dñs linguam eruditā vt sciam eū q̄ lapsus est sustētare ꝟbo. ℣ Scdo reddit talē hoīem affabilē ⁊ benignuz in factis. Dicunt aūt benigni q̄s bon⁹ amoris ignis ad bñfaciendū ꝓximis feruere facit. Talis aūt benignitas est in affectu q̄si larga reruz bñficiētia atq; ꝓmpta Vñ ꝑm glo. benignitas est largitas rerū que fiunt cū dulcedine animi q̄ bonitas nūcupat sicut ij. Cor. ix. ait apl's. Hylarē datorē diligit deus. ℣ Tertio talis affectus reddit hoīez affabilē ⁊ benignū i gestib⁹ ⁊ modis. s. in ꝺuersatōe domestica ⁊ hūana ac suaui ⁊ dulci. Ad qđ hortat apl's ad Eph. iiij. di. Estote inuicē benigni. vr̄a ꝺsatōe ⁊ vita.

℣ Propter triplicē pticipationē dei quilibet vario ex respectu affectuose est honorādus. ¶ Capl'm. v.

Quintus affectus est humilis honorationis. vt. s. homo oīs reuereat. oīs sibi p̄ferat atq; oībus tanq̄z dñis suis humili cōrde se subdat. Et vt hoc efficere possit Notandū est q⁹ ꝑm Alexan. de halis in iij. Honor est prestatio p̄eminentie in illo qui honoratur. Duplex est enī p̄eminentia honore digna Prima est increata. scda vero est creata. Prima eminētia increata ꝺsiderat tripliciter. Primo respectu p̄ncipij. scdo respectu sapientie. tertio respectu bonitatis. ⁊ talis p̄eminētia in infinitum excedit quālibet p̄eminētiā cuiuslibz creature. Inde est q⁹ ei soli ⁊ nō alteri debet sūmus honor: qui cultus latrie nuncupatur. De quo Deuter. vj. ⁊ Matth. iiij. preceptū est. Dñm deū tuū adorabis ⁊ illi soli seruies. ℣ Secūda aūt p̄eminētia creata que ex prima per triplicem participationē ozigenez habet. Primo ex participatōe p̄incipij. secūdo ex participatōe sapiētie. tertio ex participatōe bonitatis. Prima autez est participatio p̄incipij. Et ꝑm hec tria sunt genera hominū qui participāt p̄incipium dei. Primi sunt patres corporales. secūdi sunt p̄res spirituales. tertij sunt patres temporales. ℣ Primi sunt patres corpales qui diuinum p̄incipiū participāt ad esse naturale filioꝝ suoꝝ ideo Exo. xx. in quarto p̄cepto dñs ait. Honora p̄rem tuū ⁊ mr̄em tuā vt sis lōgeuus sup terrā. Et Eccl. vij. Honora p̄rem tuū ⁊ gemituz mr̄is tue ne obliuiscaris. Memēto q̄ nisi p illos nō fuisses. ℣ Secūdi sunt p̄res spūales qui diuinū p̄ncipiū pticipant ad bene esse spūale spūaliū filioꝝ: ⁊ hmōi sunt prelati ⁊

quilibz spũales patres ideo honore sunt digni Ũñ.j.Thimoth.v. Presbyteri duplici honore digni habeant.s.tpali ac spũali maxime qui laborãt i labore t doctrina ad hoc nõ xj.q.c.j. sacerdotib⁹ vbi plura de sacerdotũ honore habent. Tertij sunt tpales q̃ diuinũ p̃ncipiuz pticipãt ad bene esse tpale subdito⁹ suo⁹: cuiusmodi sunt reges t oia dñia mũdi rõne cui⁹ pticipatõis honorãdi sunt q̃libet in tpali dñio p̃sidẽtes. Ũñ.j.Pe.ij. Deũ timete regẽ honorificate. Secũda est pticipatio sapie. quaz q̃dem duo genera hoiuz pticipare dicunt. Primi sunt viri periti in q̃cũq; honesta t licita cõuersatiõe t facultate. Ideo honorãdi sunt viri docti. Ũñ Leuit.xix. Honora psonã senis.scz etatis t sapia ẽm glos.qz vt dicit. Eccl.j. Omis sapia a dño deo est. Etiã pticipãtes dei sapiaz sunt viri antiq̃: ideo honore sunt digni. Ũñ Leuit.xix. Coram cano capite cõsurge. Tertia ẽ pticipatio bonitatis rõne cuius q̃libet iustus honorãdus est. Et hec est etiã duplex ẽm Alexan. de halis. Prima est pticipatio bonitatis ẽm actũ. secũdo ẽm potentiã. Secũm p̃mã cuz videmus aliquẽ iustũ illũ hono rare debemus nobis illũ meliorẽ existimãtes iuxta illũ Phi.ij. In hũilitate supiores subinuicẽ arbitrãtes. Secũda vero ẽm potentiã qua.s.mali effici possunt nobis meliores Ũñ.j.Pe.ij. Oẽs honorate. t ad Roma.xij. Honore inuicẽ preueniẽtes. Ex p̃dictis igit̃ ptz q̃ q̃libet est honorãd⁹ ẽm suũ respectũ.

Ex tribus inter primos cordialis et affectuosa vnitas generat̃ t cõseruatur. Cap. VI.

Extus est affectus cordialis vnionis vt.s.homo q̃tũ ex se est t q̃tũ ẽm deum põt cum ceteris hoibus se sentiat vnũ atq; eos sentiat semetip̃m t oiuz rectũ velle p̃ suo reputet t ecõtrario. Ex tribus siq̃dez hec cordialis vnitas affectus in aĩa generat̃ t ꝓseruat̃. p̃mo ex hũilitate. secũdo ex puritate. tertio ex charitate. Primo in q̃z generat̃ ex hũilitate. Humilitas enĩ primo suo ẽm deũ in oibus ꝓdescẽdit. gratitudinẽ t honorẽ impendit: t q̃libet hũilitatis obsequiũ p̃mptissime subministrat. Quis etiã erga primũ misericors esse põt t pius tam in ꝓdonatis iniurijs q̃z supportãdis eorum miserijs t pctis nisi q̃ se lõge reputet vilio rem? Hec oia p̃dicta requnt ad cordialis vnionis affectũ. Et ad hoc hortat apl's ad Roma. xij. Non alta sapiẽtes sed humilib⁹ cõsentiẽtes Secũdo generat̃ ex puritate maxime ex illa ꝺ qua Matth.v. dicit. Beati mũdo corde: q̃m ipsi videbũt deũ. Hi sunt q̃ simplici oculo t puro corde intendẽtes in deuz inter imũda mũdi mundũ hñtes aspectũ. primuz in dño amplectunt. Ũñ ps. Beati imaculati in via t̃c. Tertio generat̃ ex charitate. Charitas enĩ que liquet hũana corda cum in cor hois diuinit⁹ sic fuerit p̃ infusa illud q̃z iuenit hũile ac purũ oia malo⁹ bona in se trãsformat t facit sua. Boluz enĩ liquidũ est qꝺ cõgruit oi forme: qꝺ optime cõgruit amatoris cordi. Ũñ ps. Factũ est cor meũ tanq̃z cera liquescẽs in medio ventris mei Et Act.iiij. Credentiũ erat cor vnũ t aĩa vna Nam hũilitas eos euacuauerat sensu p̃po⁹ Puritas eos mũdauerat mũdano ꝓtagio. t charitas p̃ trãsformationẽ locauerat in vno amorosi cordis glutino. Hinc Matth.xviij. Vbi sũt duo vel tres cõgregati in noie meo: ibi suz i medio eor. Duo siq̃dem vel tres in corde in noie dñi cõgregati sunt cum ibi sunt hũilitas t puritas cuz dilectõe primi adunate: t tũc vere in eius cordis medio regnat dei amor pariẽs hũc verũ atq; pfectũ cordialis vniõis affectũ.

Ex triplici ardẽti affectu ad primũ cõtingit hoiem ꝓpe o in mortẽ tradere vitam suam. Capitulũ. VII.

Eptimus enĩ affect⁹ est xp̃i formis p̃ oibus oblatõis t passiõis vt.s.instar xp̃i p̃ oiuz salute parat⁹ sit ponere aĩaz suã atq; die noctuq; orare laborare vt oẽs xp̃o inuiscerent. t xp̃s in eis. Primo p̃ eius vita corporali. secũdo p̃ vita eius spũali. tertio p̃ eccl'a generali. Primo p̃ eius vita corpali t hoc nõ est de nccite p̃cepti. sed de pfectõe ꝓsilij. Nam iuxta p̃ceptũ dñi Mat.xxij. Diliges primũ tuũ sicut teip̃m. Nõ enĩ tenet̃ eũ plus diligere q̃z seip̃m imo sicut seip̃m igit̃ p̃us seip̃m diligere põt. Si q̃s igit̃ vellet ex primi charitate pl⁹ q̃ ad corpus primũ diligere q̃z seip̃m ac pot⁹ mallet mori q̃z illũ: pfectõis assumeret cõsiliuz non p̃ceptũ. Secũdo p̃ eius vita spũali. Et in hoc distinguendũ est. Quia aut imminet manifestũ piculũ anime primi. qz abneget fidem si me nõ oppono cum manifesto piculo vite tunc de necessitate salutis obligor meã corporalẽ p̃ primi spirituali ponere vitam. Aut non imminet periculũ. t tunc p̃priuz corpus morti exponere p̃ anima primi pfectõis ꝓsiliũ est non tamẽ preceptũ. Ũñ Joh.xv. Maiorẽ dilectionẽ nemo habet vt aĩam suã quis ponat p̃ amicis suis. Sed de his latius in.ij.t.iij. articulo septimi sermonis agemus. Tertio p̃ eccl'ia generali sicut btũs thomas cantuarien̄ est passus: eque enĩ euãgelica libertas optãda est sicut t fides. Hic impatori theodosio ipse btũs ambrosius ait Si rapis si deuoras si accepis sustineo si autẽ extendis manũ ad sanctuariũ dei ibi me inuenies sacerdotẽ que habent.xxiij.que.viij

De mercantia diuini amoris.

cap̃. q̃uenior. vbi multa de his ambrosius ait hic vere celebrat̃ carnis priuiũ. i. priuatio carnis ⁊ spũalis crapulatio amoris si vini q; talis fastidit⁹ carne corpora atq; inebriat⁹ diuina suauitate mortẽ ꝓtẽnes ⁊ vitã sine fine querẽs illam cõsequit̃ cum sanctis oĩbus in gloria per hẽniter regnaturus. Ad quã nos ꝓducat q̃ sine fine viuit ⁊ regnat Amen.

Feria. iiii. in die cinerũ de mercantia diuini amoris. Sermo. v.

Thesaurisate vobis thesauros in celo Matth. vi. ⁊ in euãgelio hodierno Magna atq; desiderabilia de charitate in p̃cedẽtibus dicta sunt: sed qua via acq̃ri p̃t modo dicemus. Necesse igit̃ est oi qua possum⁹ iuestigãre solertia tam admirãdus thesaur⁹: qua via ⁊ modo acq̃ratur penitus. Circa q̃ aduertendũ est. q; cuz homo q̃uenerit ad arbitrij libertatez nulla via nulloq; studio deniq; nullo modo alio adipisci p̃t: nisi p emptõis ꝓtractũ. Cuz quo posset emi videndũ est. Huius mercantie solus mercator est deus. totusq; pl's fideliter audientiũ verbũ dei est turba que ad nũdinas ⁊ mercatũ diuini amoris currit. Porro p̃dicator sensalis merito dici p̃t q̃ pl'm exhortat̃ ad emendũ diuinã dilectionẽ. Vñ dñs in ẏbo p̃dicto in psona p̃dicatoris quasi clamãdo dicit. Thesaurisate vobis thesauros in celo. q̃ fit p opa charitatis. per illã eni fit homo locuples ⁊ diues ideo emite eam. Sed anteq; ad ꝓtractũ hmõi emptõnis q̃uiat̃ p̃notandũ est q; duodecim sunt leges que in hac emptõe ꝟuade sunt. Prima dicitur lex libertatis. scda generalitatis. tertia p prietatis. quarta singularitatis. q̃nta p̃ciositatis. sexta nouitatis. septima puritatis. octaua vtilitatis. nona copiositat⁹. decima facilitatis vndecima dubietatis. duodecima ẽ lex paupertatis. Et primo dicent̃ p̃me quattuor. scdo secũ de quattuor. tertio tertie quattuor. Prime aũt octo leges habent̃ Apoc. iiij. in septima lege exprimunt̃ vbi dicit̃ Suadeo tibi emere a me aurum ignitũ ⁊ pbatũ vt locuples fias.

Articulus. i. vbi exprimunt̃ quattuor p̃me leges diuini amoris. In p̃ma lege aũt declarat̃ q; oĩs etiã impij ⁊ iniqui possunt emere charitatẽ.

Capitulum. i.

Prima lex dicit̃ libertat⁹. Regalis nãq; est iste mercator. neminẽ violentat hanc mercantiã emere: sed illã ante oculos hominũ ponit nec simulate abscondit nec insup illam impudẽter ꝟponit. Si eni illã maliciose celaret cõprehenderet̃ charius iusto precio velle suam vendere mercantiã. Si ẏo eam quadaz importuna p̃cacitate mõstraret in mercãtia suspicio falsitatis argui posset. Ideo in q̃daz medio archane prudẽtie sue statuẽs illã dicit suadeo Suasio q̃dem nõ coactio sed moderata exhortatio dici p̃t. Vult eni mercator deus volũtatẽ nostrã in libertate arbitrij pmanere duz hic sumus in via: quilibet hanc mercantiã posset emere sicut libet. Hec autẽ est lex libertatis Eccl. xv. scripta est vbi dicit̃ q; deus ab initio cõstituit hoiem ⁊ reliq̃t illũ in manu cõsilij sui vt nõ vi cogẽdo hanc mercationẽ emere vl' nõ emere sed solũ suadẽdo demõstrare⁹ inter misericordiã ad hoc suadentẽ ⁊ dei iusticiaz ad hoc cõsensuz requirentẽ libertas arbitrij pmanere Anima ẏo cõsentiente hanc emere mercantiaz deus illam paratus est vendere ad bonũ forum et cum rectitudine boni ⁊ veri mercatoris ⁊ osculo pacis Vñ ps̃. Misericordia. ecce mercator cum mercãtia. ⁊ ẏitas hic est emptor cũ lumine veritatis. Isti nanq; cum foro liberi arbitrij quod est mũdus per fidez obuiarũt sibi et tunc iusticia ementis ⁊ pax vendẽtis p mutuum cõsensum osculate sunt. Hec autẽ mercãtia a mercatore semp placida suasione hominũ offert̃. Vnde. j. Petri. j. Sperate in eam q̃ offertur vobis grãm. hoc est in hanc mercantiaz charitatis Emptor autẽ hmõi mercãtie habet se ad ipsam emẽdã disponere ⁊ habilitare. Vñ Proũ. xvj. Hois est animũ p̃parare q; nõ datur grã nisi ei qui hoc modo se ad eaz habilitet et disponit. Sicut enim qui os ad sumendũ cibum negligit apire debet talis merito fame mori: sic qui a suadẽti mercatore amoris hãc mercantiã negligit emere eterna egestate debet merito perire. Ideo ait ppha in psona dñi. Aperi os tuũ ⁊ implebo illud. Tunc enim aperit̃: q̃n mortalis culpe obstaculũ remouet̃. Aduertendũ est tñ q; licz homo preparet materialiter voluntatẽ per habitabilitationẽ deus nihilominus eam p̃parat affectiue p informationẽ. s. vt bonũ velit. Volũtas enim nõ p̃t bonũ velle nisi ipa sit bona. ⁊ nõ p̃t esse bona nisi a gratia. Vñ ad Roma. ix. dicit̃. Non est volentis neq; currẽtis sed solius dei miserẽtis. s. qui volũtatẽ p informationẽ p̃parat affectiue. Vñ dicitur. iiij. Reg. iiij. q; mulier vidua ad cõsiliuz helizei multa vasa accepit mutuo a vicinis suis atq; ꝺ modico oleo q̃ habebat i lechito prigentib⁹ filijs suis vasa. illa infundebat oleũ ⁊ implebant̃ vasa sed deficientibus vasis oleum amplius nõ creuit. vt mystice innuat q; deficiẽte p̃paratõe deficit gratia.

Qr etiã hoibus malignis exponit̃ venalis charitas dei. Ca. ii.

Sermo V

Secūda lex cōsiderāda in emptōe amoris est lex generalitatis. Generalit enī oibus pponit emēda charitas dei bonis ⁊ malis pponit piuris. blasphemis. detractoribus. pcialib⁹. mēdosis. falsis testib⁹. pditoribus. meretricib⁹. ebriosis. simoniacis. sortilegis. furib⁹. raptoribus. vsurarijs. lusoribus. sodomitis. iudeis. oibus sarracenis. hereticis. ceteriscz oibus iniqs ⁊ impijs hoibus. etiā q̄dāmodo demonib⁹ offert amor. Vñ ad Rho. ij. Nō est psonarū acceptio apud deū. Et Mat the. v. Solē suū facit oriri sup bonos ⁊ malos vt nō sit q̄ abscōdat se a caloze ei⁹. Ideo subdit Job. tibi scz pctōri vel iusto. Sicut eī hic terminus tibi. ad q̄scunqz bonos vel malos dirigi pōt: sic charitas dei venalis exposita est oibus rōnabilib⁹ ⁊ q̄dāmodo irrōnabilib⁹ creaturis. Vis videre signū huis mercātie amoris Audi ps. Suauis est dñs vniuersis ⁊ miserationes eius sup oia opa eius. Eccl. q̄z. viij. Peccatoz ex eo q cēties facit malū ⁊ p patientiā sustentat. Noui q bñ erit his q timēt. Et itez. j. Timo. ij. de dño apl's ait. Qui vult oēs hoies saluos fieri. Nō vbū exponēs Damasc. ait q in deo est duplex volūtas. Non q̄dem expte volēti sed voliti. s. volūtas antecedēs vel absoluta. ⁊ volūtas ꝯsequēs seu ꝯditionata. Volūtas aūt absoluta est que respicit ordinē nature put a deo cōdita est ⁊ qz a deo oīne bonū est volitū ⁊ naturā intellectualē bonū est obtinere salutē: iō q̄tū ex se ē vult oēs hoies saluos fieri qz ad hoc oēs ꝯueniūt in hūana natura. Voluntas vo ꝯditionata respicit ordinē psone ex parte liberi arbitrij in q̄ incidit in malū ⁊ qz nō est bonū oēs hoies saluos fieri nisi subcōditiōibus istis. s. vt q̄ se p̄cepet ⁊ saluari cōsentit vult deus saluari p sue gr̄e largitatē nolentē vero ⁊ sue gr̄e resistentē deus non vult saluari. qz nec bonū nec iustū est. Patet exemplo. Lz eni sol oēs hoies illuminare sit aptus tñ q̄ oculū claudit vel se ab eo auertit nō illuminat a sole. Sic deus q̄tuz in se est paratus est oēs saluare ⁊ tñ hoies q̄ obstaculū ponūt nequaq̄ saluat. Patet etiā hoc idem exemplo regis. Rex enim iustus ad cōformitatē nature cōspiciēs q̄tum in se est vult oēs hoies sui regni saluari attn ppt deformitatē culpe maleficos vult dānari. Sitr est in deo. Necesse igit est hoiem facere qđ suū est. s. se disponere ad salutem qz ex se vult deus oīes saluari. Meritoq̄ dici pōt stultus q̄ dicit volo facere quicq̄d mihi placet: qz si saluari debeo oīno saluabor. si vo dānari dānabor. ⁊ sic frustra date eēnt a deo scripture sacre ⁊ doctrine ⁊ oia sacra cūctaqz salutis remedia inania forent. Sicut eī stultus esset infirmus q̄ diceret volo comedē ⁊ bibere qđ placet. nam si sanari debeo sanabor. moriar vero si debeo mori ⁊ sic oīes medici inutiles essent ꝯ qđ Eccl. xxxviij scriptū est. Honora medicū ppter necessitatez etenim creauit illū altissimus. Nōne insipiens esset q̄ cuz nō cogeret ⁊ pīceret se de altissima turri diceret. si debeo morte euadere nō possū mori? Accedat insup ad hoc exemplū de viatore ad sinistrā pgente cui p̄dixit speculator q si illā icederet icideret i latrōes Ex dictis ptz q hec scda lex generalitatis est: qz oibus suam mercantiā exponit q q̄bus hic termin⁹ tibi demonstratiue dirigi potest.

Qz charitas nō potest aliquo ꝯtractu nisi emptōe acquiri. Ca. iij.

Tertia lex ꝯsideranda in emptiōe amoris est lex ꝑpriet atis. Non eī pīcit hec mercātia quasi lardū ad canes. Illam homo furari nō pōt nec depdari. nō locat nec cōmodat. nec impignorat nec accipit mutuo. sed solū vendit hec mercātia ideo inq̄t emere. O deus q̄d faciēt paupes saccomāni ⁊ ceteri q̄ nō habēt vñ emant? Rñsio videāt ipsi. Qz nunq̄d necessarij sunt denarij? sunt oino Et ad manū. Va ⁊ recipe. Non reciperet mercator a paupcula quadā domū suā aut vineā suaz aut paupculā supellectilē suam cum hr̄e denarios nō posset ⁊ hanc p̄ciosam mercantiā emere cōcupiscat? Rñsio nō. Heu me infelicē dicat illa qz paup ego sum. Nunq̄d his denarijs posset solui mercator? Quid si homo ipignoraret cāpum vineā vel domū suā nunq̄d his denarijs posset solui mercator? Nō. O deus quē modū tenebūt qui pecuniā in marsupio non habent. Videant ipsi. Nunq̄d hanc mercantiā ad credentiā daret mercator si q̄s etiā ppter terminū acceptū supadderet p̄ciuz? Ha ha ha. Nunq̄d vsurariū extimabim⁹ deū q̄ semp in vtraq̄ pagina ꝯdemnat vsuras? Absit hoc facinus a diuina bonitate. Sed q̄d si q̄s furaret denarios p hac imp̄ciabili mercātia emēda Rñdet apl's ad Roma. ij. Non sunt faciēda mala vt veniāt bona. Deus eni p̄cepit. Non furtū facies. Facere aut cōtra dei p̄ceptū est pctū mortale. Pzesuponam⁹ q aliq̄ viri vel mulieres nummos manuales nō habēt sicut necessarū videntur esse. Quid si mulier vana p hac mercantia daret capillos adulterinos quos tā chare enutriuit vel tanto labore quesiuit. daret etiam ei fucomēta faciei sue q̄bus se quasi venerē depingebat. daret insup sublimes trāpallos. longas caudas. amplas manicas. ꝯscisas frapas: grorucas alatas. deaurata calciamenta. lunulas. torques. mitras. olfactoriola. inaures. specula et si que hmōi ars vana muliebris hz. Certū si hec solutio mercatori placeat mihi nequaq̄ est

De mercantia diuini amoris.

tamen diligẽter ab eo exq̃raz. cõpatioꝛ nempe mulieribꝫ que totũ qđ habebãt in hmõi ꝓsum pserũt ⁊ tñ charitatẽ emere cõcupiscũt. Habet alter pauper adolescẽs tribularia taxillos naibos siue charticeas ad ludendũ cetera q̃ ꝓsimilia. de intuitu pietatis poscatis a mercatoꝛe si hec ⁊ hmõi sumeret ꝑ solutõe amoꝛis req̃ram statim a vobis rñdebo q̃si conicio q hec oia ꝑ solutõe assumeret. sed tñ hec lex iuiolabilis est q amoꝛis mercãtia emãt.

Capitulũ. iii.

Voꝛ in toto vniuerso non venditur amoꝛ. nisi i apotheca sanctissime crucis.

Quarta est lex singularitatis. Tanta ẽ em̃ huiꝰ mercãtie p̃ciositas singularis q̃ neq̃ in celo neq̃ in toto oꝛbe neq̃ in toto seculo nisi vna apotheca siue statio. ⁊ vnus mercatoꝛ huius mercãtie repiri põt ab oibus. Nũ đd ad illã possunt currere oẽs gẽtes. Quid facient q̃ in remotis agunt. quõ ad illã currẽt ceci claudi leprosi aridi languidi decrepite vetule incarcerati grauideq̃ mulieres mẽbris ꝓpuati ceteriq̃ valitudine destituti. O q̃ felix q̃ de ꝓpe illã locatꝰ repiet. Sed vbi est hec apotheca amoꝛis indica mihi vt ⁊ ego ante oẽs p̃currens cũctos ne impediar in emptiõe preueniã. Harsupiũ portaui plenũ ð amoꝛe amoꝛis. Indica mihi quem diligit aĩa mea vbi pascat vbi cubat in meridie amoꝛ meus. Vis te doceã reperire amoꝛis locũ? optas pꝛe itinere obuiare illi? Vade ad figurã crucis ibidẽ vendit amoꝛ nullibi alias est foꝛum eius. Intra hãc apothecam dilecta anima ꝓtemplare magnitudinẽ lõgitudinem latitudinẽ altitudinẽ ⁊ pfunditatẽ huius mercantie amoꝛis. Deus charitas est in cruce cum magdalena aĩa mea amplectere crucem. ditare cum ea qꝛ ditata est ibidẽ illa Comprehende cum oibus sanctis que sit huiꝰ apothece amoꝛis latitudo longitudo sublimitas ⁊ pfundũ. Lateza est infinita longeza nõ competa. largeza strẽnuata. pfundo pfundato. In q̃sti amoꝛosi abissili sancti sen semersi dentro edifoza oppressi damoze spellagoto Unus solꝰ mercatoꝛ est huius mercãtie in hac sola apotheca amoꝛis cherca p larte. Uñ subdit a ioanne a me scz q̃ solus sum mercatoꝛ amoꝛis sua deo tibi emere. Et merito. Solus em̃ habet amoꝛez solũ de suo amoꝛe possumꝰ dicere illud Joh. j. De plenitudine eius oẽs accepimus. ſ. tam angeli q̃ hoies gr̃az ꝑ gratia. Hinc est q tam feruenter ad suã apothecã vocabat amoꝛis Mat the. xj. dicẽs. Venite ad me oẽs q̃ laboꝛatis et onerati estis: ⁊ ego reficiã vos. ſ. refectõe amoꝛis. Iterũ in nouissimo magno die festiuitatis dicit dñs Jo. vij. Si q̃s sitit veniat ad me ⁊ bibat. Si q̃s sitit amoꝛẽ veniat passibꝰ affectõis ad me fontẽ vite indeficiẽtis. ad me toꝛrẽtẽ voluptatis inebꝛiantis. ad me dulcedinẽ amoꝛis trãsformãtis. Et merito dilecte amoꝛ: q̃m ꝑ te est fons vite ⁊ ad te currẽtes iebꝛiabunt ab vbertate domus tue ⁊ toꝛrẽte voluptatis tue potabis eos sicut ait ps̃. cuꝫ inebꝛiatus fuisset Auã magna multitudo dulcedis tue dñe quã abscondisti timẽtibus te.

Capitulũ. ii. in q̃ declarant alie q̃tuoꝛ legis diuini amoris. Ca. i.

Articulꝰ. ii. in q̃ declarant alie q̃tuoꝛ legis diuini amoris.

Prima est lex p̃ciositatis. O q̃ p̃ciosus est amoꝛ q̃ in ꝓspectu dñi oia p̃ciosa facit: ideo aurũ nũc denoiat. Aurũ enim ꝓuz thesauroꝝ p̃ciũ est. Omnes lapides p̃ciosi oia p̃dia cũcte domus ⁊ mercãtie ⁊ q̃cq̃d aliud app̃ciabile est: p̃cio auri extimabit. Sic cũcte hois cogitatões ⁊ affectões cũcti sermões insuper oẽs opatões amoꝛis p̃cio mẽsurant. Non em̃ ponderat dñs opes affectu sicut ptz. xxiij q. j. c. odi in fine vbi dr̃. Dñs nõ ea que offerũtur sed volũtates respicit offerẽtiũ. Et idez. xiij. q. v. c. si q̃d vbi dr̃ dñs interrogat coꝛ nõ manũ Quãto em̃ puriori seu feruẽtiori amoꝛe quicq̃ placitũ deo facimꝰ: tanto gratiosiꝰ deo reddit coꝛã eo. Uñ oꝛe dñico Lu. xxj. Laudata ẽ vidua paupcula que misit in gazophilaciũ duo minuta erea: nõ qꝛ mꝛta ⁊ magna fecit: sed qꝛ amꝛpla charitate dilexit. Nec solũ auruz est amoꝛ: sed qđ mirabiliꝰ est aurea reddit quecũq̃ ꝓtingit. plũbũq̃ in aurũ p̃ciosuz ꝓuertit. Opa nãq̃ lz de genere bonoꝝ sint cũ aũt fiunt ex charitate q̃si aurea ⁊ p̃ciosa fiũt. Ideo. iij. Reg. vj. scptũ est. q nihil erat in tẽplo qđ nõ auro tegeretur: qꝛ bona opa ex charitate facta q̃si aurea sunt q̃bus aĩa iusti exoꝛnat. Uñ in ps̃. Astitit regina a dextris tuis in ve. deau.

Capitulũ. ii. Ignita ꝑ deuotionẽ debet esse in anima charitas dei.

Vꝛignita ꝑ deuotionẽ debet esse in anima charitas dei.

Secũda est lex nouitatis. In hac enim lege charitas emi debet vt ſp nouit operatur magna: nouoq̃ feruoꝛe ſp iterũ renouet sicut charitas illiꝰ dilecte aie ad quã ait ps̃. Renouabit vt aq̃le iuuẽtus tua. Que nouitas a ioãne mystice subinfert cum ait ignitũ. Aurũ em̃ dilectõis tũc ignitũ est: cũ feruoꝛe dilectõis plenũ est. Itẽ mgr̃alit deuotio diffinit sic. Deuotio est feruoꝛ bone volũtatis quẽ mẽs cohibere non valẽs certis indicijs manifestat. Que nãq̃ possunt eẽ certioꝛa indicia charitatis q̃ ꝓtinua renouatio virtuosi opis? Hic est ille ignis de q̃ Lu. xij. dr̃. Ignẽ veni mittẽ in terrã et q̃d volo nisi vt ardeat? Ignis em̃ charitas ẽ q̃ de deuotõis plenitudie tũc in mẽte ardet. cũ ꝓtinue in nouitate boni opis feruet. Uñ in hꝰ

mysteriū dicit Leuit. vj. Ignis in altari meo sp ardebit quē nutriet sacerdos subijciens mane ligna p singulos dies. Altare vtiq; mēs humana est ꝙsi alta res. alta res ē aia nr̄a ꝙad dei imaginē ⁊ silitudinē est formata vt in deū ascē dat. Vñ. ij. Cor. v. Mente excedim⁹ deo In hac mēte diuin⁹ amor semp debet ardere quē illumiata ratio: ꝙ est sacerdos tūc nutriēdo ꝓseruat: cū p singulos dies luminū diuinor̄ mane hoc est in ipo p̄mordio gr̄a subijcit ligna id ē renūerat bñficia magna que sibi a diuina boni tate collata sunt. In altari vtiq; cinis erat. q̄d einm cinis erat ⁊ ignis in altari nisi charitas in mēte humili? Ignis in cinere meli⁹ ꝓseruatur ⁊ crescit: sic amor in humilitate custodit ⁊ iuenescit. Ad hāc charitatis nouitatē hortamur. Lu. xvij. Cū feceritis oia q̄ p̄cepta sunt vobis dicite serui inutiles sum⁹. Ecce q; dei amor est ignis q̄ semp mouet vt insatiabilit ardeat in affectiōe nou⁹ ⁊ in ope recēs. Hoc igne ardebat mens glorioſi francisci ⁊ corpus qui cū iam stigmata dñi in corpe suo gestaret summū q; pfectionis culmē iā ascendisset ad ꝓfr̄es dicere solebat. Incipiam⁹ aliq̄d boni agere: ⁊ qñ incipiemus pniam facere? ⁊ ꝓsimilia multa.

De septē fornacib⁹ quibus probat in anima verus amor. Ca. iij.

Tertia est lex puritatis. Nihil em̄ adulterine admixtōis secū patit ver⁹ amor Jōo subdit pbatū Aug⁹ em̄ ānihilatū nō nisi sex pōt sustinere decoctiones in septima em̄ deficit. Sic charitas ficta sex fornaces patitur sed in septima alchimie falsitas ptz. Prim⁹ nanq; fornaceus ignis fit in corde. scōs fit i ore terti⁹ in ope. quart⁹ i inimicor̄ dilectiōe. q̄nt⁹ in eor̄ subuentōe. sextus in recta intentione vt scz ppt deū hec oia fiant. septim⁹ in pseueranti ꝓtinuatiōe. Hic sctūs pbat amor: qm̄ si verus nō est cito euanescit. Vñ Mat. x. Qui pseuerauerit vsq; in finē hic salu⁹ erit Tunc em̄ aug charitatis pbatū est. id est a dño approbatum.

Quō diligentibus deū omnia cōuertuntur in lucrum Ca. iiij

Quarta est lex vtilitatis. Diues em̄ cito efficit: cui oēs mercancie: oēs venditiones: oēs emptiones. cerēq; ꝓtract⁹ lucrosi fiūt. Sic nō min⁹ diuites fiūr q̄b⁹ diligentib⁹ deū oia coopāt in bonū vt dr̄ ad Ro. viij Coopant em̄ eis in bonū pspera adūsa ⁊ mixta siue bona gr̄e: mala culpe. ⁊ mala pene. Vñ dicit Job: vt locuples fias. Qui em̄ aug dei amoris habet ꝙ locuples ē: q̄ oia q̄cū q; opat i celesti thesauri loculos apud deū reponit. Tā p̄ciosa ē charitas apud deū q; etiaz ipa pctā q̄ de genere pctā eēnt si hoc solū intuitu fiūt. s. diuini amoris ⁊ charitatis. in aie merita ꝙuertit ⁊ lucra. Nō em̄ ē minor in bono diuina dilectō q̄ sit in malo diuina offensio. Arrogāti em̄ bona ꝙuertunt in malū: q̄ nō ad dei gl̄iam ꝑ ad suā ꝓpriā opat teste dño. Mat. vj. Si lumen q̄ in te est tenebr̄e sunt ipe tenebr̄e q̄nte erunt? Si em̄ in arrogāti lumē bonor̄ operū q̄ ipe et alij p eū illumiar i deberēt sūt tenebr̄e pctōr̄. i. bonū q̄ facit fit ei pctm̄ ipe tenebr̄e. i. opa q̄ de genere suo sunt pctā q̄nta. i. q̄ grauia erūt? Ecce q; arrogātia virtutes ꝙuertit in vitia nō minus autē fit a diuina charitate de malo i bonum sicut patet Osee. j. vbi fornicatio ⁊ adulteriu⁹ in meritū ⁊ obediētie p dīnā dispēsat dilectōr

Articul⁹. iij. de q̄tuor vltimis legib⁹ charitatis dei. Et ꝓmo d̄ copiositate diuini amoris Ca. i.

Prima aūt est lex copiositatis. Multū q̄dē copiosa ē ꝑ mercācia amoris. Est em̄ īmēsa q̄ habet in se infinitatē. incōprehensibilitatē. ⁊ eternitatē. Nōne deus charitas ē? Qui si ꝓsideret in se infinit⁹ vtiq; inuenit. Vñ ps. Magn⁹ dñs ⁊ laudabilis nimis: ⁊c. Si ꝓsideret in cōpatiōe ad intellectū sic ē incōprehēsibilis. Vñ apls ad Ro. xj. O altitudo diuitiar̄ sapie ⁊ scie dei q̄ incōprehēsibilia sunt ⁊c. Jō dicit a ps. sedere sup cherubin. i. sedere sup scie plenitudinē et sup oēm intellectū creatū. Si vo in compatiōe ad diuturnitatē pēsek: sic inuenit eternus. Vñ apls. j. Timo. j. inquit. Regi seculor̄ imortali inuisibili soli deo honor ⁊ gl̄ia in secula seculor̄ amen. Magna em̄ ē copia huius mercātie. Nemo aūt dubitet q̄ et si multi de ea emāt: nō tñ deficiet reliquis Nā et si oēs mundi hoies illum mercarent ad huc infinita eius copia suparet.

Quō facile reperiri potest diuinus amor. Ca. ij.

Secūda aūt est lex facilitatis. Multa dixim⁹ de mercācia dilectiōis: ꝑ vbi ē vt illā inuenire possim⁹? forte in remotis ptib⁹ est. forte difficile ē multis adire illam. Et licet multi eā emere ꝙcupiscant tñ incertitudo loci itinerū lōgitudo eos ab ꝓposito deuiaret: tñ dilecti mei non sic. De⁹ em̄ qui charitas est vbiq; regnat: vbiq; est. vbiq; imperat. vbi q; maiestas ei⁹. oia replet complectit vniuersa facilit em̄ hec mercātia inueniri pōt. Nullus q̄ eam emere nolit excusabilis est. Prope ē dñs oibus inuocantib⁹ eum in veritate sicut ait ps et dñs Lu. xvij. Amor intra nos est.

Quātū periculū sit negligētia in dilectione acquirenda. Ca. iij.

Tertia vo est lex dubietatis. Forte multi cōcupiscūt scire nundinas: dubitant

De mercancia diuini amoris.

tps hmõi pciosissime mercancie. In volũtate eñ mercatoris stat nũdinaꝝ tps. ps. Mortificat ⁊ viuificat deducit ad inferos ⁊ reducit. q̃ diu in libertate arbitrij sumꝰ tps est nũdinarũ post mortẽ claudit damnatis apotheca amoris. Subtũ ẽ igit tps emptiõis eiꝰ. Et merito hoc facit sapia mercatoris ⁊ puidentia eiꝰ ppt multa. Primo vt q̃libet solert se ꝓparet. ⁊ congruo puideat tpe de mercãtia amorꝭ. Secõ vt oẽs illũ posse ꝓdere vel nõ acq̃rere ptimescant. Tertio vt reprobi cecitatẽ quã merent incurrant. q; eñ vt illã emere potuerũt eam aspnati sunt. ⁊ merito qñ illa indiguerũt iusto dei iudicio ꝓuati sunt. Prudentes aũt querũt illã emere qñ illã pñt repire. Vñ Apoc. xiij. Hec ẽ sapietia sctoꝝ. ſ. puidere in hac vita de charitate quã sapiam improuide optabat q̃ Deut. xxxij. dicebat vtinã sapent. ſ. pfectiões ⁊ excellentias charitatis ⁊ itelligerẽt. ſ. leges diuini amoris: ac nouissima puiderẽt qñ deficient nundine diuine dilectionis. Vñ. ij. Cor. vj. Hortamur vos ne i vacuũ gram dei reciptis. Ait ei Esa. xlix. Tpe accepto. ſ. vite exaudiui te. ſ. caritatẽ vendẽdo ⁊ in die salutis adiuui te. Ecce nũc tps acceptabile ad amandũ. Ecce nunc dies salutis. ſ. ad diligendũ deũ omnipotentẽ.

Qꝛ denarij quibꝰ emitur dei amor sunt pctã ⁊ crimina. Ca. iiii

Quarta aũt lex est pauptat. Q q̃d facient paupes q̃ denarios nõ hñt? Et añq̃ ad solutiõem veniamus p̃mittẽduz est. q; q̃libet ꝓparet denarios suos nõ alienos nõ p̃rimi nõ dei: sed qui ꝓprie sunt sui. Stultũ foret si q̃s emens pannũ ꝓ induẽda vxore sua post taxatũ pciũ iamq; incisa ipa pcia pãni peteret clauẽ de capsa denarioꝝ vendẽtis. si ipsi vendẽti sic soluere vellet emẽs miraret mercator vrbanitateq; quadaz emẽti diceret. Amice facile possem totã mercanciã ꝟ pcio venũdare Sic in pposito nemo existimet ꝓ hac mercancia dõ soluere monetã q̃ ipiusmet dei est. Se ꝓprio soluat qui intẽdit emere charitatẽ. Vñi ei sunt bona tpalia. corpalia. ⁊ spũalia. Tpalia q̃dem dei sunt. Dei eñ sunt diuitie delitie denarij thesauri lapides pciosi. pdia: domus ⁊ oẽs mercancie fama virtutũ ⁊ vniuersa q̃ terre ambitu ꝓtinentur. Vñ ps. Vñi ẽ terra ⁊ plenitudo ei⁹ ⁊c. Corpalia etiã dei sunt. corpus nostꝝ nra iuuentus. pulchritudo. sanitas. filij frẽs. et ceteri parentes. Spũalia q̃ dei sunt. ſ. gre virtutes dona scientie magnꝰ sensus grãdis intelligẽtia. memoria tenax. volũtas bona. cũctaq; spũalia bona. Vñ Jac. j. Omẽ datũ optimũ. ⁊c. Quid eñ dabimꝰ deo ꝓ hac preciosissima mercãcia? ꝓparate bursas: Ecce nũc tps acceptabile ecce nunc dies salutis extrahite marsupia. Quid inq̃ soluemꝰ deo? Quã monetam? Nram. Quos denarios? Utiq; nros. In quo marsupio sunt? In corde. Precepate corda vra dño. Quenam moneta nra ẽ ibi? Qui denarij? Pctã scelera iniq̃tates odia ire rixe auaricia rapina piuria blasphemie detractiões mendacia furta vsura ⁊ cetera mala ⁊ abominabilia ⁊ scelesta. Hi sũt denarij nostri. hi thesauri ⁊ monete hec acceptat dñs ꝓ pciosissima mercancia amoris. nullũ q̃aliud pciuz dñs suscipit nisi q̃ nri ẽ. Nra nõ sunt: nisi mala: dei q̃dẽ sũt oia bona. Vñ In hac eñ emptõe ꝓsidera ania mea q̃d damus: q̃d q; recipimꝰ. Dem⁹ deo humilẽ cõfessionẽ ⁊ recognoscamꝰ ⁊ ꝓfiteamur oia mala ex nobis esse. oia bona nra ex deo esse Cõfitea/mur sacerdoti scelera nra. ipe nempe recipit denarios dei. sibi soluunt cũ pctã illi ꝓfitent peccatores. Pctã igit sunt pciũ diuine dilectiõis. Vñ ps. Dixi ꝓfitebor adũsum me ⁊c. Ecce pciũ q̃ dño dat. Sed de cõmercio diuine dilectiõis subdit. Et tu remisisti impietatẽ ⁊c. Nõ eñ fit in aia pcti rmissio si in ea nõ adsit diuina dilectio. O imensa benignitas dei: O pelagus infiniti amoris. O amplitudo diuine dilectionis qua ab errore nos reuocans ⁊ in ppetua caritate nos diligẽs ad te tua charitate nos trahis nri miserãs miserator optime. O lõgitudo pacie dei q̃ sustines sceleratos dissimlans pctã hoim ppt pniam. O sublimitas sapie q̃ omnẽ supans sensũ stulta q̃dãmõ facta es: nũmos scelerꝝ nrorꝝ suscipiẽs ⁊ tuã charitatẽ nob ꝓcedẽs O amor in te trãsformãs amores nros. hãc veram ⁊ ipe nos de amore huiꝰ seculi nequã trãsfer corda nra in veram tui possessionẽ in pñti p pseuerantẽ gram ⁊ in futuro p cõsũmatam gloriam. Qui cũ pre ⁊ filio ⁊c.

Feria. v. post cineres de fide viua et mortua. Ser. VI.

Quãde etsicut credidisti fiat tibi. Math. viij. ⁊ in euangelio hodierno. Sũt nẽpe pleriq; credẽtes se habere veram atq; viuã fidem atq; charitatẽ pstentes se credere oia necessaria ad salutẽ. ⁊ qñq; bona plurima opant ⁊ tñ verã fidem charitate informatã non habẽt. Alij q̃ sunt qui etiã sine bonis opibus habere se fidez viuam reputant ꝓtra quos Jac. ij. ait. Fides sine opibus mortua est Q̃ verbũ ad pñtẽ materiã põt esse aliud thema. Ad hoc igit clarã intentionẽ ⁊ oim errorum eliminationem: ⁊ ad viue ac mortue fidei necessariã distinctionẽ. triplicẽ fidẽ distinguere necesse ẽ. ꝑma dicit lumiosa. secunda vo opiosa. tertia vo grosa. Prima ẽ solum in intellectu. scda in opatiõe. tertia perficitur ex vtraq;. Prima põt esse viua atq; mor-

tua:scđa silr̃. tertia vo p viua cõiter accipi solet. Et qlibet q̃ ẏm hãc triplicẽ fidẽ fidelis:aut infidelis repiet a deo merebit audire: vade et sicut credidisti fiat tibi. s. in hora mortis.

Articulus primus q̃ fides sine operib⁹ viua ⁊ mortua esse potest

Pria em̃ fides ꝺr lumiosa q: solũ ꝓsistit i intellectu. nec tñ p opa cõ pbat. Qđ qđem ex triplici ꝓtingẽ põt. Prio ex amore male inflãmante. scđo ex timore male hũiliãte. tertio ex ratiõe bñ illũiante. Siue altr̃ dicendũ sit ⁊ tñ idem sit dicẽ. s. q̃ h̃ ꝓtingere põt. ꝑmo ex inordinato amore. scđo ex inordinato timore: tertio ex regulata rõe. In duob⁹ aũt ꝑmis fides sine opibus mortua ẽ: in tertio vo viua efficit p charitatẽ.

Qr fides mortua ẽ: si ex triplici inordinata dilectione bona opera cessant

Capitulũ. I.

Primo igit̃ fides mortua ẽ qñ ẽ solũ in intellectu ⁊ bona cessant: q: credẽs bona nõ opat̃: ⁊ h̃ ex amore male inflãmãte h̃ ẽ ex inordinato amore. Triplex aũt põt esse talis amor inordinat⁹. Prim⁹ ẽ dict⁹ amor auarus. scđs ẽ amor luxuriosus. tertius vo amor supb⁹. Prim⁹ ẽ amor auar⁹. q̃ q̃ ifficit̃ licz intellectualit̃ credat a bono tñ ope cessat q: ex cupidine tpaliũ rex iplicatse i iniustis lucris ⁊ ꝓtractib⁹ ipijs. i mẽdacijs. pjurijs. i duplicitatib⁹. in malitijs ⁊ circũuẽtõib⁹ i rapis. in furtis. ⁊ in vsur. mercat̃ i festis ⁊ in locis ꝺo dedicat̃ et in ꝓsitib⁹ mrtis. Tñ tal⁹ interrogat⁹ si credat oia q̃ tenet eccla credere se fatet̃. ⁊ q̃ ad intellectũ verũ fatet̃: ⁊ tñ nõ tñ a bono ope cessat. verũ etiã in multis ipietatib⁹ implicat̃. Taliũ nẽpe fides ẽ qꝺã credẽ gñale qꝺ eccla sctã tenet: q̃ i multis pticularib⁹ errãt ⁊ in hmõi fides mortua ẽ Nã va fides ẽ ⁊ viua quã dei informat gra nõ tñ gñalit̃. ꝫ etiã pticularit̃ ad salutẽ necessaria credit. ⁊ omia cauẽda euitat. ⁊ opanda implet Vñ. j. Cor. xiij. Charitas oia credit ⁊ si nõ oibus credat. Sz hi qꝺã credẽda credũt. q̃ꝺã vo credẽda nõ credũt. Sicut alit̃ aptũ libr̃ intelligẽs videt: alit̃ vo q̃ lras nescit. licz vtriq̃ oculos hẽant pspicaces q: itelligẽs vir doct⁹ multa pticlaria recogscit ⁊ lras ⁊ dictiões et sẽsus ⁊ sllia: q̃ impit⁹ igrat. Sic tales q̃ꝺãmõ credũt ⁊ dicũt deũ esse ⁊ iustos remunerãtẽ ⁊ impios puntentẽ. credũt alterũ esse seculũ: credũt malũ esse pctm̃: credũt bonũ esse vtutes: aiam immortalẽ ⁊ cetera multa: ⁊ tñ in his ꝓsitib⁹ in pticulari multiplicit̃ errãt. Quia si viue ⁊ vere intelligerẽt q̃ꝺ est deus q̃ ⁊ q̃ta sit gl'ia paradisi: q̃ et q̃ dura sũt supplicia inferni. si itelligerẽt horribilitatẽ pcti: ornamẽta vtutũ ⁊ aie dignitatẽ. potiꝰ eligerent milies mori. q̃ i mimo mortali/ ter peccare siue offendẽ creatorẽ. Cur igit̃ ꝓtra ꝓceptũ dñi. Nõ furtũ facies tãta cupidine flagrãt: nisi q: nõ viuacit̃ ẏm mortue ⁊ gñalr̃ credũt Vñ ps̃. Tales oculos suos statuerũt declinare in terrã. Talem fidẽ puto habuisse cupidissimũ iudã: q: ex auaricia vẽdidit ⁊ pdidit salutorẽ. Nõ ei legim⁹ p⁹ pditionẽ deũ nouã ei gratiã ꝓtulisse. ⁊ adhuc ꝓri lumie fidei pmanẽte: penitẽs fuit corde: ꝓfitẽs ore: atq̃ satisfaciens ope: licet infructuose. Vñ Mat. xxvij. Pnia duct⁹ retulit triginta argẽteos pncipib⁹ sacerdotũ ⁊ seniorib⁹ pplj dicens. Peccaui: tradens sanguinẽ iustũ. Et abiens laqõ se suspendit Et sic cũ tali itellectuali fide ⁊ sine ope eternaliter pempt⁹ ẽ cũ q̃ aũt multi auari ⁊ in mũdialibus implicati vsurarij raptores scelesti licet em̃ i fine vite appareãt penitẽ eternaliter crucient̃.

Scđs vo inordinat⁹ amor impediens ne viua sit fides in intellectu: ẽ amor luxuriosus. Nã licet talis hõ credat sub tali gñalitate luxuriam mortalẽ esse culpã: tñ ex inordinata dilectiõe sectat̃ luxurias: fornicatões frequẽtat: adulteria cumulat: incest⁹ ⁊ sacrilegia patrat: zodomias atq̃ spurcitias horrẽdas freq̃ntare non cessat. Quere nũc obsecro ab hmõi scelerato si ꝓdicta deo displicere atq̃ dãnabilia esse credat: fatet̃ hoc credere ⁊ sentire. Attñ q̃s dubitat licz etiã vex dicat q̃ fides hmõi mortua sit? Tali itaq̃ fide ppha dauid. ij. Reg. xj. ex libidine infide/lis excecat⁹ nõ solũ cũ bersabee adulterijũ ppetrauit: vex et virũ suũ vriã crudeli nece pemit. Sic etiã ex libidine infatuat⁹ salomõ sapientissimus sic̃ ꝺr. iij. Reg. xj. idola muta ⁊ vana adorauit: licet intellectu ẏm Aug. crederet deũ scz fide mortua ⁊ informi. Tertⁱ⁹ vo amor inordinatus dict⁹ est amor supbus. Hic q̃ mirabiliter p impia opa mortuã reddit fidẽ: licet i intellectu fidei remaneat qꝺã lumẽ. Sectat̃ ille pcialitates ⁊ guerras: ambit dignitates ⁊ magistrat⁹ q̃rit oib⁹ dñari: extollit̃ ꝓditiõib⁹: eleuat̃ seditiõib⁹. ad id laborat machinatiõib⁹ et cũ his oib⁹ põpis fastib⁹ nũ q̃ statuit finẽ. Ecce opa tã iiq̃ ⁊ cũ hac fide itellectuali credit oia esse impia ⁊ iniq̃ ⁊ tñ mortuã esse in hoc tali fidẽ ipa oia opa mãifestãt licz se oia credẽ attestãt

Fides mortua est si bona opa cessãt ex triplici inordinata timoratione.

Capitulũ. II.

Secũdo q̃ fides põt esse in intellectu. s. q: hõ credit attamẽ bona ei opa desũt: ⁊ h̃ ex timore humiliãte: h̃ ẽ ex inordinata timoratiõe. Vñ ps̃. Illic trepidauerũt timore vbi non erat timor. Triplex em̃ timor solet aiam a bonis opib⁹ remouere. primus est timor mundanus. scđs ẽ timor vanus: tertⁱ⁹ est

De fide viua et mortua

timor hūan⁹. Primꝰ timor ꝙ a bonis opib⁹ cessare facit ꝺr timor mūdan⁹ ꝙ potius eligit dimittere celū ꝙꝫ cenū. potiꝰ eligit amittere etnuz regnū ꝙꝫ ꝓdere mundū. potius amittē grām ꝙꝫ ſubam. potiꝰ amittere aiam ꝙꝫ ꝓpriā famā. Ex hoc timore plerīqꝫ piurāt: ⁊ peierare tñ non curāt: ne. ſ. tpaliꝫ dānent. Contra ꝗs ꝺr Luc. xij Nolite timere puſillus grex q⁹ ꝓplacuit pri veſtro vob dare regnū. ſ. etnale ꝙſi dicat ꝙto ampliꝰ non pmittet vob deficere ſubam tpalē.

Secōs vo dicit timor vanꝰ. Qui licz etiā credēda credat i intellectu. potiꝰ tñ eligit ꝓdē gratiā diuinā: ꝙꝫ grām ſecularē. Et eiuſmōi ſunt ꝙ potiꝰ pere eligūt p̄cepti ac ſtatutis iniqꝫ cōitatū et dñoꝝ ꝙꝫ p̄ceptis dei ⁊ hō ne amittant eorū grāz officia ⁊ fauorē iō mlta impia patrāt. multas iuſticias negāt. atz mltis bōis neqſſime aduerſant. Cōtra ꝗs ꝺr Act. v. obedire optz ꝺo magis ꝙꝫ hoib⁹. Inē hos ꝓputādi ſunt ꝙdaz ꝙ ne diſpliceāt occultā retinēt veritatē maxie cuz illā ex debito vel officio teneāt mānifeſtare. Cōtra ꝗs ꝺr ad Rho. viij. Nō accepiſtis ſpm ſeruitutis iteꝝ in timore. Itē dic Bernū. Nō licet tacere cui ex officio incūbit peccantes arguere Cōnūande etiā inē iſtos ſunt ꝙdā femie inſenſate ⁊ vane. ꝙ tāta formidine timēt nō placē mariti ſuis ꝙ nō verenē p̄ imoderatū ambitū vanitatū ornatū ⁊ pompā vltra ꝙꝫ deceat xp̄ianā religionē aias p̄cioſo ſanguie chriſti redēptas ſcādalizare. ⁊ eis pditionis laqueū p̄pare. Tales eñ ſm Amb. dū verenē maritale iudicium pdidere ſuū. Nec eñ aduertūt ꝙ ſicut vulpes malicia ſua decipit gallinā. ſic diabolꝰ xp̄ſucia ſua decipit feminā vanā. Solet eñ vulpes qñ videt gallinā ex timore ſuo in arbore aſcēdiſſe ꝙcito greſſu ſtipitez arboris ſatagit circumire. Qua territa: gallina de fixo oculo et ex alto ꝓſpectās: cerebri vertiginē inſperato patiē. ex ꝙ in arbore mīme ſe retinere valens de arbore cadit. ſtatimqꝫ illā vulpes pata rapit atqꝫ comedit ⁊ occidit. Sic mulier inſenſata dū timet nō placere viro ſuo meretricali ornatu ſe muniēs ⁊ vere rōis ꝓ ſpūalē vertiginē iudiciū pdēs: in os infernalis vulpis peccādo mortaliē ruit

Tertiꝰ aūt ꝺr timor hūanꝰ ꝙ licz etiā intellectualiē credat: tñ ex timore opē ꝙꝫ tradicit dum potiꝰ eligit mortē ſpiritualē ꝙꝫ mortē incurrere corpalē. Hmōi ſunt ꝙ aſtricti iuramēto piurāt ſeu falſe alios ⁊ iniuſte ꝓ ſua liberatiōe accuſāt aut ne occidant ore ⁊ ope fidē etiā negant ⁊ nichilominꝰ fidē veram in corde tenēt. Hoc timore pterritus petrus licet crederet xp̄m filiū dei viui. dū mori timuit fidē negauit. Alij ꝙꝫ diſcipuli eandē fidē i intellectu ſuātes plus tñ ſeipſos ꝙꝫ dñm diligētes ex hoc timore eū dānabiliē reliquerūt. Reſtat igiē ꝙ neceſſariū ē fidē ope ꝓfirmare. Vñ Greg⁹. Tunc veraciē fideles ſumus ſi qđ vobis ꝓmittim⁹ opibus adimplem⁹

Quōꝛ fides eſt viua etiā ſine ope bono: ſi ex triplici ratōnabili cā quis ceſſat ab eo. Ca. iij.

Certio etiā pōt eſſe fides in intellectu abſqꝫ ope bono: ⁊ hoc ex rōe bñ illumīnate. Licet eñ hō veraciē credat tñ qñqꝫ nō exequiē opꝰ bonū qñ ſcz cōpreh̄endit ſub p̄cepto affirmatiuo qđ obligat ſp ſed nō ad ſemp ⁊ tñ talis fides abſqꝫ ope ē iuſta ⁊ ſctā. In triplici ꝺem tpe pōt hō fidelis ⁊ iuſtus deſiſtē ab aliq ope bono. Primo qñ nō eſt neceſſariū. ſecūdo qñ nō ꝓuenit ad opantis ſtatū. tertio qñ oīb⁹ ꝓpēſatis opꝰ hr̄e nō pōt bonū finē. Primo eñ fidelis hō opus bonū relinqre de neceſſitate ſalutis teneat ſp eſſe patꝰ velle potiꝰ mortē ſubire ꝙꝫ fidem negare cū piculū imineret nō tñ peccat ſi a ſctō ope ceſſat cū nō iminet piculi caſus. Similiē etiā hō iuſtus ⁊ diues non ſp ſe exercet in elemoſinis diſpēſandis in viſitādis infirmis ⁊ incarceratis nec ſp frangit panē eſurienti et potū exhibet ſitienti ⁊ ſic de alijs p̄ceptis affirmatiuis. ⁊ tñ abſqꝫ tali ope eſſe poteſt i hoie vera fides q⁹ taliū opeꝝ hz habitū licet ñ habeat actū Secōo ꝙꝫ ab ope bono ceſſat hō fidelis ⁊ iuſtus. ſ. qñ id nō ꝓuenit ad ſtatū ſuū. Verbi grā hō hoiem ex malignitate occidit ⁊ cum iuſticia poſcat ꝙ ꝓ ptātem ꝺdēnē ad mortē: tñ homicida ille impune vadit: ⁊ vñ exul eē deberet libere inhabitat ciuitatē. Ecce ꝙ i hoc iuſticia perit. Nullus tñ abſqꝫ auctē hūc ne pereat iuſticia interimere pōt. Nam licet mereat mortē nō tñ niſi a debito iudice ⁊ debito mō occidi debet. Aliter eñ ꝗcunqꝫ ad quē nō ꝓtine/ret vel ordinē non obſeruaret eſſet criminalīr homicida. Nā ⁊ ꝙ iuſtū ꝺdēnat: ⁊ iniuſtū ſine iuris ordine ꝓdēnat vꝫqꝫ mortaliē peccat: q⁹ nō ſufficit bonū agere niſi bene agat. Vñ Deut. xvi. Juſte qđ iuſtū ē ꝓſequere. Dolere igitur debet ꝙ pire iuſticiā videt atz obligat ei fauere ꝙtū pōt: non tñ de alteriꝰ officio aliē ꝓpedire ſe debet. Nō eī licet zelanti religioſo occidere furē vel homicidā ꝓpter iuſticia ꝓſeruāda cū ſit officiū ſeculare. Vñ .ij. ad Timoth̄ ij. Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſeculariꝰ. Siīr ecōuerſo nequaqꝫ licitū erat iudici vl dño ſeculari religioſū vel clericū delinquētem ne iuſticia peat iuris ordine ꝑtermiſſo punire vel ꝺdēnare: licet p̄ ſuū ſupioꝝ nō corrigat aliter nō cēt corrigere malū ꝑ addere malis mala. Nā ſi impiū ē clericū opari ſcelꝰ: iniquū ꝙꝫ eſt p eius ſupioꝝ nō puniri ſcelꝰ. Nec inſup iniqta te caret p illū ad quē ñ ꝑtinz castigari ſcelꝰ. ꝓhibēte dño. Deut. xxiij. Nemo mittat falcē ſuā i

alienã messem. Nõ eñ p ℔ iusticia defensaꝝ sed iniusticia sup iusticiã cumulaꝝ. Quob⁹ ei malis. s. errãti ⁊ nõ corrigẽti tertiũ supadiũctũ est scz iniuste corrigi delinquẽtẽ. Tertio ab opebono etiã cessat q̃ intellectualr credit qñ oibus cõpẽsatis opus hr̃e nõ ꝑt bonũ finẽ licet de sui natura foret bonũ. Verbi gr̃a. Veritas i se vti q̃ bona ⁊ sctã ẽ ⁊ tñ sp vex dicere magnũ ẽne phas. Vñ Eccl. iij. Tps tacẽdi ⁊ tps loquẽdi Loquaꝝ aliq̃s ꝑdicãs indiscret⁹ in ꝓlari fmone ꝓtra pñtes dños seu ꝓlatos seu ctiã clericos aut religiosos ꝑdicet veritatẽ oiq̃ auẽte ⁊ rõe sua dicta ꝓfirmet· nihilomin⁹ qz ad eũ saltẽ talimõ ⁊ in tali casun õ ꝓtinet sine fructu scãdaluz gñabit atq̃ extrema demẽtia laborabit. Vnõ Hiero. Frustra niti ⁊ nihil aliud q̃ odiũ q̃rere extreme demẽtie ẽ. De his igiꝝ trib⁹ breuibus rõnib⁹ q̃re stãte in aia fide ꝓtingit bonũ cessare op⁹. habem⁹ manifestũ exemplũ ab illa q̃ post xp̃m ois exẽplaritatis fuit regula ⁊ doctrina. s. gl̃iosa virgo maria. Instat dñice passionis filij lui tps capiꝝ ligaꝝ: duris verberib⁹ corp⁹ suuz sctissimũ laceraꝝ: pñte virgine corã omi ꝓlo caput illud angelis tremebũdũ spinis durissimis oñdiꝝ laceratũ: sibi dñs ad caluarie locũ baiulat crucẽ durã crucifigiꝝ ⁊ clauis affixus in cruce leuaꝝ et sicut Joh. xix. ait stabat iuxta crucẽ ihesu mr̃ eius: Sed cur dilectissima mr̃ ei⁹ ꝑ defensione innocent filij tui nõ currebas ad arma Cur saltẽ agnũ illũ mitissimũ q̃ tollit pcta mundi nõ excusabas? Cur saltẽ toto conamine inocentiã ei⁹ ⁊ sctitatẽ nõ allegabaꝝ. cur illũ eẽ verũ filiũ dei nõ asserebas? Cur nõ omib⁹ viribmortẽ eius impediebas? Nũq̃d forte eũ filium dei ⁊ ꝑ spm̃sctm̃ ex te ꝓceptũ nõ credebas. seu aliq̃liꝝ dubitabas? Nũq̃d ad sctitatẽ ꝓuersationis eius nõ noueras. ⁊ sic noueras cur illũ nõ defendebas vel excusabas. Sed forte quia illum minime diligebas. Respondeat ꝑ te recta ratio virgo et mater. Triplici eteñ rõe ad nr̃m exemplũ ℔ egit sapiẽtissima virgo nec ope vel verbo oñdit qõ corde intellectu firmiꝝ fide seruabat. Primo qz nõ erat illud necessariũ. scõdo qz nõ ꝓueniebat ad suũ statũ. tertio qz oib⁹ cõpensatis finaliter extitisset nociuũ. Prio inquã qz nõ erat necessariũ sic illũ tailꝝ defensare re imo necessariũ erat ꝑ nr̃a redẽptione illũ ꝑpeti passionẽ. vñ Lu. xxiij. Oportuit xp̃m pati ⁊ sic intrare. s. cũ oĩm iustoz cetu in gl̃iaz suã Nouerat igiꝝ sacra virgo maria sic esse ꝑdestinatũ fm bñplacitũ eterni pr̃is ⁊ spũssancti: cũ quibus intelligebat oĩno filiũ ꝓcordare nec ipa cũ eis in mimo discordabat: imo cum eis vltra oẽs creaturas se pfectissime ꝓformabat. Secundo vero qz nõ ꝓueniebat ad statũ suũ. cũ ei data esset in mũdi speculũ exẽplare atq̃ in exẽplum totius humilitatis. necesse fuit q̃ ex scripturis repiret in defensionẽ sui filij nõ apuisse os suũ: vt inter alia edoceret alias mulieres etiam in causa graui eẽ debere taciturnas atz modestas. Tertio aũt qz oib⁹ cõpensatis finaliter fuit nociuũ. Nouerat eñ tan q̃ mens diuino lumie illustrata q̃mentes ꝓsequentiũ xp̃m ei⁹ actuũ ⁊ verboz capaces nõ erant: ⁊ ideo digne ipi ex pijs supplicationib⁹ suis poti⁹ ꝓtra filiũ suum ad crudelioza irritarent. Nouerat q̃z dixisse dñm Mat. vij. Nolite sctm̃ dare canibus nec mittatis margaritas vr̃as ante porcos cui⁹ ꝓsilio voluit oĩno obedire. Ex dictis patz q̃ non est ꝑdicandũ in ꝓlio ꝓtra clerum.

Articulus. ii. q̃ fides cũ operibus potest esse viua et mortua.

Secda aũt ꝓncipalis fides dr̃ opposa qz solum ꝓsistit in opere sine lumie intellect⁹: ⁊ põt etiam mortua esse atq̃ viua. Põt eñ carere lumie intellectus ex triplici respectu. Primo ex amore male inflãmãte. scõdo ex timore male hũiliante. tertio ex diuina sapia ꝓmittente.

Dr̃ ex triplici inordinata dilectiõe in bonis operibus cessat fidei lumen.

Capitulũ. i.

Primo eñ põt esse fides in opere absq̃ lumine interiori ex amore male inflãmante. i. ex inordinata dilectione. Triplex est eñ amor q̃ bona opari facit hoiem non credentẽ. Primus est amor cupiditatis et talis amor multa opaꝝ apparẽtia bona licet intrinsecus nihil credat: ⁊ hoc ex cupidine ꝓpaliũ rerũ sicut solent facere quidã qui elemosinas large dispẽsant vt diffusa eoz bonitatis fama Multi ꝓfitenꝝ ponãt denarios in manib⁹ suis vnde ample ditenꝝ. Cõtra quos dr̃ Mat. vi. Cũ facis elemosynã noli tuba canere ⁊c̃. sicut hypocrite faciũt in synagogis vt videanꝝ a doct⁹. in vicis vt videanꝝ a turb⁹ scz vt ab hoib⁹ acq̃rãt famã. Volent etiã tales oscularí suo ore porci/no sctoz facies: atq̃ eoz cõburere pedes vt affectũ deuotionis ostendãt: nihilomin⁹ ꝑꝑ nũmos vel ex q̃dam deuotiõe insipiẽti. Inẽ hos aũt maximũ gradũ tenẽt nõnulli q̃stores q̃ mẽdacijs ⁊ fallacijs suis decipiũt mlieres simplices multas missas ⁊ alias oñones ⁊ bona illis ꝓmittentes ⁊ mime obseruãtes: nec obseruare volẽtes. Quos aũt nõ imitarenꝝ multi q̃ clericatũ gerũt quoz hypocrisis ⁊ palliacio pietatis ad pecuniã cumulandã fetet vsq̃ ad nares dñi sabaoth. Sũt nanq̃ pleriq̃ qui sibi ꝓfitentib⁹ imponũt missas vt data occasione apparenter honesta ipsi sint ꝓ ipis missis pecunie receptores: ꝓmittũt se dicere illas ⁊ non obseruãt. q̃quã eñ ꝑ sacrificiũ altaris aie liberenꝝ vt poni

tur. xiij. q. ij. c. aīe nihilomīꝰ infraudē ꝓsumīt esse factū. s. vt accepta pecunia ꝓ illis missis videant eos ab onere pnie releuare ad ꝟ hēt ar. xxvj. q. vij. alligāt gerit secū spēm mali. j q. j. emēdari de vi. ⁊ ho. cle. cū ab oi. ¶ Scōs est amor carnalitat. Hic etiā exē q̄dā apparētia bōa hz cū intīꝰ tñ dei lumē deficiat ⁊ fides vera īnt q̄s sūt plerīq; q̄ p baptismū vl̄ ꝛfirmatōis sac̄/ tissimū sacr̄m ꝓpres fieri q̄rūt. vt p ꝟ ꝓditōis velamē securiꝰ ⁊ liberiꝰ misceant carnalr̄ sāgui nē xp̄i in remediū in tali ꝓditōe et scelere statu entes. Cū his q; nūerādi sunt iuuenes q̄ vt cōsūmarent ꝓcupiaz suā simplices imo fatuas puellas decipiūt illas p ẏba ō pñti clādestine despōsant ez et cū illis sub pallio mr̄imonij scti turpit cōmiscētes: qđ q̄ti acq̄iret remediabil piculi sit nō est pñtis tpis explicare. ¶ Propterea tale mr̄imoniū oīno ab eccl̄a ꝓhibet exē de clāde. ō spō. cū inhibitio. Trāseo q̄sdā q̄ sub spūalitatis ptextu ⁊ sub reuerētia pr̄nali nihil aliud q; carnalitatē venerant. ¶ Tertiꝰ ē amor ambicios ℔ q̄t modernis tpib; vt assumant ad dignitates vel officia ꝓseq̄nt opant exteri; que nō credūt interi; ⁊ q̄t nūc repiūt q̄ vt ascēdere possint ptendūt pellē ouinā et aiaz gerūt lupinā vl̄ leoninā. Quot etiā q̄rūt ꝓsortes iustoꝝ ac remūerant in pñti cū sorte bonoꝝ. Ex ꝟ em̄ triplicato amore ois hypocrisis generat ⁊ frequētat.

¶ Qz ex triplici iordinato timore hō opat bona cū incredulo intellectu ¶ Capitulū. ii.

Secūdo ꝓtigit i ope eē fidē absq; lumīe intellectꝰ ex timore male hūiliāte: ꝟ est ex inordinata timoratiōe. Triplex ē āt timor talis. ¶ Primꝰ ē timor amittēdi substam. secūdus amittēdi famā. tertiꝰ amittendi vitā.

vero calore soluent: terra aũt ⁊ que in ipa sunt opa exurent. Ex hac ẽni ꝓcrematõe fiet elemẽ tor ab impuritate quã hñt ex cõmixtõe ad pu ritatẽ mutatio. maxie i terra ⁊ aere ⁊ sic purga tis iustis ⁊ combustis reprobis cessabit motus celi ⁊ planetarũ. ¶ Decima q̃nta die fiet celuz nouũ ⁊ terra noua atq; resurrectio mortuorũ. Nam sicut .j. Thessa. iiij. ait apl's. Ipse dñs in iussu ⁊ in voce archãgeli ⁊ in tuba descẽdet de celo. In iussu q̃dez ꝑm Nico. de ly. qz impans mortuis dñs dicet. Surgite mortui ⁊ vẽite ad iudiciũ. ⁊ voce archãgeli michaelis q̃ est eccl'e p̃nceps sub q̃ angeli etiã notant. Nã ꝑm Rich qz hec citatio erit mẽtalis atq; vocalis: iõ mẽta liter ad iudiciũ vocabunt a deo: ⁊ vocaliter p ministeriũ angelor iux illõ Mat. xxiiij. Mit tet angelos suos: ⁊ ꝓgregabit electos suos a q̃t tuor ventis celi: qz adũsus q̃ttuor mũdi partes admirãda voce clamabũt. Surgite mortui ve nite ad iudiciũ. Hi vo angeli mirabilit intona bũt tanq̃ p̃cones iudicij. Tuba aũt dei erit su prædicta vox xp̃i q̃ descẽdet de celo. s. in hũana forma Et subdit apl's. Et mortui q̃ in xp̃o sunt resurgẽt p̃mi. deinde nos q̃ viuim⁹ q̃ relinquimur sil'rapiemur cũ illis obuiã xp̃o i aera Ista q̃dẽ p̃ozitas atq; posteriozitas ꝑm p̃dictũ Ni/ col'. ad actũ resurgẽdi mime referri p̃t ita q̃ aliqui p̃us ⁊ aliq̃ posteri⁹ resurgãt eo q̃ oẽs in in stanti resurgẽt sicut dr. j. Cor. xv. Oẽs q̃dem resurgem⁹ sed nõ oẽs imutabimur. ⁊ subdit in momẽto in ictu oculi in nouissima tuba. Nec etiaz põt hic accipi p̃ozitas dignitatis qz p̃es ve. testa. in resurrectõe nõ erũt digniozes ap'lis q̃ erũt iudicis assessozes sicut dicit dñs Mat. xix. Sedebitis sup duodecim sedes iudicãtes duodecim trib⁹ isr'. De q̃bus apl's intẽdit dice re. deinde nos q̃ viuim⁹ q̃ relinq̃mur. Propt qõ saluo meliozi iudicio videt dicendũ q̃ pozi tas ista atq; posteriozitas referẽda sit ad q̃etez in xp̃o moriẽdo in eius fide. Et addit. sil'rapie mur. s. iam resuscitati cũ illis in nubib⁹ obuiaz christo ad iudiciũ veniẽti in aera.

¶ De loco iudicij.

¶ De loco aũt vbi iudiciũ faciet dñs sup mun dũ Joel'. iij. scptũ est q̃ deus dicet. Cõsurgẽt ⁊ ascendẽt oẽs gẽtes in valle iosaphat: qz ibi se/ debo vt iudicẽ oñs gẽtes in circũitu. Sedebit eni deus in eminẽtissimo loco aeris sup montẽ oliueti: vñ in celo ascẽdit ⁊ oẽs sancti cũ illo ap parebũt: vñ oẽs iudicãdi apparebũt in valle io saphat ⁊ circa eam: qz monti olueto ꝓpinq̃ est scz inter iõm montẽ ⁊ hierlm. Aparebit autez christus ꝑm Greg. ibi blãdus iust' ⁊ terribilis impijs. Videbũt eni mali christi hũanitatẽ vt timeãt: nõ tñ diuinitatẽ ne gaudeãt. Justi vo vtrãq; illius ꝓtemplabunt naturã: vt simul cũ aia ⁊ corpe iam gloriose letent.

¶ Articulus. II. de modo scõm quez dñs exequent iudiciũ generale.

¶ Scdo p̃cipalit ꝓsiderem⁹ circa iudiciũ ge/ nerale executoz ꝓsequẽtẽ que in eu ãg. hodier. ptz. Ad q̃dam breuit exponam⁹: eo q̃ in qua/ dragesima de relig'. chri. latius declaratuz sit. In hoc igit euãgelio circa executõnẽ futuri iu dicij q̃ttuor insinuant. ꝑmuz regalis aduẽtus scõm generalis ꝓcursus: tertiũ iudiciũ iudicia/ lis ꝓcessus: q̃rtũ finalis successus.

¶ Cum q̃ta gloria triũphali ⁊ maie/ state christ⁹ veniet iudicare totũ mũ/ dum. ¶ Capl'm. I.

Primo q̃dem circa executionẽ diuini iudicij insinuat xp̃i triũphalis seu re/ galis aduẽtus. Veniet q̃dem vt hõ ⁊ hoc cum tanta altitudine maiestatis ⁊ glorie: q̃ expresse in eius corpe nõ solũ iustis: ꝑ etiã impijs celsitu do maiestatis sue mirabilit refulgebit. Proin de dñs ait. Cuz venerit filius hois qz in forma hois ventur⁹ est. in q̃ttũ tñ deus iudex ordi/ nariu'. in q̃ttũ hõ iudex delegat⁹, in maiestate sua eo q̃ apparebit vt dictũ est in forma hois. glo. qz ꝑmo apparuit i forma passibili ⁊ infirma. Ut' maiestas dicit diuinitatis ꝓtus. Vñ Matth. xxiiij. Videbũt filiũ hois venientẽ in nubib⁹ ce li cũ ꝓtute ⁊c. Et sequit. ⁊ oẽs angeli eius cuz eo. Tum ꝓpt honorẽ iudicis. tum ꝓpt executionẽ iudicij eo q̃ ministerio angelor deducẽt electi ad celũ: ac q̃ alios malos angel⁹ trahent reprobi ad infernũ. Nihilomin⁹ noie angelor etiã intelligunt angelici viri atq; pfecti q̃ cum xp̃o: iõ in maiestate venire dicunt: qz ⁊ ipi ma iestatiue sup inferiozes q̃si iudices. xij. sedib⁹ p̃ sidebũt sicut dictũ est. Et lz p̃ncipales ap'li i il lis sedib⁹ ꝓsessuri anthonomatice exp̃munt. in telligit etiã vltra hꝫ supabũdans nũs pfectoz imitatoz xp̃i. tũc sedebit sup sedẽ maiestat' sue p hãc sedẽ significat iudiciaria ptãs q̃ xp̃o data est. Vñ Apo. xx. Vidi thronũ magnũ et candidũ ⁊ sedentẽ sup eũ a cui⁹ ꝓspectu fugit ce lum ⁊ terra ⁊ locus nõ est inuẽtus ab eis. Per thronũ magnũ ⁊ candidũ significat regia ⁊ iu diciaria ptãs seu maiestas. ⁊ gl'ia diuitatis xp̃i vel celsitudo ⁊ candoz mũdicie ⁊ glorie hũani tatis sue. i q̃ eius diuitas significat sedere sicut in glorioso throno. Aut p thronũ significat to ta eccl'ia sctoz vel ordinũ supioz luce glorie cã ditata: p quã deus exercebit sua iudicia in dã natis. Addit q̃ a ꝓspectu sedẽtis fugit celuz et terra. tũ qz oẽs habitãtes in celo ⁊ in terra p̃ ni mio timoze furoz⁹ ei⁹ aut p̃ sũma reuerẽtia ma iestat' eius in ꝓpriã q̃itatẽ ⁊ nihileitatẽ resiliẽt

De iuditio generali

ac si essent sibi pis ānihilati Jō subdit q locus nō est inuent⁹ ab eis .i. sic facta sunt q̄si nihil ac si nusq̄ essent. tum q⁹ sicut lux candelarū at q̄ stellarū dispareret i aduētu solis ac si essent ānihilata seu obscurata: sic ad fugloz̄ gl'ie xp̄i oia alia respectu eius erūt q̄si nihil. Jō p̄s. ait. Deus manifeste veniet: nō sub nube sicut in p̄mo aduētu. Proinde verificabit qđ Apoc. vj. de reprobis dr. Quia dicēt mōtib⁹ t petris cadite sup nos: t absc̄dite nos a facie sedentis sup thronū t ab ira agni Vñ ppha. Pones eos vt clybanū ignis in tpe vult⁹ tui .i. sic ignis ardet in clybano interi⁹ sic xp̄mis ꝓscie exuret eos. vñ Osce. vij. Oēs adulterātes q̄si clyban⁹ succen sus a coquēte adulterātes vti q̄ sunt: q̄cū q̄ alij q̄ deo se p amorē inordinate ꝓiūgūt. Coquēs erit diabol⁹ q̄ malas cogitatōes ꝓscie ministra bit: sicut coquēs admistrat ligna. t in tpe vultus tui .i. vultuositatis tue .i. supcilia cōmouētis qđ est cōminātis signū.

Qz oīs gentes apparebūt coz̄ā iudice iusto: t ab eo iusti ab impijs sepabunt. Cap. II.

Secūdo insinuat ad iudiciū generalis ꝓcursus. vñ subdit. Et congregabunt añ eū oēs gētes .i. ois etas t ois sexus p̄m glo. Nullus enī tūc latere poterit a facie iudicatis q̄z p angelos bonos iusti t p malos ipij adducent. t sepabūt eos abinuicē sicut pastor segregat oues ab hedis. Q̄z enī hec distictio ad lr̄az localit fiat. fiet nihilomin⁹ p diuīsaz q̄litatē gl'ie atq̄ pene. Sepabit inq̄ eos merito loco t vocabulo. Merito inq̄ oium merita discutiēdo loco varia loca assignādo. vocabulo varijs noibus appellando: hos hedos illos ꝯo oues. In ouib⁹ denotat innocētia iustoz̄. tū ppt simplicitatē. tū ppt fecūditatē. tū ppt mititatē sicut de se dicūt. Propter te mortificamur tota die estimati sum⁹ sicut oues occisiōis. In hedis ipietas maloz̄ significat. tū ppt feditatē. tū ppter peculositatē. tū ppt sterilitatē. Et statuet oues a dextris suis: t hedos a sinistris. Per dexterā status gl'ie significat. p sinistrā status pene eterne indicat Jō Proū. iiij. Alias q̄ a dextris sūt nouit dñs: pūse sunt q̄ a sinistris sunt. De ista diuisiōe ait ppha ozād o. Dñe a paucis de terra scz viuētiū diuidis eos i vita coz̄. ait enī. Dñe a paucis. s. ouib⁹ q̄ pauce sunt respectu hedoz̄ iuxta illd Job. xxiiij. Cōteret multos t inumerabiles. Vñ ppha. Judicabit in natiōib⁹ iplebit ruinas. s. angeloz̄ q̄ssabit capita in terra multoz̄: q⁹ multi sunt vocati: pauci ꝯo electi. Biuide inq̄t eos. merito. loco. t vocabulo. in vita coz̄. s. vt sic viuētes eternalit crucient. De hac diuisiōe dr Job. xxxviij. Lapidē caligis t vmbrā mortis diuidet torrēs a pl'o pegrināte Lapidē vocat ipios pp̄ obstinationē. caliginis pter obcecationē. vmbrā mort⁹ pp̄ diaboli similitudinē. pl'm pegrinantē vocat sctōs. q̄ nō hñt h̄ ciuitatē manētē: s futurā inq̄rūt. Ab his diuidet malos torrēs .i. iudiciaria snia q̄ sequet. Et rōnē hui⁹ ps subdit di. De absc̄ditis tuis adipletus est vent eoz̄. Absc̄dita sunt crimia non ꝓfessa Proū. xxviij. Qui absc̄dit scelera sua nō dirigēt. adiplet⁹ e vent eoz̄ .i. ꝓscia eoz̄ biere. iiij. ventrē meū doleo Sic dicē poterūt in die iudicij hi q̄ p ꝓfessionē suā nō manifestāt pcta sua Lu. xxj. ve p̄gnantib⁹ dieb⁹ illis.

De remuneratōe iustoz̄ t punitōe maloz̄. Cap. III.

Certio insinuat iudiciale pcessus i q̄ duo p̄ncipalit demōstrant. p̄mū est remuneratio iustoz̄. scdm ꝓdēnatio maloz̄. Primo q̄dē in remuneratōe iustoz̄ exp̄munt duo Primū ē collatio p̄mij. Vñ subdit. Tūc dicet rex q̄ a dextris eius erūt. Supra enī xp̄s dict⁹ est fili⁹ hois: h̄ ꝯo nosat rex. Ad cui⁹ q̄dē apicē ptinet subditos regē. leges ꝓdere. legis trāsgressōres punire. obseruatores p̄miare: qđ tūc clare patebit. Tūc q̄dē non q̄ret pilat⁹ q̄ rex es tu: Tūc q̄ nō dicēt iudei: nō habem⁹ regē. nisi cesarē. Et addit. Venite bñdicti p̄ris mei possidete patū vob regnū a ꝓstitutōe mūdi. In q̄bus ꝯbis q̄ttuoz̄ ptinent. p̄mo inuitat ad hereditatē di. Venite. scdo dat bñdictionē cū dicit bñdicti p̄ris mei. tertio ꝓfert possessionē dicēs possidete. q̄rto possessiōis ꝓfirmationē addēs paratū vob a ꝓstitutōe mūdi. O dulcissima locutio t vox oī iocūditate plenissima iuitās ad amplexū toti⁹ trinitatis: t ad q̄etā t eternā possessionē sue glorie triūphal. O q̄nta iocunditas erit cuilibet videre se regē fieri eterni regni: cū ipse sit p̄mogenit⁹ mortuoz̄ t p̄nceps regū terre vt dr Apoc. j. Secōo subdit exp̄ssio meriti cū dñs ait. Esuriui t dedistis mihi māducare. sitiui t dedist⁹ mihi bibere: hospes fui t collegistis me t sic de alijs opibus mie. Tūc rñde būt ei iusti dicētes Dñe q̄n vidim⁹ te esurietē t pauim⁹ te. sitietē t dedim⁹ tibi potū: q̄n te vidimus hospitē t collegim⁹ te: t sic de alijs opib⁹ mie. Tūc rex dicet illē. Amē dico vob q̄cq̄d fecistis vni ex mīmis ist⁹ .s. de frib⁹ ist⁹ mihi fecist⁹.

Prima questio.

Sed nunq̄d iusti ignorabūt p̄dictoz̄ rōnes vt hoc querāt: Ad hoc q̄druplicit rñderi p̄t Primo q⁹ hec ꝯba p̄nt q̄druplicit legi vt sit sensus: q⁹ si illud diceret: eis sic a xp̄o respōderetur. Secōo vt significēt potius admiratiōnem coz̄ sup tāta vnitate capitis xp̄i t mēbroꝝ suoz̄ atq̄ plenā illuīatione sup hoc. Ter

ntō vt oñdat̄ q̄ hoc vtiq̄ q̄rerēt aut q̄rere posſent: niſi p xp̄i doctrinā de hoc illumiati eſſent. Vñ ſm̄ Dionyſ. p tractantē illud Eſa. lxiij. Quis est iste q̄ venit de edom tinctis vestib⁹ ⁊c̄. Et illō ps̄. Quis est iste rex glorie? Per hmōi questiones significat̄ defect⁹ nesciēte naturalis ⁊ si nō tpalis p̄cedēs desiderīū sciētie dei ⁊ hāc scientiā recipiēdi a deo. p rñsiones vo insinuatur infusio lumis suprādicti. Quarto vt per hoc demōſtratiue cōſideret̄ dubia p̄dicio iudicandoꝝ ⁊ forte aliq̄ in ipso exitu mortis q̄ vadant ad iudiciū in multis p̄silibus dubitāt.

Secunda questio.

Quę q̄ sunt illi minimi de q̄bus h̄ loquit̄ xp̄s ⁊ quō non ponunt̄ inter iudicādos nec etiā vidēt̄ poni inter assessores? Ad q̄ dicendū q̄ illi minimi sunt viri in hūilitate p̄fecti. q̄ ex tripli ci causa in ipso aduētu iudicis exp̄sse nō fuerūt noīati. Primo vt innuat̄ q̄ sunt quodāmō idem qđ xp̄s. Sicut ipse postea dicit: iō in ipo xp̄i aduētu supponunt̄ venisse. Secdo vt oñdatur q̄ p tanto in noīe angelorꝝ sicut supra dictum est cōprehensi sunt. Tertio dici pōt q̄ mos est sacre scripture plerūq̄ in p̄ncipio aliq̄ p̄termittere ⁊ tandē ac si p̄missa fuissent. sic de eis facere mentionē.

Tertia questio.

Tertio queri pōt que sit causa operū miseri cordie de q̄bus hic fit mētio? Dicendū q̄ sunt due miserie hoīs in p̄nti. p̄ma ē naturalis. scda vo accidētalis. Prima est miseria naturalis et hec duplex. Aut corruptōe interiori: ⁊ sic est esuries ⁊ sitis. ꝑ esuries est a caloze corrūpente siccū sitis aūt a caloze corrūpēte humidū. Aut est ex corruptōe exteriori: ⁊ sic est indigētia vestimēti ⁊ hospitij. Quę vestimētū est ꝯ imutationem p̄pinquā. s. aeris corrōpentis ꝓtinue. hospiciū vo ꝓtra imutationē distantē corrūpētē interpolate. Secda est miseria accidētal. ⁊ h̄ etiā duplex est. Aut ex corruptōe nature ⁊ sic ē infirmitas: aut ex illatōe violētie ⁊ sic est carcer. Non tñ fit h̄ mentio de sepultura mortuoꝝ: q̄ opa mie fiūt primis in q̄ctū mortu⁹ sunt xp̄i mēbra mortu⁹ aūt in q̄ctū nō est xp̄i mēbrū est. naz xp̄s sp viuēs est vt dr ad Hebr. vij.

De punitione maloꝝ.

Secūdo subdit̄ cōdemnatio maloꝝ: q̄ tunc loquit̄ ad eos in ira sua ⁊ in furoze suo ꝓturbabit eos. Vñ ꝑmo ponit̄ cōdemnatio secūdo: ꝑ ditur rō. ponit̄ in q̄ctū ꝑmo ꝓdemnatio: q̄ tūc dicet his q̄ a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignē eternū: q̄ paratꝰ est diabolo ⁊ angelis eius. Ubi q̄ttuoz ieſus iplicabit ꝯ malos. Primo repellet eos a suo ꝓſortio di. Discedite a me. tollat̄ impius ne videat gloriā dei. Secdo maledicet eos dicēs maledicti. Tertio ꝓcremabit eos dicēs in ignē eternū. Quarto alligabit eos dicēs. patꝰ ē diabolo ⁊ angel̄ eius. O vbū horrēdū. O vbū tremēdū. O vbū pauēdū p/tingēs vsq̄ ad diuisionē aie a fonte oiuz bonorū deo. O vbū cōpagū atq̄ medullarū ⁊ oiuz interioꝝ cordis ⁊ corpis ꝓcussiuū. O ds q̄s nouit ptātē ire tue. ⁊ p timoze tuo iram tuā dinumerare? O ꝓſortiū horribile ad imaginandū. horribili⁹ ad videndū horribilissimū ad cohabitandū. O kribilitas ignis hñs caloꝛē eternuz. Vñ Eſa. vl. Ignis eoꝝ nō extinguet̄. hñs obscuritatē. Vñ ps̄. Inkcidētis flāmā ignis. s. sepando ignis ardoꝛē a claritate. hñs etiā feto/rem. Unde ps̄. Ignis sulphur spūs p̄cellarū. hñs ardoꝛē Deute. xxxij. Ignis succēsus est in furoze meo: ⁊ ardebit vsq̄ ad inferni nouissima. Habēs irreuocabilitatē. ps̄. Que p̄cedūt de labijs meis nō facia irrita.

Quarta questio.

Quę q̄re nō dicit h̄ a ꝓstitutōe mūdi sic dicit btis? Dom q̄ nō h̄ dixit vt manifeste pateat q̄ alit̄ se hz ds ad miserēdū ⁊ alit̄ ad puniēdū. ad miserēdū se hz ex suo p̄po ⁊ eterno ad puniēdū vo ex nro tpali vitio ⁊ pctō. Secdo subdit̄ cōdēnatōis rō. Vñ ex probratiue sb̄iūgit di. Esurīui enī ⁊ nō dedisti mihi māducare. sitiui ⁊ nō dedisti mihi potū: ⁊ sic de alijs opibus mie.

Quinta questio.

Quare nō facit h̄ mētionē nisi de opib⁹ mie ac de pietatis de effectu. Dom q̄ h̄ facit maxie p̄p̄ q̄ttuoz. Primū vt nō solū spe p̄mij: ꝑ etiā p̄p̄ timorē supplicij hoies ad opa mie puocēt̄. Secdo ad mōstrādū q̄ nihil ita puocat deū ad rigorē iusticie ⁊ ad inferendū penā vt ita dicā crudelē: sicut ipsa ipietas atq̄ defect⁹ pietatis. Nam in eius defectu q̄ttūcunq̄ sola cibi negatio videat̄ ipietas includit̄ ibi. Tertio vt oñdatur q̄ nō solū p̄p̄ mala opa. ꝑ etiā p̄p̄ defectū bonoꝝ operū hō dānādus est. Vñ Mat. vij: Omis arboz q̄ nō facit fructū bonū: excidet̄ ⁊ in ignē mittet̄. Et Mat. xxv. Fatue vgines solū p̄p̄ defectū olei ꝓdemnabant̄. Quarto vt ſm̄ Greg. apte clarescat. q̄ si tāta pena mulctatur q̄ sua nō dedisse ꝓuincit̄. q̄ pena feriēdus ē q̄ aliena redarguit̄ abstulisse?

Sexta questio.

Quę nunq̄d erit talis disceptatio de solis opibus mie? Et est dicēdū ſm̄ Rich. q̄ in iudicio erit disceptatio mētalis ⁊ vocalis. Prima erit nō tñ de oib⁹ in spāli ꝑ etiā in gñali. q̄ dic̄ Augu. ij. de ciui. dei. c. xiij. Virtute diuina fiet vt cuiuscūq̄ opa siue bona siue mala cūcta in me moziam reuocent̄. ⁊ mentis intuitu mira celeritate cernant̄ vt excuset vel accuset scientia cō

scientiã atq; ita simul vt oẽs ⁊ singuli iudicentur. Vñ Matt. xij. de oi ꝙbo ocioso qđ locuti fuerint ⁊c. Utrũ aũt vocaliter de alijs opibus sicut opibus miscẽdis talis disceptatio sit futura: nõ est certũ �means Rich. Tũc rñdebũt ei dicẽtes. Dñe qñ te vidim⁹ esurientẽ ⁊ sitientẽ aut hospitẽ aut nudũ ⁊ sic de alijs: ⁊ nõ ministrauimus tibi. Excusare se satagũt q̃si deũ fallẽ possent q̃ homines ipos fallent. Dz notãter adũtendũ est ꝺm Brig. q̃ supra iusti imorant in vno q̃ ꝙbo. iniusti aũt ꝺ nõ ita p singla ꝺ cursiz dicũt q̃m ppriũ est iustoz bñfacta in facie sibi relata diligent ⁊ p singla refutare cã hũilitatis. malorũ aũt hoiuz est culpas suas excusatõis cã. aut nullas velle oñdere. aut leues ⁊ paucas. Tũc rñdebit illis dicẽs. Amẽ dico vob q̃diu nõ fecistis vni de minoribꝰ his: nec mihi fecistis.

Q finis generalis iudicij erit dãnatio ipioz ⁊ glificatio iustoz. Ca. iii.

Quarto insinuat circa iudiciũ finalis successus. q̃ duplex est. ꝓmus est impioz scꝺs vo est iustoz. Primꝰ aũt ipiorũ erit pena etna. Nam ꝺm Bonauẽ. Impij ⁊ spũs maligni cũ illo q̃druplici igne in baratrũ intrudent. eo q̃ ignis ille exequit sniam iudicantis Vñ subdit. Et ibũt hi in suppliciũ etnũ vbi erit dãnũ irrecupabile. dolor dispabil. pena inestimabilis. ꝯfusio intolerabilis. pauptas inexplebilis. nature ꝯsũptio miserabilis. rebellio inextna ⁊ extnã iplicabilis. O infelix pctõr q̃d actur⁹ es in hora tanti iudicij q̃ tremore paueses! in auditu futuri supplicij q̃ latibulo abscõdes te? Supra erit iudex iratus. subtus. infernus. parat⁹. iuxta oẽs sancti sniam iudicis approbãtes. ⁊ angeli boni ad tartara ppellẽtes. a dexteris pctã accusantia. a sinistris ꝙbo demones ad iferos trahẽtes. interi⁹ ꝯscia remordẽs. exteri⁹ ignis exurẽs. Totus eni ille ignis q̃ pcesserit faciẽ iudicãtis ⁊ ois caliditas eius: oẽs dãnatos ꝯglomerãdo inuoluet ⁊ trahet ad inferos pctõres: ⁊ sic pcipitãt ruẽt i suppliciũ sempiternũ. Tũc eni ꝺm ps. dñs in ira sua ꝯturbabit eos: ⁊ deuorabit eos ignis Scdo aũt successus sequet iustoz. q̃. s. erit glia sempitna. vñ seq̃t. Justi aũt i vitã eternã. Noie q̃dẽ vite etne dat intelligi gloriã etnalẽ vt ex tpo mõ loq̃ndi mãifeste oñdat. q̃ illa sola dicẽda ẽ vita. ꝛoẽ aliud mors ⁊ miseria sempitna. ⁊ q̃ nisi p q̃sto ordinat in illã p tãto dicat aliq̃d pticipare ꝺ illa

Articulus. iii. de statu i quo remanebit totũ vniuersuz post iudiciũ vniuersale.

Tertio aũt ꝯsiderem⁹ circa iudiciũ gñale cõclusionẽ subseq̃ntẽ. Nã ꝯsũmato iudicio gñali statim subsequet inouatõ mũdi: q̃ nõ cõplebit donec i mũdo pctõr erit. i. q̃scz ꝺtrudent ipi ad infernũ. Nã sicut ille maxim⁹ ignis elemẽta purgabit cũ habeat expulsiuã ꝙtutẽ extrisece forme: sic mũdũ inouabit ⁊ in pulchriorẽ mutabit cũ habeat subtiliatiuã ꝙtutẽ. Mũdũ autẽ innouari debere ⁊ inducere pulchriorẽ formã oñdit triplici rõne. Prima est ꝓpter hois glorificationẽ. scꝺa ꝓpter hois ꝯformatõez. tertia ꝓpter hois delectationẽ. Primo aũt ꝓpter hois glorificationẽ. Nã sicut dignũ fuit q̃ elemẽta purgarent⁹ p eo q̃ infecta erãt ppẽ hoiuz culpas. Ita etiã dignũ erat vt mũdus renouet⁹ ꝓpter hois glorificatõz. Scdo ppẽ hois cõformationẽ ꝺ est vt totus mũdus ꝓput possibile est glorificato hoi ꝯformet⁹. Tertio ꝓpter hois delectatõz. q̃ mũdus iõ factus est. vt hõ in pñti per speculũ creature cog̃sceret creatorẽ quẽ nũc in natura sua videre nõ põt. Jõ in futuro oportet speculũ meliorari vt in purgatõz ⁊ pulchritudinẽ creaturarũ ãpli⁹ resultet spũs creatoris. Hoc autẽ nõ erit ad necessitatẽ eo q̃ deus aliter videri nõ posset sicut mõ: ꝺ ad iocũditatẽ vt. s. delectatõi visiõis intellectualis addatur delectatio visibilis sensus in aspectu visibilis mũdi. Quarto addi põt q̃ id fiet ꝓpter creaturarũ remuneratõz. i. vt creature q̃dãmõ remunerent⁹ p laboze q̃ homi seruierũt. Circa hãc eni inouationẽ q̃ttuor mutatões cõtemplemur. Primã elemẽtoz. scꝺam planetarũ. tertiã dãnatoz: q̃rtã beatoz.

De inouatõe elemẽtoz ⁊ q̃aliq̃ mõ ꝯformabunt⁹ corpib⁹ gloriosis. Ca. i.

Primo aũt ꝯtemplemur mutationẽ elementoz. Primo eni terra erit sicut chrystallus ⁊ planabit⁹. ⁊ lz ꝺ p scꝑtũ/rã sacrã nõ habeat. Scdo q̃dem aer erit clarior nec habebit impssiões q̃s patit⁹ mõ q̃ non erit nubes: nec vẽti: nec pluuie nec ros: nec grãdo: nec tonitrua: nec fulgura. Tertio ꝙ ignis ⁊ aq̃ erũt puriores: ⁊ mãebũt etiã nõ solũ ꝺm sꝺz. ꝺ etiã ꝺm q̃litates suas q̃s nũc habent q̃tũ ad habitũ. ꝺ nõ q̃tũ ad vsum: q̃ cuz his duob⁹ elemẽtis magis vigeãt q̃litates actiue. s. frigiditas in aq̃: ⁊ caliditas in igne magis sunt generatõis ⁊ corruptõis ꝓncipiũ. ⁊ tales effectus illoz nõ erũt ampli⁹. Et ppẽ ꝺ interire dicunt. Vel iõ interire dicũt ꝺm aliq̃s q̃ dñs inducet i illis ꝺm Basiliũ sup illꝺ ps. vox dñi inscidẽtis flãmã ignis. ita q̃ illꝺ est caliduũ vstiuum ⁊ frigidũ glaciale inferi⁹ tendet. Nã de oibus elemẽtis ignobile tẽdet deoziuz sicut grossum terrenũ ⁊ opacũ ⁊ tenebrosum ⁊ hmõi ad cruciãdũ dãnatos vt verificet illꝺ Sap. v. pugnabit p eo orbis trarũ ꝯ insensatos. pspicuũ aũt in aq̃ ⁊ lux in igne manebũt: ⁊ ascẽdet sursũ

ad letificandum beatos. Vñ Tob. xiij. beatus ero si fuerit reliqe semis mei ad videndā claritatem hierlm Ex his patet q̄ termīabūt trāsmutatiões elemētoꝝ ⁊ generatiões aialiū ⁊ plātarū q̄ eē istoꝝ cessabūt. Et ppt̄ hoc dicūt iterire elemēta: nō q̄ ad subam: s̄ q̄tum ad actionem ⁊ passionem. Scom enī Rich. in. iiij. di. xxviij. ꝙueniens ē q̄ cū inouabit homo lux etiā i corporib⁹ celestib⁹ adaugeat. ⁊ ex ꝙsequenti q̄ elemēta abūdātib⁹ illuminēt q̄ mō: q̄a corpib⁹ recipiēt maiorē lumis influētiā. Utꝝ aūt p̄ter illā claritatē quā a corpibus celestibus recipiēt lux eis alia impmat incertus est. tñ nullū est inconueniēs si ꝙcedat q̄ sic. ⁊ tunc sicut aīe electorū p lumē gr̄ie aliq̄ mō angelis ꝙformāt manente dria i eētia ⁊ i pprietatib⁹ naturalibus. sic corpa inferiora p suā illustrationē aliqlit corporib⁹ celestib⁹ ꝙformabūt salua dria in essentia ⁊ pprietatib⁹ naturalib⁹. Terra tñ nō illuminabit nisi in supficie. Si enī in suo pfundo illumiaret: impij illud lumē videret: q̄ visione oīno indigni sunt vt notum est.

Questio circa dicta.

Sed nūquid oīa aialia bruta ⁊ vegetabilia destruent: Dicēdū q̄ sm Rich: vbi. s. q̄ creaturaꝝ q̄dā sunt incorruptibiles sm se totas: sicut sunt angeli boni ⁊ mali et corpora celestia. Quedam sunt corruptibiles sm se totas sicut sunt mineralia vegetabilia atq̄ bruta. q̄dā vero sunt corruptibiles sm ptē minus p̄ncipales ⁊ incorruptibiles sm ptē magis p̄ncipales: sic homies q̄ sunt incorruptibiles sm spm. q̄dam sunt corruptibiles i ptibus ⁊ incorruptibiles in toto non qm̄ eoꝝ natura tota ex pte sua corruptibilis ē: sed q̄ ppt̄ ordinez mūdi nō adest corrūpens ⁊ tales creature sunt elementa Sta tui incorruptibili nō ꝙueniūt q̄ sm se tota corruptibilia sunt ex sua natura ⁊ sm ordinē mūdi: ⁊ ideo talia nō remanebunt: sicut sunt minerabilia vegetabilia ⁊ bruta. Oēs aūt alie creature remanebūt ea q̄ in pte corruptibiles sunt sm se totas incorruptibiles efficient.

De inouatione orbiū ⁊ planetaruz et quāto splendore fulgebunt

Capitulum. ii.

Secūdo ꝙtēplemur mutationez planetarū. Orbes enī celestes ⁊ sidera ppter impmixtionē nullam hñt impuritatē sicut hñt elemēta: s̄ tm̄ habēt motū ꝑfectionē. ideo innouabunt s̄ non purgabūt. Innouatio enī i illis duo de necessitate requirit. p̄mo motū cessationē: scdo splēdoris augmētionem. Primo autē q̄tum ad motū cessationē notandū ē. q̄ motū omniū corpoꝝ supcelestiū cessabit. Vñ Apoc. x. Angelus quē vidi stare supra mare ⁊ supra terrā leuauit manū suā ad celū ⁊ iurauit p viuētē in secula seculoꝝ q̄ creauit celū ⁊ ea q̄ in eo sunt. et mare et oīa q̄ in eo sunt: q̄ tps ampli⁹ nō erit. Cōfirmatur aūt h̄: q̄ tūc oīa erūt in dispositiōe pfecta. Vñ melioꝝ est dispositio q̄etis q̄ motus. Itē sol rē manebit i oriēte ⁊ luna in occidente vbi primo creata sunt. ⁊ firmamētum sicut creatuz fuit ꝙ erit pleniluniū. sic enī ab antiq̄s theologis traditū fuit ppt̄ optimā vniūsi dispositōez Pe cūdo aūt q̄tuz ad splēdoris augmentationem Adūtēdū est q̄ lux solis erit septuplicit sic lux septē dierū. ⁊ lux lune erit sic lux solis. Unde Esa. xxx. c. ait. Erit lux lune sic lux solis ⁊ lux solis erit septēplicit sic lux septē dieꝝ in die qñ alligauerit dñs vuln⁹ pūi sui ⁊c. Rō horum ē q̄ corpa supioza ad vsum hois duplicit facta sunt. p̄mo ppt̄ necessitatē. scdo ppter delectationē. Primo ppt̄ necessitatē scz corpis videlicet q̄ ad statū generatiōis ⁊ corruptōis. et cessante illo cessabit motus Scdo ppt̄ delectationē scz ipius hois vt delectaret ppt̄ deū in pulchritudine creature sicut delectabat ps̄ dicēs. Delectasti me dñe i factura tua ⁊c. Insup fuerūt creata vt hō p illa ascēderet in creatoris sui cognitionē: ideo lux eoꝝ non cessabit s̄ augebit sicut p̄dictū est. Talia q̄dez celestia corpa adepta q̄ete ⁊ lumine clariori dicunt remunerari vt. s. patuit Uerūtm̄ illa q̄ sicut dixi mus interierūt in homie saluabunt. eo q̄ hō sit militudinē hz cum oī genere creature. ⁊ ideo i hois innouatiōe ⁊ glorificatiōe dici p̄nt oīa innouari ⁊ renouari quodāmodo.

De tormentis inferni et varietate acerbitate et eternitate pene ⁊ potest de hoc capitulo fieri sermo.

Capituluz. iii.

Tertio ꝙtēplemur mutationez damnatoꝝ. Nēpe dānati q̄tum ⁊ demones erūt clausi i inferno sic in carcere: in tm̄ q̄ inde nunq̄ egredi p̄nt licz mō discurrere queāt p hūc aerē caliginosū. Vñ Esa. xxxiiij. Claudent ibi in carcere: qō p̄t esse thema. Vñ in impante dño discedite a me maledicti in ignez eternū ⁊c. Eis erit parere necesse: ⁊ ō obia executiōi statī mādāda dñs subdit dicēs. Ibunt hi i supliciū ⁊c. qō p̄t eē aliud thema. In cruciatib⁹ carceris iferni ⁊ oīuz dānatoꝝ tria erūt. p̄mo in cruciatib⁹ varietas. scdo acerbitas. tertio eternitas. Primo erit ibi in cruciatib⁹ varietas. dignuz ē enī q̄ ibi nō remaneat dedecor culpe sine decore iusticie Triplex enim erit ibi varietas cruciat⁹. Prima erit ꝑcussio lucis. secūda ꝑcussio ignis. tertia afflictio vniuersalis Nēpe hac pena multiplici punient sm q̄ mul

timoda deordinatio ē in ql̄ibet mortali culpa. In oi eñ mortali pctō h tria inueniunt. ꝑmo deordinata aūsio. scdo deordiata ꝓūsio. tertio deordiata volūtas seu affectio. ¶ Primo ē ibi deordiata aūsio. s. a sūma luce ⁊ boitate ⁊ huic debet ꝑuatio lucis. i. carētie dine visionis. de q̄ Job. xxj. Uidebūt oculi ei⁹ interfectionez suā ⁊ de furore oipotētis bibet. Qui videt mortē ꝑuat⁹ visiōe vite ē. Et Mat. xxij. ait dñs. Ligatis mānib⁹ ⁊ pedib⁹ ⁊c. Que q̄dē tenebre ita dēse sūt: q̄ nulla luce penetrari pñt. Uñ Bap. xvij. Ignis q̄dē nulla vis poterat illis lumen ꝑbere: nec syderū lympide flāme illuminare poterāt illā horrēdā noctē. Uenerūt eñ vt dicit Job. x. ad terrā tenebrosā ⁊ optā mortis caligine: vbi vmbra mortis et nullus ordo ꝫ sempitern⁹ horror inhabitat. Et ꝑm Hiero. magis affligit dānatos videre q̄ ꝑuati sunt glia: q̄ cruciari q̄cunq; alia pena sensitiua. Erit autē i inferno aliq̄d obscuri lumis q̄ scz dānati videre possint vñ doleāt: nō vñ delectent. Unde ps̄ ¶ctor videbit ⁊ irascet: dentib⁹ suis fremet ⁊ tabescet. Uidēt tñ reprobi vsq; ad diē iudicij q̄ntū; bt̄or glias i vniūsali ⁊ nō i pticulari. Uident eñ oēs i magna glia ꝫ nō i eq̄li: sicut pauperes ex domū cogitāt delectatōes comedentiū. tñ in pticulari nesciūt q̄d diuites comedāt De hmōi visione non letant sed tristant. tum ꝓpter inuidiā al iene felicitatis: tum ꝓpt carētiā ꝓprie beatitudinis. ¶ Post iudicium vo ita ad ꝓprias penas eor cōsideratio flectet: q̄ de sanctor glia non poterint cogitare. Qz qz mali resument corpus deforme atq; passibile ⁊ tāta ignominia plenū ideo anima resumēs illud stupebit quādo videbit ipm: ac potius vellet habere tale ql̄e erat: quādo dimidiū a vermib⁹ cōmestum fuerat. ¶ Secūdo ē ibi deordinata ꝓuersio scz ad cōmutabile bonū ⁊ huic debet afflictiua pena scz ꝓbatio ignis h est materialis incēdij. De q̄ Job. xx. Deuorabit eū ignis q̄ non succendit: affliget relictus in tabernaculo suo. Et ps̄. de dño ait. ¶ Pluet sup peccatores laqueos ignis sulphur ⁊c. Quis autē ille ignis cū sit corpor⁹ naturalit agē nō possit in spm ipm calefaciendo: agit tñ in ipm vt instrumētū diuine iusticie ipm ledendo. Et talis dolor maxim⁹ est: tum ꝓpter potentiā diuine maiestatis ignem illū mouentis: tū ꝓpter sensibilitatem patiētis. tum ꝓpter imediationem ꝓiūctionis. ¶ Tertio est ibidē deordinata voluntas seu affectio que cū libera sit ꝓtra dictamen recte rōnis peccare cōsentit ⁊ huic debetur pena scz afflictio vniuersalis: qz ex h q̄dāmodo vniuersa mala ortum hñt. Uñ Job. xx. Cum satiat⁹ fuerit. s. delectatōib⁹ pctōr artabitur: estuabit. ⁊ ois dolor irruet i eū Uñ ps̄ ad dñz ait de dānatis. In reliquijs tuis ꝓpabis vultū eor. Reliquie q̄dem dñi sūt infern⁹ ⁊ terra. de⁹ eni est lux: ⁊ reliq̄e lucis tenebre cōprobāt Ideo Mat. xxv. de inutili ꝛuo ait dñs. Ejicite eū in tenebras exteriores. Et merito dicunt exteriores: qz extra lucem dñi sunt In his reliquijs siue ad has reliq̄as ꝓparabit dñs vultū eor scz pctōr: qñ in die iudicij dicet. Discedite a me maledicti i ignē eternū. dicit eñ vultus eor. nec noīat aliquē sensum determinate: sed i simul oēs sensus. ad ḡuius ponderanduz ⁊ ad exprmēdū sensus corpales ⁊ spūales q̄ insimul in inferno cruciabunt. ¶ Primo eñ visus in tenebris erit. iuxta illud Esa. lix. Impegimus i meridie ql̄si i tenebris: i caliginosis ql̄si mortui Insup horrebūt: qz videbunt faciem diaboli. vñ Jobel. ij. A facie eius scz diaboli cruciabūtur pli. ¶ Scdo audit⁹ erit in clamore horribili iuxta illud qđ sequit Esa. lix. Rugiem⁹ ql̄si vrsi oēs. Et Soph. j. In die illa dicit dñs vox clamoris a porta piscium ⁊ vlulat⁹ a secunda. ¶ Tertio odoratus erit in fetore Apoc. xix. Illi sūt in stagnū ignis ⁊ ardētis sulphur. ¶ Quarto gust⁹ i amaritudine maxia Hiere. ix. Ego cibabo populū istū absynthio: ⁊ potū dabo eis aquā fellis. ¶ Quinto tact⁹ erit in ardore Esa. xxxiij. Quis habitabit ex vobis cū ardorib⁹ sempiternis? Quis vestrū poterit habitare cū igne deuorante? Et ꝫ omnes ꝑdicti sensus corpales ⁊ spūales crucient: ibidem tñ ratio patiet. sup oēs sensus. Unde ps̄. Conuertet dolor ei⁹ in caput eius. i. in mentez eius ⁊ in verticē. i. in rōnez ipi⁹ iniq̄tas ei⁹ descēdet h est etern⁹ cruciat⁹ p iniq̄tate. Merito eñ rō q̄ui⁹ punit. qz scz duplici pena scz igne ⁊ ꝑme De q̄b⁹ Esa. i fine. Uermis eor nō morit: et ignis eor nō extinguet. caro aūt tñ i igne. Est eñ ql̄si regla generalis q̄ maximi maxie puniētur. Uñ Bap. vj. ¶ Potētes potēter tormenta patiēt. ¶ Dorso ꝓ vertice rō designat. Dicitur eñ vertex ꝑm Cassio. eo q̄ capillos dextra leua q; vertet ⁊ notat officiū rōnis qđ ē discernere ꝓprie q̄ dr ꝓuertet dolor ei⁹ ⁊c. qz peccatū ab interiori ad exterius egredit. quia primo a corde Mat. xv. de corde exeunt cogitationes male ⁊c. ¶ Pena autē ecōtrario ab exteriori ad interius ingredit: Sed cum vertex ⁊ rō sit in sūmo videt q̄ male dicat. in ꝓtice ipi⁹ iniq̄tas eius descēdet. Dicēdū q̄ ꝓ vertice innuit natura peccati: eo q̄ i peccato rō cadat: ⁊ se sensualitati submittit. cui ꝑesse deberet.

¶ Penarū acerbitas triplex est.

¶ Scdo aūt erit ibi penarum acerbitas. ¶ Punient eñ pena acerba ꝑm q̄ deordinatio i peccato fuit libidinosa. Esa. xxvij. ait. In mēsurā

ꝓtra mēsurā cū abiecta fuerit iudicabit. Et ite
rū .xxviij. dic̄ dñs. Ponā i pōdere iudiciuz ⁊
iustitiā in mēsura. delectatio em̄ libidinosa pu
niri debet ꝑ iustitiā afflictiuā. ꝓma erit abie/
ctio .scda afflictio .tertia ꝓsumptio ¶ Ꝓma
em̄ tristitia erit abiectio ꝑpūs em̄ rōnalis pec
cando ꝙuertit se ad amorē ꝑpriū ⁊ ad bonū
ꝑticulare libidinose amandū : ⁊ ex hoc cōtem-
psit diuinū impiū ⁊ diuini amoris dominiuz.
Hinc ē ꝙ ad ꝟ ꝙ delectatio illa improba perfe
cte puniat in q̄ simul ē delectatio cū ꝓtemptu:
necesse ē ꝙ ad punitionē illi⁹ cōtēpt⁹ ⁊ delecta/
tiōis pctōz siue sit spūs siue hō p̄cipitetur i lo-
cū infimū ⁊ abiectū a statu glorie oīno elonga
tū scz in pfundū inferni. Vñ Esa.xiiij. Detra/
cta est ad inferos superbia tua. Necesse est etiaz
ꝙ ibi exponat affligēdus infime nature ad per
ꝟ nō a spūali patiat: ꝑ a corpali ⁊ infima. id est
a fecib⁹ corpoꝝ mūdanoꝝ q̄ ab elemētis in die
iudicij sicut dictū est in purgatiōe eoꝝ i infer/
nū cū reprobis deponent vt in fecib⁹ defigāt.
vñ ꝓpter imundiciā infern⁹ ꝺr lac⁹ vbi. s. oēs
sordes fluūt q̄si in latrinā. Unde ps̄. Cōminu-
am eos vt puluerē ante faciem venti vt lutum
platearum delebo eos: quod collectū in foueā
mittitur. Ideo infernus dicit lacus diuine ire
Apoc. xiiij. Uindemiauit angelus vineā ter/
re: ⁊ misit in lacum ire dei magnū. Per hūc la-
cum ꝓprie notat infernus q̄ est lacus miserie i
quo est lutum fecis peccatoꝝ sicut dicit ps̄.
¶ Scda miseria erit afflictio. Am̄ em̄ spūs q̄
ꝑ naturam p̄ponit corpi ⁊ in corpus influere
habet ⁊ ipm̄ mouere dignitatem nature ꝑ cul/
pam puertit: ⁊ se subiicit quodāmodo vilitati
⁊ nihileitati peccati. Hinc est ꝙ ꝑm ordinē iu-
sticie debet ordinari vt tam peccatoꝝ q̄ homo
igni corporeo alligef. non vt in illū influat vi/
ta sed vt diuino decreto suscipiat penā. cuz em̄
rei quā horret ꝑ timorē diuinit⁹ imissuz ⁊ quā
sentit ꝑ vim naturalis sensus sic inscpabilit al-
ligatur: necesse est ꝙ acriter tormentetur. Vñ
de talib⁹ afflictionib⁹ Deut. xxxij. dicit dñs.
Congregabo super eos mala: ⁊ sagittas meas
cōplebo in eis. Sagitte dñi sunt septem gene-
rales ⁊ naturales pene q̄ p̄mis parētibus ꝓp̄
peccatū sunt infixe. s. fames. sitis. frigus. estus
infirmitas. lassitudo ⁊ mors. Has q̄dem sagit-
tas intendit dñs in arcu cōminatiōis Gen. ij.
q̄n ait ade. Quocūq̄ die comederis ex eo mor
te morieris. Et statim cum comedit adam infi-
xit domin⁹ has sagittas in illo : ⁊ nobis in eo.
Vñ ps̄. ō se ait. Am̄ sagitte tue infixe sūt mihi
Nec tm̄ ait fixe sed infixe. multū em̄ intime fixe
fuerunt que etiam nos in ipo vulnerauerunt.
Unde Job. vj. Uerba mea dolore sunt plena
q⁹ sagitte domini in me sunt. Unde ps̄. Arcuz
suum tetendit ⁊ parauit illum ⁊ in eo pauit va
sa mortis sagittas suas ardentib⁹ effecit q̄ sunt
septem p̄dicte miserie inferni. Arcus etiaz nūc
tensus est scz cōminatio eterne dānatōis. Ua-
sa mortis sūt septē dicte miserie inferni. et has
dñs ardentib⁹ effecit: cuz igne peccati originā-
lis ⁊ fomitis succendit. Nec tamen in homie p̄
fatas sagittas adhuc compleuit: sed tetēdit ar-
cum ꝓtra obstinatos cōminando eternā dam-
nationē dicens. Sagittas meas cōplebo ī eis.
Has siq̄dem sagittas in inferno complebit: qz
ibi est fames insatiabilis. secūdo sitis irrefrige
rabilis. tertio frigiditas intolerabilis. quarto
estus irremediabilis. ǫnto infirmitas misera/
bilis. sexto lassitudo inq̄etabilis. septio mors
interminabilis. ¶ Ꝓmo est ibi fames insati/
abilis. Nam Esa. xxxv. dicit domin⁹. Serui
mei bene comedent ⁊ vos esurietis. ps̄. famē
patient vt canes. q̄ vlulant quādo famescunt
sic vlulabūt ipi ex fame. ⁊ ipi erunt q̄ nūc dicūt
non possum ieiunare ⁊ fingunt ¶ Secūdo erit
ibi sitis irrefrigerabilis. Unde Esa. vbi. s. ser
ui mei bibent et vos sitietis. Unde Luc̄. xvj.
epulo ille diues ardens in lingua guttaz aque
petijt quā tamen non habuit ¶ Tertio erit ibi
frigiditas intolerabilis Job. xxiiij. Ad nimiū
calorem transeunt ab aquis niuiū. ¶ Quarto
erit ibi estus irremediabilis Apoc. xvj. estua
uerunt. id est. estuabūt homines estu magno.
Et merito: qz intus ⁊ extra in corpe ⁊ anima i
censi erunt sicut ferrū ⁊ alia metalla succendū-
tur in igne Ezech. xxij. Omnes isti es et stannū
⁊ ferrum ⁊ plumbū i medio fornacis. ¶ Quin
to erit ibidem infirmitas miserabilis Esa. xij.
Torsiones eos tenebunt q̄si ꝑturiētes. ¶ Se
xto erit ibidem lassitudo inq̄etabilis. Erit em̄
tanq̄ pugil ligatus qui nec se extendere nec cō
trahere nec reuoluere posset Mat. xxij. Liga
tis manibus ⁊ pedibus ꝓjcite ⁊c. Et iterum
Mat. xiij. Colligite ꝓmū zizania ⁊ alligate
ea in fasciculos ad cōburendū ¶ Septimo erit
ibi mors interminabilis Unde Apoc. ij. Qui
vicerit non ledet a morte secūda. Mors enim
ꝑma sepatio est anima a deo per mortale pecca
tum. Mors vero secūda ē recessus dei ab ani
ma ꝑ eternū supplicij Unde ps̄. Mors pecca
toꝝ pessima. Nam ꝑm Greg. xv. mortalium.
Cuius vita mortua fuit in culpa eius mors sp
viuit in pena. cruciat ⁊ non extinguit moritur
⁊ viuit. deficit ⁊ subsistit. finit semp ⁊ fine caret
Hec autē solo auditu sūt terribilia q̄to magis
passione. ¶ Tertia aūt tristitia erit ꝓsumptio.
Quia em̄ illa peccati deordinatio et reat⁹ ꝑm
quā moderat actio ignis in eodē. ē vniformis
et nunq̄ crescit nec decrescit nec mutat. Hinc
ē ꝙ diuino imperio ordināte ille ignis sic agit.

qz semp vrit ⁊ non ꝓsumit. semp affligit ⁊ non interimit. qz nõ agit ad sue forme multiplicationẽ: sed ad pacis anime in corpe pturbationẽ siue ipius spũs i seipo. vñ nõ fit noua adeptio sed adepte pacis pturbatio. vñ sic i eadẽ pena nec acerbitas eternitatem nec eternitas tollat acerbitatẽ. Unde pſ. Sicut oues i inferno positi sũt mors depascet eos scz mors eterna. Sicut eñ aialia depascunt herbas qz penitus nõ eradicant eas sed remanẽt radices vnde iterũ crescit herba: sic miseri in inferno corrodent a morte sed afflicti iterũ reseruabunt ad penas. Cõsument etiam eos demones Unde Deutſ. xxxij. Deuorabũt eos aues morsu amarissimo Et iterum ꝓpheta in ꝓsona dñi ait dicẽs. Dẽtes bestiar̃ imittam in eos cum furore trahentium sup terram atq; serpentiũ.

Eternitas penarũ erit ꝓpter tria.

Tertio erit ibidem in acerbitate eternitas. Quia eñ pctm̃ qđ ds cõmittit ⁊ de q̃ nũq; penitet tria i hoie opatur. ꝑmo ppetuo in aia durat. secũdo a vita ppetua sepat. tertio a voluntate ꝓcedit q̃ vellet ppetuo delectari. Primo eñ peccatuz ppetuo in aia durat. Licz eñ delectatio peccati in aia trãsiẽs ⁊ momẽtanea sit. deordinatio tamen eius tenet rõnez ppetuitatis. Ideo pena huic rñdens nõ debet hr̃e carentiã finis: vt sicut homo i suo ppetuo nõ apposuit finẽ suo peccato. sic deus in suo ppetuo nõ desistat puniẽdo. Unñ Apoc̃. xiij. de dãnato dr. Cruciabit igne ⁊ sulphure i ꝓspectu angelor̃ sanctor̃ ⁊ in cõspectu agni: ⁊ fum⁹ tormentor̃ ascẽdet in secula seculor̃. Et Judith vlt̃. Dñs eñ oipotens iudicabit in eis: ⁊ i die iudicij visitabit illos. dabit eis ignẽ ⁊ vermes i carnes eor̃. ⁊ vrent ⁊ viuent ⁊ sentiẽt vsq; in sempiternũ. Secũdo a vita perpetua sepat Unñ sicut ꝓtra infinitũ peccauit. sic penã habeat infinitã. Sz qz infinitã nõ põt habere intẽsione habeat tũc saltẽ infinitã duratõe Unñ Esa. vlt̃. Ignis eor̃ nõ extinguet̃. Unñ pſ. Laborabit in eternuz ⁊ adhuc viuet in finẽ. Tertio a volũtate ꝓcedit q̃ vellet ppetuo delectari. Proinde sicut volũtas post mortẽ adheret malo sine pnie susceptiõe: sic deus sp aiaz affligit sine finie mutatiõe. Unñ Greg̃. exponẽs illũ Job. x. vbi vmbra mortis ⁊c̃ ait. Fit ibi miseris mors sine morte. finis sine fine. defect⁹ sine defectiõe: qz mors ibi sp viuit. finis sp incipit. defect⁹ deficere nescit. qz mors ꝑmit ⁊ non extinguit. dolor excruciat: ꝑ nullaten⁹ pauorẽ fugat. flãma cõburit: ꝑ nullaten⁹ tenebras discutit. ⁊ ita supplicia ordinẽ nõ hñt q̃ nõ suã ꝓpria q̃litatẽ tenẽt. Hec ille. Hec ẽ ps ipij a deo Job xx. Unñ q̃dã sapiẽs i pictura inferni hos duos posuit ꝙsus. Hic q̃ vita mori q̃ supest omni dolori. Que lex fiere licet q̃ cã sup hie latet. Item ꝺ eternitate penar̃ pleni⁹ i ꝑmõe sequẽti dicem⁹ Be oib⁹ supradictis tormẽtis dicit dñs Mat. xviij. Irat⁹ dñs ei⁹ tradidit eum tortoribus quo adusq; redderet vniuersũ debitum. Primo eñ h̃ notatur penar̃ varietas ibi Iratus dominus eo q̃ dñs irascit̃ ꝓtra omnẽ mortalem culpam Secũdo acerbitas exꝓmit̃ ibi ⁊ tradidit eũ tortoribus. Tertio ꝙo eternitas subiungit̃ ibi q̃d usq; redderet vniũsũ debitum qđ q̃dem in eternũ nõ fiet. Et ꝓt h̃ eẽ thema ꝑ dñica. xxj. post pentecostes.

De innouatione regni celorum.

Capitulum. iiij.

Quarto ꝓtemplemur mutationẽ beator̃. Nẽpe in dei iudicij omnes sãcti in decẽ mansionib⁹ i aia ⁊ corpe collocabũt. Prima mãsio ꝑm aliquos erit illor̃ beator̃ q̃ absq; ꝓprijs meritis saluati sũt ꝑ solũ ex merito dñice passionis: sic̃ sunt ꝓuuli baptizati Demũ ad repandũ angelor̃ ruinaz ad quẽlibet ordinẽ angelor̃ singuli assument ꝑm varios meritor̃ gradus. Tũc eñ verificabitur qđ dñs Esa. lxij. ait. Annus retributiõis mee venit. De q̃ ano ait pſ. lxij. Bñdices corone ãni benignitatis tue. Hic ꝙo ãn⁹ coronaz hz. i. itermiabilitatẽ glie ⁊ honoris i corone rotũditate significatã. Unñ Prou. xxvij. Corona retribuet tibi i generatõe ⁊ generationẽ. Huic corone tũc dñs bñdicet qñ oẽ gaudiũ et oẽm felicitatẽ supaddet oib⁹ gliosis. Tunc sic̃ ait pſ. Bñs bñdicet ꝓlo suo in pace. Quã nobis ꝓcedat initiator mediator ⁊ ꝓsũmator pacis dñs ihs xps: q̃ vere rex pacificus i glorioso regno triũphans cũ patre ⁊ spũsancto viuit ⁊ regnat in secula seculor̃. Amen.

Feria. iij. post primam dominicaz in quadragesima de eternitate infernaliũ tormentor̃. Sermo. xij.

Commota ẽ vni

c uersa ciuitas dicens. Quis est hic? Matth. xxj. ⁊ in euang̃. hodi. Cõturbatarũ mentiũ atq; admirantiũ verba sunt ista. Ex auditu q̃dem ꝓcedentis ꝑmonis multorum carnalium viscera cõturbata sunt. quia audierunt q̃ ex defectu tm̃ operũ miscdie homines eternis supplicijs cruciabunt̃ apd deuz impijssimũ arbitrãtes q̃ creaturaz suam absq; spe miscdie velit in eternũ tã horribiliter cruciari. Videt etiã eis q̃dãmodo esse ꝺ charitatez ⁊ pietatẽ etiã iniustũ q̃ ex omissiõe taliũ operũ pietatis. vel ꝑ vno solo actu mortalis culpe. det illis ẽrna pena cũ ẽrni ad nõ eternuz nulla

ꝓportio eē pōt sīc nec finiti ad infinitū ꝓinde cōmota ē vniūsa ciuitas. s. mēti hūane seu forte ma lozꝝ multozꝝ taliū incredulozꝝ admirati/ue dicētiū. Quis ē ḥ. s. ita terribilis seuer⁹ atq; cruḋel'. q̄ ꝓ tam'breui atq; leuissima culpa que q̄ñq; ꝓpetrat solūmodo ꝓ ꝓsensuz eī nos inferat cruciat⁹? Ad hos errozes eliminādū licet i ꝓcedēti ꝑmone de ḥ aliq̄d dictū sit. tñ ad clariozē intelligētiā declarare intēdim⁹ ḥ eē ꝓuent/entissimū z ꝓsonū rōni. triplici ex respectu. ꝓimo respectu mali. scḋo respectu dei. tertio respectu vniūsi. Ex q̄b⁹ ptz palā q; sīc ꝓpheta i ps. cxliij. inq̄t. Justus dñs in oīb⁹ vijs suis. Ad verbū pōt eē aliud thema i pñti ꝑmone.

Articulus ꝓim⁹ q; debent damnati eternaliter cruciari quadruplici ratione respectu mali culpe.

Primo q̄dez respectu mali debēt impij eternaliť cruciari: z ḥ q̄druplici rōne. ꝓimo rōne malicie. scḋo rōne impenitentie. tertio rōne incōueniētie: quarto rōne correspōdentie.

Q; mortaľ culpa ē infinite malicie ꝓpter quattuor. Cap. i.

PRimo eñ dānati debēt eternaliter cruciari rōne malicie. s. culpe que respectu dei q̄ offensus est infinita dici pōt. Et ḥ q̄druplici rōne. ꝓmo rōne offensionis. scḋo rōne ꝓuationis. tertio ratiōe dilatatiōis. q̄rto rōne destructiōis. Primo nā q; mortalis culpa ē infinite malicie rōne offensionis. Q; to eñ maiozē ꝓtra quē ꝓpetrať culpa: tāto culpa ḡuiozꝝ reputať. Nā dare alapam militi ḡuius ē q; dare illaz rustico: z multo ḡui⁹ ē illā dare ꝓncipi siue regi. Hūc autez mortaľ culpa offendit infinitū deuz. Hz q̄tus est sanctitate z bonitate z oīmoda nobilitate et dñationis iurisdictōe atq; amicitie z grē atq; magnificētie magnitudie ille q̄ offendiť: tanto magis ē pōderāda eius offensa. Cū igiť deus i oīb⁹ supradict⁹ sit infinit⁹. ideo offensa ꝫ ipm ē q̄dāmodo infinita. Ideoz ei aliq̄liť infinita pena debeť. Pena aūt intēsiue infinita nō ꝓt esse q; nihil creatū infinitū sic eē pōt. Relinquiť ḡ q; culpe mortali debeť pena infinita duratiōe z si nō intēsiue. Scḋo est infinite malicie ratione ꝓuatiōis. Priuat eñ infinito bono q̄ ē ipe de⁹ etern⁹. ac eternaliť tenet eū ꝓuatū cum reddat hoiez impossibilē ad surgēdū z ad reddendū iusticie debita: ac ꝓ ḥ causaliť z q̄tū ex se ē ineꝝnū duratura. Tertio rōne dilatationis. Dilatat eni se mortaľ culpa ꝓuādo hoiez bono ꝓterito pñti z etiā futuro. Preteritū bonū est infinitū meritū hūanitatis xp̄i. Presens sunt copiosa merita iustoꝝ pegrinantiū in via. Futurū sunt infinita p̄mia que beati angeli atq; sancti cōicarent homini in patria gloriosa. Quarto rōne destructionis. q̄to eñ culpa maiꝰ bonū corrūpit. z q̄to plus vniūsum dānificat: tanto peioz ē. Nec pensanda est tñmō ꝑm dānū actualiť datū: ꝑ etiā ꝑm oīa dāna. q; q̄tū ex se ē dissipat z subuertit totā naturā sui subiecti: z quodāmodo ē occisio dei z ḥ respectu toti⁹ tpis possibilis z futuri. Ex q̄ sequiť q; q̄tū ex se culpa mortalis occidēdo deū aufert eē oībus creaturis. nature hūane aufert esse et gr̄az nature beate aufert eē gr̄az z gl̄az: humanitati xp̄i aufert esse gr̄am gloriam z diuinitatem. Ex q̄ manifeste patet q; necessitat z inclinat ad innumerabilia mala: z q̄tum in se est infinita incōmoda cōtingenť vel necessario ꝓstat. Quid igiť mirū si iust⁹ de⁹ ꝓpť oīa supradicta culpā punit ꝓ tormenta ꝓ infinita secula duratura? Ex dictis ptz q; nulla impietas est culpā tantā ac talem odire z summā iusticiā eius ꝓportionabiliter punitiuā ꝓfectissime zelare atq; seruare: q̄n potius impijssimū esset talem iusticiam odire. maxime cū ipa sit ipsum sūmum bonum z vnus deus. Preterea q̄uis creatura inq̄tum ab eo bene condita sit a deo valde amāda tanq̄ scz sua z bona: inq̄tum est tñ ab eo maliciose auersa z sue amicitie ac iusticie ꝓnitiose rebellis. ē ab ipo non imerito odienda atq; exterminānda. Preterea impium nequaq̄ est si ipm vt tam talem effectā eternaliť odiat z afflīgat: imo potius impiū esset ei⁹ amare malitiam z fauorem adhibere ipi.

Depmanentia culpe ac supplicij in damnatis. Capitulum. ii.

SEcūdo debēt dānati eternaliť cruciari rōne impenitētie. Quia eñ peccatoꝝ de mortali culpa non penitet ante mortē ḥ i ea vsq; mortē ꝓdurat quodāmodo i suo eꝝno peccat. ideo in eternuz cruciari dz. Nam lz peccati act⁹ sit ꝑm essentiā suam trāsitoriu⁹ z finit⁹: eius tñ reat⁹ in eo appareret z remanet infinit⁹. Ad multiplici similitudine patet. Primo ꝙ silūtudine vulneration onis. Perpetratio eñ culpe q̄d est nisi quedā vulneratio spūalis? Quid igiť mirū si ex vulnere breuissimi tpis vuln⁹ multe duratōis aut etiā moꝛs q̄ q̄tū in se est ꝓpetuo pseuerat damnatis hoīb⁹ relinquať? Scḋo ex silūtudine casus. Perpetratio eñ culpe casus ē in pfundum. Ac ꝓ ḥ etiaz exēplū ptz. q; nihil obsistit q̄n casus hmōi breuissimo tpe fieri pōt: et non multo tpe vel absq; exitu remanebit i pfundo q̄ in hūc casum deueniet. Tertio ex silūtudine furti. Perpetratio eñ pcti sicut furtum est z q̄dā spūalis rapina. Vel sicut aliud ex forinsecis maleficijs. Nec mirať q̄ q; q̄n mutilatio

siue mors q̃ p illo iuste ſm leges infligit ꝑpetua ſit. cũ nõ ſit ſanitas i vita iſta a mutilatione mẽbror ſic nec reſurrectio corpis a morte per viã nature. Quarto ex ſilitudie vinculationis ſeu ligatõis ipius peccãti. Vinculationis eñ natura eſt vt tãdiu ligatũ teneat: q̃diu vincula ipa iſoluta remaneãt ⁊ indirupta Quito ex ſilitudie emptiõis. Peccati ꝑpetratio q̃ſi ꝓtract⁹ eſt ⁊ emptio infernaliũ tormentor necnõ ⁊ venditio qua precio breuiſſime voluptatis ſeipm tã alia q̃ corpe vẽdit pctõr inſan⁹ Cui aũt dubium q̃n ex emptione ⁊ venditione q̃tũcunq; breui tpe fiãt. ius ꝑpetuũ rei empte acq̃rat emptori. ⁊ q̃n trãſferat res empta ꝑpetua alienatiõe a vẽditore? Sexto ex ſilitudine extinctõis. Peccati eñ ꝑpetratio ẽ ſicut extincto lucerne. Lucet eñ pctõr ante q̃ peccet ſalutari cognitione ⁊ vitali ardore ſeu viuifica dilectiõe altiſſimi ꝓditoris. Sz dũ ſe in ſpurcitiã mortalis culpe demergit. a p̃dicto ſplendore ac calore ſemetipm extinguit. Ex his ſilitudinib⁹ patet nõ ſolũ leue ẽ intolerabilis ſtulticie admiratione fore in his q̃ nõ credunt. Jõo lz act⁹ peccati trãſeat. tñ ei⁹ habitualis ⁊ radicalis affect⁹ in dãnatis eternaliter pſeuerat. ⁊ ſuus appetibile vellet ⁊ vult ſibi naturaliter ꝑdurare Per ſe eñ manifeſte ptz. q̃ q̃ ſp ad pctñ ſuum impenitẽtiã ſeu ꝓtinuationẽ addit. de iure etiã penã adiũgit: atq; iuſtiſſime q̃tuz dat in vnoquoq; dei iniuria. i. eo tñ dat pena. Quia igit in inferno dãnati ſup crimia ſua impatiẽtiam et ꝓtinuationẽ addũt: nunq; penitẽtes nec vnq; penitere volẽtes. Quia etiã ſp durat i eis dei iniuria. i. pctñ: ſp merito dat eis et pena et iure etiã demeritor ſuor ꝑpter additiõez ꝓtumacie addi poſſet eis pena Durat eñ tãdiu i vnoquoq; iniuria dei. i. pctñ: q̃diu minime eidez emẽdat. Sz nulla q̃pe emẽdatio põt in eis cẽ ſicp̃s. teſtat dicẽs. In inferno autẽ q̃s ꝓfitebitur tibi? Quaſi dicẽt. Nullus. Et iterum Eſa. xxxviij. Quia nõ infernus ꝓfitebitur tibi. nec mors laudabit te Nõ expectabunt q̃ deſcẽdũt in lacũ veritatẽ tuam.

Q̃ deo inconueniens eſſet damnatos eternaliter non puniri. Capitulum. iij.

Sertio debẽt dãnati eternaliter cruciari rõne incõueniẽtie. Quid magis incõueniens q̃ q̃ peccãs i deũ ⁊ cõtra ei⁹ iuſtiſſimas leges q̃tũcunq; in pctõ mente obſtinata p̃ſisteret. nunq; niſi pena trãſitoria puniret? Deq̃ret ex h̃. q̃ q̃ rõne tñ de iuſticia punitiua ſubtrahit. q̃tuz reſpectu peccati pena minor ẽ infinita. eadez rõne p̃t ⁊ tota ſubtrahi: acp ꝓſeq̃ns q̃ vnuſq̃ſq; vſq; ad eternuz libere ⁊ impune peccaret. Deq̃ret etiam ex h̃: q̃ poſt q̃ obſtinato alio penã q̃tũcũq; finitam ⁊ trãſitoriam toleraſſet q̃ extũc libere ⁊ impune peccare poſſet. aut q̃ de⁹ cogeret aut q̃ deberet ex neceſſitate ⁊ teneret grãz ſibi infundere: p quã a pctõ ceſſaret. Quorum quodlibet q̃tũ ſit incõueniẽs: mẽs diſcreta ⁊ lumioſa cõſideret. Quis eñ tante demẽtie ẽ q̃ dicat deo neceſſe eẽ ſuã grãz aliq̃n infundẽ oi pctõri q̃tũcũq; horribili vel q̃tũcũq; deo inimicãti? Ult̃ Eccl. j. dr q̃ ds ſm datũ ſuũ p̃bet illã ſcz grãm Et Jac. iiij. De⁹ ſuppbis reſiſtit hũilibus aũt dat grãm. Et Prou. iij. Illuſores ipe deludet mãſuetis autẽ dat grãm.

Q̃r ſicut i infinituz homo obligat deo ſic dum peccat debet eternaliter cruciari. Cap. iiij.

Unde ppheta. Cum sancto sanctus eris. Si igitur multitudo congregationis aut status licet de se meliozis non obseruat cõmuniter statum suum: ita q ex hoc omni intranti imminet notabile periculum illum statum minime obseruandi sed potius sequendi cõmunes transgressiones illius: tunc talis introitus est potiꝰ dissuadendus q̃ ꝓsulendus: etiam si ad tales voluisset intrare. Melius est eñ q votum implere in alia religiõe: quã se cõmittere periculo tãti casus. Facilius eñ inficimur ex societate malozum: q̃ cozrigimur ex societate bonozum Et plus inficit vnus malus: q̃ alicui pficiant multi boni. Unꝺ Eccl. vij. Discede ab iniquo ⁊ deficiẽt mala abste. Et Greg⁹. sup Ezech. ir⁊ Infirmi debent prauozum societatez declinare: ne mala que frequenter aspiciunt ⁊ cozrigere non valent: imitari delectenť. Et addit exemplum q̃ p longam conuersationem lepzosi fit hõ lepsus. Unde Eccl. xiij. dicit. Qui cõmunicat superbo induit superbiã. Et ꝓuerb. xiij. Qui cum sapientibus gradit sapiens erit: amicꝰ stultozũ efficietur similis. Et Hieñ. Cozrumpunt bonos mozes non solum colloquia prava ſ etiam consortia prava. Apostolus petrus tempore passionis factus socius peruersoz. negauit christum ⁊ in negatione perseuerauit: tandẽ vero egressus foras ab eis segregatus dum peniteret fleuit amare. Bene igitur dicit cum puerso puerteris quia ex conuictu generanť mozes boni aut mali. Secundũ signuz est platozuz diligens cura. que pficit multũ religionem intrantibus. Et econtra quãdo sunt erga subditos negligentes seu pnicioſi. Proinde quãdo de hoc volente ingredi ordinẽ aut de illo in singulari ⁊ determinate pensatis alijs circumstantijs ⁊ maxime iminentiũ temptationũ ⁊ defectus gubernantium auxiliozũ notabiliter ꝓbabilius est istum esse casurũ q̃ pseueraturũ: non debet p tali tempe ad altiozẽ statum recipi vel induci: quia quales sunt prelati tales efficiunť subditi cuz sint maxime nouiter aduenientibus prima forma. Tertiũ signum est loci aut conuentus ⁊ monasterij ꝓuenientia. scz ad seruitium dei Secundũ eñ paladiũ vbicũ q̃ generať echo non mellificãt apes ne habitant. vt mysticе innuať q̃ loca tumultuosa ⁊ vltra sue pfessionis vocationẽ mundanis negotijs implicata fructui atq̃ deuotioni seruozũ dei magnũ prestant impedimentuz. Unde. ij. ad Timoth. ij. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. Sed tamẽ aduertendũ est ſm Greg⁹. sup Ezech. q̃ si desit spiritꝰ nõ adiuuat locus.

Quartũ signũ est regularis vita. scz ſm professionẽ suam: quia tunc religio ingredientibus magnã prestat vtilitatẽ. Unde Hugo de clauani. Abundans ẽ pauperi religio. mediocri sufficiens: tolerabilis diuini: infirmus larga: delictis cõpatiens: fortiozibus moderata: penitẽtibus misericoz: peruersis seuera: bonis optima. Hec sunt beneficia religionis. Hec ille Aduertendũ est tamẽ ſm Hieñ. in liꝺ. de precepto ⁊ dispen. q̃ qui ſm regulã viuere statuunt. et si non ad vnguem vt dicit totam custodiũt: ⁊ si qua p sui claustri ritu mutãt vel pretermittunt a regulari tamen pfessione non discedunt: dũ tamen sobrie iuste ⁊ pie p moribus viuere non desistunt.

Quidam ex quadruplici irrationabili dubietate a religione retrahũt multos Ca. iij.

Certia discretio est circa dubietates. Sunt eñ plerique qui a religionis ingressu retrahunť ppter quasdaz indebitas dubietates: necnõ ⁊ quidaz ppter easdem causas alios inducere retardantur: imo ⁊ multi qꝺ deterius ẽ volentes intrare religionẽ ex erronea ꝓsciẽtia retrahunt eos: motiꝰ ex quadruplici cõmuni hoim signo. Primũ est fragilitas: scꝺm est libertas. tertiũ ẽ exẽplaritas: quartum est paucitas. Primũ signum ẽ fragilitas. Ubi aduertentendũ ẽ q si ex cõmuni hoim fragilitate timeť casus huic vel illic est homo nihilominus inducendus. Cuius ratio est quia talis cõmunis fragilitas nõ facit in hoc homine vel in illo maiozem ꝓbabilitatẽ p casu: quin potius ꝓpositũ bonũ illius ad talem statum cũ assistentia gratie dei qui iam illꝺ sanctum ꝓpositũ dedit ⁊ cum auxilio regularis status ⁊ bone societatis ⁊ reginiinis sancti eiꝰ pponderat ad pfumendum talem esse pseueraturum potius q̃ casurũ. Preterea nõ omẽs cadentes semp pseuerãt in casu. Unde ppter casum ad horam postmodũ reparandum non debet receptio ad ordinẽ omitti quia q̃uis apostoli in hora mortis christi corruerũt. attamen ⁊ eis ⁊ ecclesie dei vtilius fuit eos fuisse ad discipulatũ vocatos ⁊ tandem repatos: q̃ si nunquã intrassent ⁊ ab assũpto statu ruissent. Preterea quãdo eidem homini ad altiozẽ statũ nõ intranti imineret fortior casus atq̃ fortiꝰ ⁊ grauius ⁊ certius q̃ si intrarẽt. tunc ppter timozẽ casus ingressus minime ẽ omittẽdus exemplo christi plures discipulos facientis quã q̃ sciret qꝺ Joh. vj. ait q multi ex eis abierũt retro nec ambulabãt cũ illo. Nã si nõ intrassent ad christi discipulatũ cum ceteris iudeis grauius ⁊ irrepabiliꝰ corruissent Et idẽ ẽ de plibꝰ q̃ i statu pnie quibusdaz temptatiõibꝰ infirmanť: q̃ si in statu laxiozi cũ ceteris remãsissent: grauiꝰ ⁊ desperabiliꝰ infirmarentur ⁊ maxime quia in pe-

nitẽtie statu frequenter ꝓmittit deus quos daz temptationum languores ⁊ morbidos lapsus ad medicinale emplastrũ ⁊ expimentũ inferẽs ad ꝓuentũ gre amplioris: ⁊ ad augmentũ hũi/litatis ⁊ noticie suiipius: atq; ad cautelã in posterũ ꝓsimiliũ: vel alioꝝ casuũ vitandoꝝ.

Scdm signũ est libertas. Cõsiderãt eñ qui/dã libertatem hũani arbitrij ꝓiunctam huma/ne fragilitati: ⁊ inde eliciũt valde esse piculosũ hoiem assumere regulare statũ: nec aduertunt q̃ ꝑm hoc nullus vocandus esset ad altioꝝ ẽ statum. Sunt eñ in oĩbus homĩbus ista duo. scz cõmunis fragilitas: ⁊ ad bonũ vel ad malũ voluntatis libertas. Sed ad quid ordinasset xp̃s hec tria sancte religionis vota? Nonne sciebat in homĩe esse humanã fragilitatem? an nescie/bat dedisse homĩ liberam voluntatem? Preterea. Si hoc verum esset: sequeretur q̃ similis ratio esset de accessu ad fidem ⁊ fidei sacramẽta cum. ij. Pe ij. dicit. Celius eñ erat eis non agnoscere viã iusticie: q̃ post agn'tã retrorsuz cõuerti. Et ꝑm ap̃lm ad Heb. x. Deteriora me reꝺ supplicia qui filiũ dei ꝓculcauerit: ⁊ sangui nẽ testamenti pollutũ duxerit in quo sanctifica tus est ⁊ spũi gratie ꝓtumeliã fecerit. Non esset etiam passim ad iusticie opera ꝓcedendũ: quia Eccl. xxvj. dicit. Qui transgredit de iusticia i peccatũ deus parauit euz ad rumpheã. Tertium signum est exemplaritas. Plerique etiam ꝓsiderant suis tempibus a sacra religiõe retro/gradasse ⁊ cecidisse multos: quoꝝ exemplo indiscrete scandalisanť. Nã si solũ generaliter ⁊ indeterminate timeť pluriũ casus ꝓpter sola exempla multoꝝ cadentiũ: non ꝓpter hoc di/mittenda est assumptio talis status. eo q̃ ex ta/liũ ꝑterito casu nõ iminet intrantibus ruẽdi pe riculũ: imo occasio potius ꝓcauendi ꝓsimilem casum. Preterea ruine illoꝝ qui ceciderũt po tius ꝓuenerũt ex maligno defectu liberi cõsen/sus eoꝝ: q̃ ex defectu assumpti statꝰ aut gratie dei ad illos illuminandos: aut ex aliqua ꝓpria stoliditate vel leuitate coꝝ. Ex his neq̃q̃ pro babile fit alios carentes defectib' illis casuros forte: q̃uis ex his plus debeat casus ꝓsimilis formidari. Attamẽ talis timor potius ꝓtra ca/sum auxiliũ p̃estat q̃ inducat ad casum: nisi sit oĩno desperatiuus ⁊ fragilis mentis ꝓsternati uus. Si eñ ꝓpter aliquoꝝ casus deberet q̃s se trahere a religione: sequeretur q̃ daret occa sio oĩa hũana studia ꝑmittendi. iuxta illud Eccl. xj. Qui obseruat ventũ nõ seminat: ⁊ q̃ cõ sideraꝝ nubes nunq̃metet. Et Prouerb. xxvj dicit. Sic piger leo est i via: leena in itineri/bus. vbi glo. ait. Quilt cũ verba exhortatio/nis audiũt dicũt se velle viã iusticie incipe sed a satha na retrahunť ne ꝑficiant. Quartũ si/gnũ est paucitas qz. s. multi nõ ꝑseuerãt. Poꝛ/ro ꝓpter p̃cedentiũ casus nõ debet hõ se retra/here nouas inserere plantas q̃n potiꝰ tãtoplus est religio nouo semĩe ꝓpagãda: q̃to p pluriũ seminũ ac plantaꝝ euulsionẽ est ampliꝰ dinuta iuxta illud. Eccl. xj. Mane semĩa semẽ tuum: ⁊ vespe nõ cessat manus tua: qz nescis q̃d magis oriať hoc an illud. Sunt eñ plerique q̃ absq̃ cõ passio charitate ⁊ pietate ⁊ in detrimentũ non modicũ ꝓscie sue ex vno religioso aliq̃ scanda lũ ꝓpetrãte. aut ordinẽ relinq̃nte: aut sceleſtio/re alĩs secꝛarib' facto: mꝛem q̃ est relicta ꝓgre/gatio ⁊ religio eius detractiõib' ⁊ murmurati/onib' mordent ⁊ lacerãt: atq; ꝓtra innocentes impie latrant. totã q̃ reliquã multitudinez ser/uoꝝ dei illius cõgregationis iniusta ac seua sentẽtia dãnãt: q̃ se vere pie discreteq̃ sentirẽt. manifeste cognoscerẽt: q̃ mare se purgans pu/trida ad litoꝛa vomit. necnon ⁊ coꝛpa nr̃a sana ꝓsũmata ciboꝝ digestiõe putrida q̃ a se reiĉi/unt: nec tñ odio habeť: nec despicit ip̃m mare: nec insup norstum coꝛpus. Licet etiam religio pia mater inter se infirmos foueat ⁊ ignaros ñ eiĉiat: tepidos ⁊ defides nõ repellat: nõ tamẽ tota debet despici ⁊ ꝓtemni. In cui' mysteriuz Deut. xxij. dicit. Si ambulãs p viã in arboꝛe vel in terra nidũ auis inueneris ⁊ matrẽ pullis vel ouis desup incubantẽ: nõ tenebis eam cuz filĩs: sed abire patieris captos tenẽs filios. vt bene sit tibi ⁊ longo viuas tempe. Quis tã du/rus ⁊ in iuditio temerario seuus. quia p̃los iu/dicet ꝑpter iudam seu etiam chꝛistũ: qui talem scienter elegit discipulum. Nec eum ignoꝛãter elegit dñs iesus chꝛistus audi quid Jo. vj. di/cat. Nonne ego qui sum sapientia patris vos duodecim elegi: ⁊ vnus ex vobis diabol' est? Ecce q̃ iudam quem elegerat diabolũ vocat. In omni statu et ꝓditione ꝑm Hiero. boni si/mul repiunť ⁊ mali. Et Aug'. in ep̃la ad vin/cẽtiũ donatistã ait. Cibi arrogare nõ audeo vt domus mea melioꝛ sit q̃ arca noe: vbi tamẽ inter tot hoies vnus repꝛobus inuent' est: aut melioꝛ sit q̃ dom' abꝛae. cui dictũ est. eĳce an/cillam ⁊ filium eius. aut melioꝛ sit q̃ dom' ysaac: cui de duobus gemis dictum est: iacob dile xi esau autem odio habui. Simpliciter autẽ fa teoꝛ ex quo deo seruire cepi. q̃ sicut difficile ex/pertus sum melioꝛes q̃ qui in monasterio ꝓfe/cerunt: ita peioꝛes nõ fuz expertus q̃ qui i mo nasterio defecerunt. Hec ille.

Articulus tertius. vbi per viginti argumenta impugnatur status religionis et cuilibet statui subiungit refragatio eius

Certio ꝙsideremus circa statum religionis oppositionez. Multam quidem oppositionē ⁊ ꝓtradictionem a varijs ⁊ ex varijs causis sacra religio ppessa est: Sed tales quicunqꝫ sint audiāt Bern̄. qui in quodā sermōe ait. Si quid religionis obiḳ quicunqꝫ resistit quicūqꝫ repugnat. plane cū egyptijs Exo. j. puulos israelitici generis necare conaḳ: imo cum herode Mat. ij. nascentē psequiḳ saluatorē. Unde plurima argumenta cuderūt nōnulli vt eam eliminarēt. Que quante sint falsitatis atqꝫ erroꝛib⁹ ⁊ ignorantia plena. p sequentia patebit. Et vt hec clarius eluceſcāt inducā discipulū ⁊ mgr̄m. discipulū dubitātē ⁊ inꝛrogantē ⁊ mgr̄m declarātē ⁊ rn̄dentez. Loquiḳ igiḳ discipulus ad mgr̄m dicēs. ¶ Discipulus ¶ Pacientiā obsecro pater habe in me: dubius ⁊ nutās ad te venio: de puritate veritatis declarari desiderans. Nam nup ex munere suo tetigit dn̄s deus cor meuz vt viā salutarez ac tutā recipe ac capeſcere vellem: qua melius placerē deo meo. Audiui sepius homies regularis vite ꝙsilium popoſci abeis de salute anime: et inter eos non reperi soliḍam in consulēdo ꝙformitatem. Quidā ex eis qui reputantur periti ac ꝓbi atqꝫ timētes deum hortanḳ ad religionis ingreſſum: quidam vero alij an meliores vel deteriores sint neſcio oino dissuadent idipm̄ dicentes ⁊ asserentes se penitere intrasse religionē. Addamus qꝫ sepi⁹ visitaui alios seruos dei absqꝫ religionis voto libere dn̄o seruiētes: fama odoriferos ꝙuersatione decoros honestateqꝫ p̄cipuos ꝓtuli cū potioꝛibus de ppositoꝛ ⁊ desiderio meo Suaserūt quidam mihi timoꝛē dei. seruare diuina p̄cepta: derelinquere oino ꝙsortia mala ac multa cōsimilia vite iuste. Votum ꝛo religiōis assumere omnino dissuaserunt. Ego vero ex diuersis ⁊ aduersis in dubio cōstitutus quid eligaz ignoro. Cumqꝫ fidele cōsilium a diuersis quero tepeſco ⁊ fidem pdo: timens ne omēs querant que sua sunt non que iesu christi. Unde cum diu iam senserim de reuerentia vestra oino statui in coꝛde meo venire ad vos: ⁊ ad vos totū meū apire coꝛ ⁊ dubia quedam ponere ad reuerentiā vestram: expectans fide ꝙsiliū: oino nudatum inoꝛdinata affectioue ⁊ passione. Be quidem toto coꝛde oꝛaui deum hoc enim inspirauit in animā meam: cum huc determinatoꝛ et firmo ꝓposito vos adiui. ¶ Magister ¶ Letoꝛ fili mi de tanto munere desup tibi dato: hoꝛtoꝛ ne in vacuū gratiam dei recipias. Hoc donum non omnibus datuz est. Sed queso aperi fideliter animū tuū: vt tibi valeaz poꝛrigere cōsilium bonum

¶ Argumentū. I. ¶ Discip.

Nempe aperiā vobis totū coꝛ meū fideliter tanqꝫ deo. Ut mihi vtiqꝫ videbaḳ ex inspiratione diuini intꝛuerat coꝛ meū relinqre mūduz ⁊ assumere statū religiōis. Uideo atqꝫ experientia didici qꝫ difficile sit inter mūdana innocentē in bono ꝓposito pseuerare Sepi⁹ a bono ꝓposito elapsus sum: alios mihi siles vidi aliqꝫ diu vt mihi videbaḳ in seculo pseuerare: ꝑ tandez alijs deteriores effecti sunt. Unde ꝙsiderās fragilitatē meā aspirabā ad statū religionis regularis. Demū psuasionibus aliquoꝝ ꝙsideraui: qꝫ intrare piculuz moꝛtis spūalis seu moꝛtalis culpe ē melius ⁊ vtili⁹: qꝫ se exponere tali piculo. Sed qui religionē ingrediḳ p votuz exponit se piculo trāsgressionis ip̄i⁹ voti: qꝓpḳ nolle incidere in illā cupiens vitare caribdim. hoc ē in graui⁹ ptcula incidere qꝫ vitare piculū mūdi. ¶ Ab ¶ Non paruā apparentiā veri habet fili mi cogitatio tua Sed intellige qꝫ qui pꝛudenter vouet iuxta monita que in p̄cedenti articulo posita sunt mīme trāsgressiōis piculo se exponit: imo p votum p̄dictū vitat picula multa. Nam aliud est transgrediendi possibilitas: atqꝫ aliud est trāsgrediēdi piculum. Adaz eñ habuit transgrediendi possibilitatē: piculū autem nunqꝫ. Uouens igiḳ habet possibilitatē hanc: periculum vero non. Et tamen meliuſ est eum habere voti pfectionē atqꝫ vtilitatē cū tali possibilitate: qꝫ non habere cum carentia talis possibilitatis. Sicut vtiqꝫ melius fuit patrī nostro adam habere intellectum ⁊ voluntatez cum possibilitate peccandi qꝫ esse sicut animal bꝛutū cum carentia talis possibilitatis: et idem est de ingreſſu religionis christiane per sacrum baptiſmum cum possibilitate generis peccandi qꝫ prius. ¶ Nunc video qꝫ ante nō cognoscebā. Hi qui sentiunt qꝫ etiam cū cōditionibus a te tactis periculum sit assumere statū religionis satis apte asserunt. licet forte hoc nō cōsiderant: qꝫ periculum sit assumere sacrū baptiſma: cum illud assumendo ex necessitate sequaḳ possibilitas ruendi grauius in peccatū qꝫ añ assumptam fidem ¶ Ab ¶ Capacez te video veritatis: sed ꝓpera aperire reliqua que geris in coꝛde tuo.

¶ Argumentum. II. ¶ Disciꝑ.

Arcius quidem vt verum fatear me vrget: qꝫ ipe christus ꝓpter vitanduz trāsgressionis periculum qō iminet in iurādo nos ꝓhibuit ñ iurare. Unde legi Augu. qui ait: qꝫ longe nos voluit esse a transgressione periuriꝫ: qui ꝓhibuit nos oino non iurare. Igitur cum vbi ē eadem ratio: ibi idem ius ꝓpter periculū transgressionis voti nihil videtur esse vouendum. Ab ¶ Munitus ⁊ armatus veniſti: vti clare cerno. Tantoqꝫ libenti⁹ tecuz loquoꝛ: qꝫto ma

lozi intelligentia ꝓditum te conspitio. Nō igit te tedeat audire: quia nō tedebit me dicere Si eñ consideretur diligent dñicum vbū etiā ſm sententiā Auguſtī. christus oīno non ꝓhibuit iuramentū: aliter peccasset apls sepius in scriptura iurando. Gz iurare ꝓhibuit ex leui causa non necessaria vel vtili. ꝛ ꝯsuetudinem vel assiduitatē iurandi Et respectu istozum dicit Au. q ꝓpter transgressionis periculū ꝓhibuit nos oīno non iurare. Pzoinde Aug⁹ cōtra faustuz circa mediuz ait. Quia ꝑiurare graue peccatū est: iurare autē sicut iurare verum: nullū peccatum est Gz longe remotus est a falso iuramēto qui nec iurare consueuit: q̄ qui verū iurare ꝓ/cliuis est. Saluit dominꝰ nos nō iurantes recedere a vero q̄ verū iurantes appropinquare periurio. Itaq ꝛ apostolus in ſmonibus q̄s habuisse narratur nunq̄ iurauit: ne iurandi cōsuetudine in periculū ꝑiurij laberet. aut si aliquando iurauit nescimus. In scripturis āt vbi est consideratio ꝓpensioz ꝛ maioz pluribus locis apostolꝰ iurasse inuenitur ne quisq̄ putaz etiam vez iurando peccare. Hec Aug⁹. Prete rea si verba domini Mat. v. bene considerent aliquo modo ꝓmissoria sunt. Ait em̄. Ego aūt dico vobis non iurare oīno. i. nolite iurare in q̄ libet casu licet. Naz talis ꝓhibitionis modꝰ vniuersalis non est sed particularis si ferat illō nonſante hoc aduerbium oīno. Ex his ꝛ ex verbis Aug⁹ patet q frequentationē iurandi ꝓhibuit ꝓpter ꝑiculum transgressiouis. Et secūdum hoc in consimilibus non est vouendū etiā ꝓpter periculū fractionis voti: ꝯtra quosdaz insipiētes ꝛ leues qui ꝓ quacūq̄ parua occasione emittunt aliquod votum. Sed notāt te advertere volo. qō nō est simile de voto ꝛ iuramēto nam ꝓ se vtiq̄ bonum est: ꝛ per se vtiq̄ desiderandum. Iuramentū āt nō ꝓ solum ꝓpter aliud est confirmandū ꝛ certificandum credulitatem alteriꝰ sup eo sup q̄ iuratur Vñ Augu. in li. ꝯtra mēdaciū. Preceptū de ꝓhibitiōe iuramēti ad hoc positū ē: vt q̄tū in te ē non affectes: nec q̄si ꝓ bono cū aliq̄ delectatiōe appetas iusiurādū. Et in li. de sermōe dñi in mōte. Qui intelligit nō in bonis. i. ꝓ se appetēdis. sed in necessarijs iuratiōez refrenat q̄tū pōt: vt oīno caueat: nisi necessitas cogat: Iuramentū q̄dāmō ē idē cū voto: vt cū iuramēto aliq̄d deo ꝓmittim⁹ vl vouem⁹: illud qō ꝓ se est bonū: semper q̄tū ē se bonū ē facere. Qō aūt solū ē bonū ꝓpter aliud semp non bonū ē facere: nisi q̄n ratio finis hoc exigit ꝛ put exigit. V. B. Assentire ꝓdictis que vere ꝓma facie mira sunt: ꝛ ipa ratō veritatis ꝛ auctas augustini me cogit. Tamē si te audire nō tedet addam tertiū qō multos retinet ab ingressu religiōis. ꝛ mihi quoq̄ nō parū ꝓstat impedimetnū. V. Q. Aperi queso quid illud sit. Nam ꝛ docilitas tua libenter et audire ꝛ rñdere me cogit.

Argumentum. iii. Discip.

Videtur em̄ q ꝯto opus est magis voluntariū ceteris paribꝰ tanto melius sit: sed opus qō fit sine voto est magis voluntariū q̄ idē factum ex voto: q̄n votū inducit faciendi necessitatē ꝛ illud qō fit ex necessitate nō fit ex tanta libertate sicut illud qō fit absq̄ necessitate. Q. Noui puteū vnde hanc aquā traxisti ꝛ aliā q̄ scaturire non cessat: vtinā quererent sanitatē ꝓ silia sana Addā q̄ ꝛ ego eiusdem putei aquā ad robur argumentationis tue ꝛ .ij. ad Cor. ix. dicit. Unusquisq̄ ꝓut destinauit i cozde suo non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem em̄ datoꝛē diligit deus. Item Pzosper li. ij. de vita ꝓtēplatiua ait Sic abstinere vel ieiunare debemus vt non nos necessitati ieiunandi subdamus ne iam non deuoti sed inuiti rem salutarē faciam⁹. Audi etiā fili mi ꝛ diligēt attēde q̄ duplex necessitas repitur vna que libertatē vl voluntatē ꝛ volūtarij rōem nō minuit ꝛ talis non est necessitas que fit ꝓ votū. Alia est necessitas que libertatē ꝛ voluntarij rōem adauget ꝛ talis ē necessitas voti ſm Anſel. Cur deꝰ homo Unde Aug⁹. loquens ad Aurelianum ꝛ paulinum de voto ait. Felix necessitas que ad meliora compellit. Et paulo ante dicit. Pzius q̄ esses voti reus liberuz fuit q esses inferioz q̄ uis non sit gratulanda libertas qua fit vt nō debeatur quod non lucro reddit. Votum etiam nō inducit necessitatē absoluta: sed soluz necessitatem que est ex ꝓditione ꝛ ꝓsupositione finis: vt si volo habere vitam eternā necesse ē me votum implere. Pzeterea multi quidem sunt qui ea que vouerāt tam ardenti et prompta voluntate faciunt: vt etiam si non vouissent non facerent solum sed vouerent. Amplius. Detur aliquod opus bonum qō quis ex voto vel obedientia facit simpliciter ꝯsideratum. sit ei non voluntarium: sed tamen solum facit illud ex voti vel obedientie necessitate: quā omnino ꝑterire non vult: ꝛ adhuc de hoc opere amplius meretur: q̄ si ꝓmpta voluntate illud idem faceret sine voto. Nam ꝛ si non habeat voluntatē ꝓmptam illud faciendi. puta ieiunandi ꝛ cetera: habet tamen voluntatem ꝓmptam votum implēdi vel obediendi. Quod quidem laudabiliꝰ est atq̄ amplius meritoꝛium: q̄ ieiunare sine voto. Nam tanto voluntas votum implendi vel obediendi ꝓmptioꝛ iudicatur: quāto id quod aliquis facit ꝓpter obedientiam seu votum in se ꝯsideratum magis voluntati cōtrarium est. Ex quo patet q ad meritū boni opis ꝑtinet q aliq̄s ea q̄ ꝓpt seipsa non vellet: faciat ꝓpt de/

um: aut etiaz patiatur. inuenitur voluntas pin tioz diuini amoris q̄to magis ea que ꝓpter ip/ sa facim⁹ aut patimur volūtati nostre repugnāt Jō martyres amplius cōmendant. q̄to ḡuio ra sustinuerūt ꝓpter diuinuz amorem ꝓtra vo luntatē humanā. Auctoritates autē apostoli ꝛ prosperi loquunt de necessitate humana cū ali quis. s. ex pudore vel timore humano facit qđ vouit: ꝛ nō loquūtur ō necessitate que ē ex fine dilectiōis diuine. Qđ qdē patz ex verbis apo stoli ait em̄ nō ex tristicia aut ex necessitate. Ne cessitas em̄ humana tristitiā inducit Necessitas vero diuine dilectiōis tristitiā tollit. Prosper etiam ait nō indeuoti licet inuiti rem volūtariā faciamus. Non em̄ necessitas que ex diuina ne cessitate ꝓcedit minuit dilectionē: sed auget sic ex dictis patet.

Argumentū .IIII. Discī.

Postq̄ est vobis gratum ꝛ mihi non paruā sentio venire vtilitatē. addā ꝛ quartū qđ sepe mentez meam retrahendo cōmouit. Duz enim de illis qui multum vellē mereri absq̄ magno labore. Ideo cogitaui q̄ magis gratum ꝛ me ritoziū est dare ꝓpziū quā reddere alienuz Sed qui reddit quod deo vouit alienum red dit: quia iam suum non erat sed dei eo q̄ votuz fuerat deo oblatū ac datum. Qui aūt facit sine voto aliquid dat deo ꝓpziū: ꝛ quod erat iam sui iuris. Igit licet vouens in actu vouēdi foz te melius egerit. tamē in cōtinua eius redditio ne videt minus bñ facere ꝛ minus mereri: q̄ si faciendo cōtinue qđ non vouit ℣ Si te audirēt qui minus intelligunt vacillarent foz tassis a solida veritate. Sed ꝑspicaciter intuen ti manifestū sapparebit: q̄ donatio facta deo p votū non aufert nobis libertatem illam quam iam habem⁹: eo q̄ nataraliter dñi sumus ac tu um nostroz ꝛ omniū eoz que subiacēt faculta ti liberi arbitrij nostri. Donatio etiam ipa qua votum ab initio datuz fuit qđ erat ꝓpziū iuris in eo quidem cui votuz placet semp replicatur ꝛ semp manet. Sic etiam reddere alienuz sicut p votum reddit magis ē meritoziū: q̄ dare vt ꝓpziū. Quia ex tali modo redditionis de⁹ am plius honorat. ꝛ homo deo magis subiicit et humiliat. ideo ꝓpositio tua ꝑma veritatem nō habet: nisi in eo qđ ex se alienū erat: ꝛ non in eo qđ factū est alienuz. p dantis seu reddentis do nationē ꝛ voluntatē. Nam sicut dicit Anſel. i lib. Cur deus homo. magis debemus deo esse grati quādo dat qđ firmiter ꝓmisit: q̄ si daret absq̄ precedēti ꝓmissione: eo q̄ maioꝛē oñdit in hoc nobis voluntatē dandi. Ideo p tot pro phetas ꝛ totiēs ineisdē promisit nobis aduen tum suum.

Argumentum .V. Discī.

Dum vnū quero inuenio plura. Nunq̄ ve nerat in mentē meam ratio hec quare deus taz sepe in veteri testamēto aduentū suum spospō derat sed in ꝓposito stemus. Item ātum dū biū sepe venit in coz meū ꝛ videt mihi q̄ se ob ligare ad semp dandū id de quo nō est certum an semp id habebit. stultū est ꝛ temerariū est. Sed nullus est cert⁹ de voluntate futura: ma xime vsq̄ ad mortē. Per votū aūt homo obli gat se ad voluntatē futuram ꝛ vsq̄ ad vltimuz vite sue. ℣ Ubi fili mi piscatus es bꝛ rhe tiaculū boni ꝓpositi? ℣ Ex pelago pluri/ um qui vident timere deum: ℣ Doti⁹ ex ꝓpzie voluntatis sinu ratio ꝓdit lumen. Sed ne cum errantibus erres disce q̄ quilibet ē cer tus p tanto de volūtate futura ꝛ de ope faciē do durante possibilitate faciendi: quia nunq̄ potest non esse certus nisi voluntarie recedat a pziori ꝓposito ꝛ p tanto est volnntas imobil. quia null⁹ potest eā ipsa nolente mutare Quia igitur omnia hec sunt in plena potestate sua et certus est ista se habere: recte potest omina hec dare atq̄ vouere maxime cū dādo sibi obliget deum vt specialem habeat curam de obseruan do eum in tenendo voto ꝛ occasiones multas seruandi ex hoc ꝓsequitur: Nullus em̄ vouet esse certum q̄ ita faciet: sed se facturum promit tit. Et certus est q̄ ipse potest hoc verificare in tantum q̄ ipso volente non potest falsificari.

Argumentū .VI Discī.

Addam sextū vt perfecte sicut cepistis elu/ cidetis intelligentiam meā. Videt mihi obliga re se ad imobilitatē ei⁹ qđ semp instabile ꝛ mo bile est: nec p virtutem ꝓpziā imobile pōt red/ di ē ad impossibile se obligare ꝛ ligare. Ex vo uere non est aliud q̄ se obligare ad voluntatis imobilitatem que semp mobilis est: nec p vir tutē ꝓpziam immobilis reddi potest. ℣ Qđ hoc quidē facile declaratur si ꝓsideret. q̄ nul lus se obligat ad imobilitatē voluntatis simpli citer ꝛ absolute necessariam: sed ad illam tantū quam volūtas habere p ōt: si vult nec pō t sibi violēter per alium auferri.

Argumentum .VII Discī.

Nolo ꝓterire septimū qđ videt multos mo/ uere Videt ām q̄ id qđ auget ꝓcupiaz ad malū ē malū aut saltē min⁹ vtile ꝛ min⁹ bonū. Ex pro hibitio ꝓcupiaz auget: q̄ naturaliter nitimur in vetitū. Et Ex Aug. ꝓcupia sp magis i vetitū tē dit. Jō ad Ro. v. dz. q̄ lex subintrauit vt abū daret delictū ꝛ q̄ occasione accepta pctm̄ p mā datū opatū ē in me oēm ꝓcupiaz. Ex p votuz fit nob phibitū id qđ antea licitū erat: g̃ votuz auget ꝓcupiam ꝛ igit est malū seu inexpediēs et minus bonum. ℣ Valida qdez vide tur ratio tua ꝛ munita presidio scripturaꝝ. Ex

diligēter aduerte q̄ aliud ē ō lege que tota īter posita est ab extra nec p̄supponit voluntatē faciendi: nec applicat eum ad volendum seu faciendum. sed solum ostendit quid sit faciendum ꝛ ad illud obligat. Aliud est de voto qō est ab intra: ꝛ p̄suponit voluntatē: ꝛ ipsum est perfecta applicatio voluntat̄ ad volendū ꝛ operandum. Unde si votum se haberet ad voluntatem nr̄az ōino sicut lex ꝛ p̄ceptum exterius datum: tunc simile esset. nunc autē non est sic. Voluntas ātendit in id qō est vetituz p̄mo modo. non autē in id qō est vetitū scōo modo: Nō etiam solum per accidens ꝛ nullo modo p se auget ꝓcupiscētiam nō oportet q̄ sit malum: sicut de lege patz que sancta est ꝛ iusta ꝛ bona. H. mira distincti one vsus estis. nec a multis excogitata que mihi aperuit intellectū ad id qō antea non pensabam. Sed si pacienter audieritis: addā ꝛ octauum quod me sepe molestauit .m. Statui tibi tēp⁹ accomodare. Audacter et ꝓfidenter age Ad dei honorem aīaꝝ saluti dedicatus sum: si te lucratus ero nō fecerim paꝝ.

Argumentum. VIII. Bi.

Deo gratias ago q̄ me misit ad vos. Ut video: nos seculares multa ignorantia laboram⁹ ꝛ cū aliquid legerimus impares nobis oēs religiosos putam⁹. Uestra diligens charitas excitauit intelligentiā meā: ꝛ quod antea cogitaui nunc efficatius ponderaui. Apparet igitur mihi q̄ fm ordinem rectum p̄ius soluendū ē debitum: q̄ aliud superogandū. Sed quātumcū/q̄ aliquis talis totis viribus conet atq̄ laborat: non pōt sufficienter p̄cepta implere ad que ex debito obligatur. Igit̄ nunq̄ debet aliquid p votū supererogare: aut non ad min⁹ vsq̄ quo impleuerit p̄cepta dei. Nam p̄ius oportet hominem se exercitare in p̄cept̄: añq̄ eat ad obſuātiā ꝓsilioꝝ. Ad. H. Oh. oh. hec est tēptatō que in sec'o me vexauit ꝛ pene in p̄cipitiū dedit. Ꝑz diligent̄ attēde. Nō em̄ ego hoc in seculo aduertebā: q̄ p̄ius naturali ordine soluēdū ē debitū Nō autē pri⁹ tpe vbi supererogatō in nullo impedit solutionē ipsi⁹ debiti: sed poti⁹ ad tpsam faciendam iuuat atq̄ pficiēdā. Et talia sūt supererogatōis vota ꝛ maxime ꝓsilioꝝ euāgelij: que inq̄tum disponū t ꝛ iuuant ad simplicit̄ tenendu/z p̄cepta sunt quodamō executione p̄ioza ꝛ si nō in intentione. Sicut dispositio p̄or ē forma: ꝛ id qō ē ad finē suo fine. Finis em̄ p̄or ē in intētiōe: ꝑ posterior in executiōe. Inq̄tū vero disponit ad pficiendū ꝓplete p̄cepta sūt p̄ioza fm modū p̄dictum: q̄ ipsa ꝓpletio p̄ceptoꝝ. Ideo duplex est mod⁹ fuandi p̄cepta. s. pfect⁹ ꝛ imp̄fectus. Iō necesse ē q̄ duplex sit exercitium p̄ceptoꝝ. Unū q̄ aliquis exercitat̄ in pfecta obſuātia mādatoꝝ ꝛ fit p ꝓsilia. Aliō ē exercitium ex imp̄fecta obseruātia p̄ceptoꝝ: ꝛ h̄ est qō fit in vita seculari absq̄ consilijs. Cū igitur dicis q̄ oportet p̄i⁹ aliquē exercitari in p̄ceptis q̄ transeat ad ꝓsilioꝝ pfectionē. Idez ē ac si dicat. q̄ oportz p̄i⁹ hoiem exercitari in pfecta obseruātia p̄ceptoꝝ: q̄ in pfecta obseruātia eoꝝ Nō satis inepte videt dictū. Quis em̄ ita insanus q̄ aliquē volentē pfecte diligere deum et p̄ximū retrahat eū. cogens illū p̄i⁹ diligē imp̄fecte? Nōne hic forme dilectionis aptius ꝓtradicte que nobis tradita est i p̄cepto charitatis diuine cum Lu. x. dicit. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo? Nunquid timendum aut magnū piculum ē ne homo nimis cito incipiat diligere deū pfecte. quasi possit in diligendo deum p̄terire modū? Audi q̄d eccl̄iasticus ait. xliij. c. Glorificātes deum q̄tumcunq̄ poterimus supualebit adhuc. Et itez. j. Cor. ix. dicit. Sic currite vt cōp̄hēdat̄. Et ad Heb. iiij. Festinemus ingredi in illam requiē. Nam quātumcunq̄ homo tempestiue pfectionis viam accipiat: semper sibi remanet quo proficere posset: quousq̄ vltimā pfectionē in patria consequat. Insup si ad ipsa exercitia respiciamus maioꝝ q̄ absurditas aparebit. Quis em̄ dicat cōtinent̄iam aut virginitatem seruare vo'enti vt p̄ius in mr̄imonio iunct⁹ caste viuat Quis etiam dicat pauptatē p christo subire volenti. vt p̄ius in diuitijs iuste viuat? quasi p diuitias ad pauptatē anim⁹ p̄parek: ꝛ nō poti⁹ paupertatis ꝓpositū impedire ꝓbenk: sicut manifeste patet Mat. xix. de adolescente: qui ō mādatis dñi ait. Hec oīa seruaui a iuuētute mea? De quo Hiero. sup Mat. ait. Mentik ado/lescens. Si enim quod ꝓpositum est in mandatis diliges p̄ximū tuum sicut teip̄m opere cōplcuisset: quomodo postea audiēs vade et vēde omnia que habes ꝛ da pauperib⁹ tristis recessit? Et Oriq. sup mat. narrat̄ q̄ scribitur in euangelio fm Heb. q̄ cum domin⁹ dixisset ei vade ꝛ vende oīa que habes. cepit diues scalpere caput suum. Et ait dñs ad eū. Quō dicis feci legem ꝛ pphetas? Scriptū est em̄ in lege. Diliges p̄ximū tuum sicut teipsum. Ecce multi fratres tui filij abrae amicti sunt sterco're: morientes fame. et domus tua plena multis bonis: et non egreditur aliquid omnino ex ea ad eos Ad Velere nunq̄ circa hec talem distinctionem atq̄ solutionem expectassem Ad Postq̄ tm̄us habem⁹ si quid aliud excogitasti non pigeat aperire.

Argumentum. IX. Biscip.

Dicam ꝓfitenter postq̄ vestra charitas mihi audientiā p̄stat. Hoc em̄ in pluries mihi similes seculares ꝛ pit̄ ego cū eis pensam⁹: q̄ id qō fit ex voto aut ē facilius facere ꝛ iplere q̄ id

qđ fit sine voto aut difficilꝰ. Si facilꝰ tunc minus meritoriū ē cū difficultas adaugeat meritū. Si difficilꝰ tūc minꝰ vtile ⁊ expediēs. Inducere eñ in nobbñ agēdi difficultatē aptime piculosum ⁊ expediēs est. ℣ ℟ Fateor vo q̄ vouere ē maioris difficultatis q̄ nō vouere vel q̄ tñ simplr̄ pponere: ⁊ tñ vouēti et ei cui votū placet facilꝰ ē idē opus pseuerant facere q̄ ei q̄ nō vouit vel q̄ solū simplr̄ pposuit. Utr̄ q̄ autē et difficultas que ē in vouendo ⁊ facilitas q̄ ex h̄ puenit ad implendū facit ad meriti incremētū. Est eñ duplex difficultas. Prima q̄ puenit ex arduitate opis: ⁊ hec auget meritū. ⁊ talis vtiq̄ est in voto ⁊ in eo qđ vouetur. Secūda ē difficultas q̄ pnenit ex infirmitate ⁊ vitio opantis: vt auaro rōne vitij sui difficilꝰ est dare vnū solidū q̄ liberali vnū ducatū: Et hec diminuit meritū. Proinde minꝰ mereť auarus in elemosyne datione q̄ hō largus. Est etiam duplex facilitas. Prima puenit ex opis leuitate ⁊ inferioritate: ⁊ talis meritū minuit. Secūda est facilitas q̄ puenit ex opantis virtute et pfectione: vtcasto facilꝰ est seruare castitatē q̄ viro luxurioso Et viro pfecto: quāto opꝰ pfectꝰ ⁊ magis arduū ē tanto ei plꝰ placet: ⁊ talis facilitas auget meritū qz quāto opus ē magꝭ voluntariū ⁊ a pfectiori volūtate pcedens tanto magis est meritoriū. Vñ .ij. Cor. ix. c. q̄ hylarē datorem diligit deus. Et talis est facilitas q̄ ex voto puenit in voti cōpletione. Difficultas etiā seu labor p se nō faciūt ad meritū sed solum arduitas obiecti: ex qua aliq̄ puenit aut pfectio opantis quā supponit: Nemo eñ cōiter aggredit difficilia ⁊ laboriosa nec psistit in eis nisi forte virtuose volens. Vñ si arduū opus vel obiectum esset de se magis delectabile ⁊ magis placitum ac p ꝯseqūs magis facile q̄z opus minus arduū: nihilominꝰ eēt magis meritorium Ut angelo ⁊ ade erat delectabile sup oīa ⁊ propter se diligere deū ⁊ tñ supra oīa erat meritorium. Nō etiā verū ē qđ dicis q̄ si est magis difficile q̄ magis sit ideo piculosum. si cū difficultate afferať magna pfectio et magna vtilitas. Et tñ si cū istis esset adhuc aliq̄ mō piculosum: nihilominꝰ tñ ppter ista esset adhuc amplius eligendū q̄z ppter piculū esset relinquenduz: nisi esset notabiliter graue ⁊ magnum.

℣ Argumentum. x. ℣ Biscip.

Nescio q̄s inficere posset has distinctas ⁊ lucidas veritates. Sed decimū in admiratiōe at/q̄ dubietate posuit mentē meā. Considero eñ q̄ deus p̄cepit nobis q̄cquid melius est nobis fuisse p̄ceptū. Sed quicquid melius est facere ex debito melius est facere ex p̄cepto: cuz nihil sit debitū nisi quia p̄ceptū est ℣ aūt melius sit facere ex voto melius est facere ex debito: cum id quod fit ex voto ex debito ipō fit ℣ ℟ Oh. oh. Hec facile declarant. Deus etiā precepit nobis q̄cq̄d est melius fuisse p̄ceptū: ⁊ eo mō q̄ melius erat. Melius aūt erat nobis aliq̄ precipi interueniēte volūtate nr̄a: q̄ sine ea Et hoc mō est in p̄cepto id qđ voto firmatū ē. Nō etiā cadūt sub p̄cepto p se sed p accidens: inq̄tū p voluntatem nr̄am posita sunt sub p̄cepto de reddendo voto

℣ Argumentum. xi. ℣ Biscip.

Admirari ⁊ dubitare desisto: ꝓtēplans has lucidas veritates. Sed cū vnū dubiū fugit aliud subito subinsurgit. Cōsidero eñ q̄ si simpliciter meliꝰ sit atq̄ vtilꝰ aliquid facere ex voto q̄ sine voto. ergo qđcūq̄ bonum est facere. bonū erit ⁊ vtile illa vouere. Hoc autem certū est esse piculosissimū: ⁊ q̄dāmō occasio nos inducens ad multiplicē votorū transgressionem ℟ ℣ Grauiter erraret qui hoc sentiret. Naz nō sequit q̄ si simplicit̄ meliꝰ est aliquid vouere vel facere: q̄ ppter hoc sit melius in oī casu. Aliquid eñ ē meliꝰ in suo genere: cuꝰ tamē oppositū est meliꝰ in casu rōne diuersarū circūstantiarū. Insup nō oē qđ est meliꝰ simpliciter est melius alicui. Qua ppter licet vouere simpliciter meliꝰ sit: non tñ in oi casu ⁊ cuilibet

℣ Argumentū. xii. Biscip.

Uestre viue rōni succūbere necesse ē. Attamen iam vnū diu consideraui in mente mea qđ etiā sine magna admiratiōe reuocare nō possū ad memoriam. Licet eñ in minori etate mea ardenti desiderio atq̄ affectu studuerim secularia pagana ⁊ vana: imo leuis ⁊ lasciue adolescētie infectiua ⁊ corruptiua: tamē a quodam tempe citra in scripturis sacris ⁊ in antiquis doctoribus ⁊ qñq̄ in nouis aptime delectatus sū Uetus ⁊ nouū testamentum plegi atq̄ non paruz miratus sum q̄ in toto euangelio sacro: non reperi p̄ceptū nec ꝓsiliū q̄ aliquid sit vouendum Ex q̄ mihi videť q̄ vouere nō sit opus pfectionis: cū euāgelio oīs pfectio vite instituať Nescio si bñ ac diligenter legi. Ego autē ibi ꝓsiliū vel p̄ceptū de vouendo nō legi vel potiꝰ nō precipi ℣ ℟ Fatere veritatez a temetipō o h̄ dicis: an alij tibi dixerunt? ℣ ℟ Fateor veritatem coram deo ⁊ vob: qz de h̄ ex alio nunq̄z audiui verbū. nec cū alio de hoc verbū feci. ℣ ℟ Nec tale verbū cū ignaris ⁊ sectantibus spm̄ libertatis apiendum est: qz vt psisterent i errore suo atq̄ ꝓsimiles. i. socios discipulos et sequaces firmius retinerēt p sua piculose opinionis tutelenō curarent de hoc veritatē inuestigare. ꝓtenti solum de lra q̄ occidit: relinq̄ntes spiritum qui vitā tribuit. Tu aūt q̄ vere ⁊ pure noticiam veritatis queris fideľr disce: q̄ vbi xp̄s consulit ⁊ commendat assumptionem euange/

licoꝝ cõsilioꝝ ꝓpter pfectionis amorem semꝑ intelligit ⁊ satis inuit illa assumenda esse sub voto. Naz Mat. xix. dans consiliũ ꝺ paupta/te ait. Si vis pfectus esse vade ⁊ vende omnia q̃ habes ⁊ da paupibus: ⁊ hẽbis thesauꝝ in celo ⁊ veni sequẽ me. Nõ em̃ perfecte reliq̃t oia q̃ sibi retinuit licẽtiam reacquirẽdi illa qꝺ satis aperte patet Item iteꝝ Mat. xix tribuẽs ꝓsiliũ de castitate ait Sunt enuchi qui se castrauerũt ꝓpter regnũ celoꝝ. Ex manifeste patet ꝙ non se perfecte castrauit: qui sibi retinuit facultatez nubendi. Mat. quoq; xvi. dans ꝓsilium de pfecta obia ait. Qui vult venire post me: abnegꝫ semetipsũ ⁊ tollat crucẽ suam ⁊ seq̃t̃ me. Quis dubitat ꝙ qui q̃tum potuit libtati sue non renunciauerit: ꝙ pfecte sequit̃ christũ qui hãc sequelam seu subiectionẽ ac discipulatũ voto nõ est pfessus. Jõ sicut ex verbo virginis quãdo Lu. j. ait angelo qm̃ virũ non cogsco. Augu. ⁊ alij sancti arguũt eã virginitatem vouisse ita ex verbo illo patri. Mat. xix. ecce reliq̃mus om. accipit aug⁹. xvij. de ciui. dei. c. iij. apl̃os paupertatẽ vouisse dicẽs ꝙ hoc votum potentissime vouerãt potentes illi. Apl̃s aũt. j. Thimo. v. loquens de cõsilio virginitatis qꝺ xp̃s dedit maifeste ostendit illud itelligi debere sub voto Loquens em̃ de virginibus q̃ virginitatẽ reliquerunt dicit: ꝙ habent damnationẽ qꝛ primã fidẽ irritam fecerunt. Si enim sub voto virginitatem non assumpsissent ex eo ꝙ eaz reliquerãt damnationẽ nullã haberent: nec vere primã fidem irritam fecissent. Fides em̃ non potest ibi proprie prosalio sumi: nisi pro fideli ꝓmissione ⁊ sponsione Insup christus non ꝑcepisset apostolis quando misit eos ad predicandũ: formã viuendi ⁊ eũdi in pauptate sicut patz Mat. vj nisi prius xp̃o voluntatẽ suaz ꝑ perfectã obiaz subiecissent. Ad ꝓsilia autem nemo ꝑ ꝑceptum astringitur: nisi prius ipse vouerit ea. Vñ Au. de consensu euangelistarum ait. Quod sicut dicitur. Mat. iiij. et. marce. j. Petrus et andreas non subductis ad terram nauibus tanꝫ causa redeundi. secuti sunt dñm: sed tanꝫ iubentẽ vt sequerentur se. ℞ Non admirari non possum quãdo mihi apiunt̃ tã alta mysteria sapientie xp̃i ⁊ vt percipio nos seculares etiã aliqualiter litterati penetrare non sufficimus intima mysteria scripture sacre. Nã. ⁊ qꝺ in euangelio mihi non videbaꝝ dictũ: ⁊ in euangelio ⁊ in apl̃o reperitur scriptũ ℞. parua sũt hec r̃spectu eoꝝ que deo dante percipies in scripturis.

Argumentum. xiij. Biſci.

Bevno autẽ qꝺ paulo ante dixistis mihi dubium exortum est. nam pfectus est cui nil perfectionis deest. Sed sicut supra vosipse testatus estis christus dixit esse pfectũ eum qui renunciaret omib⁹ ⁊ sequereꝝ se: videꝝ igiꝝ ꝙ tali nihil pfectiõis deest Sed hoc vtiq; sine voto imperi põt Nã ⁊ abraã diuitias possidẽs pfectus fuit. ℞ Nõ em̃ dñs ea rõne tale ꝓsiliũ dedit ãsi diuites pfecte esse nõ possunt aut intrare regnũ celoꝝ: sed qꝛ defacili nõ pñt. Magna igiꝝ virtus fuit abrae ꝙ etiã diuitias possidẽs a diuitijs liberã habuerit mentẽ: sicut magna virtus fuit sampsonis: qꝛ absq; munitiõe armoꝝ cuz sola mandibula asine hostes multos pstrauit. Nec tamẽ inutiliꝝ militi pcedenti ad bellũ consiliũ daꝝ sumere secũ militie arma. Preterea ille actꝰ est magis meritoriꝰ qui offerꝝ deo a pso na magis grata. Unꝺ Gen. iiij. Respexit dñs ad abel p̃mo ⁊ ad munera eius scꝺo. Sed pso/na cũ voto ceteris paribꝰ est ampliꝰ deo grata: igiꝝ magis mereꝝ ꝓpter illud votũ. Preterea iam dixi tibi sed an intelligis aut nõ recolis. nõ em̃ ꝑ fecte ac totũ ꝓsiliũ implet qui ex voto oia nõ dimittit. vel q̃ etiã licentiã reacquirẽdi non reliquit. Quod est vnũ de numero omniũ que relinquenda sunt.

Argumentum. xiiij. Biſci.

Aliud quoq; dubium addam. Videꝝ em̃ ꝙ q̃to opus ẽ magis debitũ fieri: tanto ẽ minus gratũ ⁊ meritoriũ. Magis em̃ grata est donatio nihil debiti habens: q̃ illa q̃ debita ẽ. Et opera superogationis magis meritoria sunt: q̃ opa ꝑceptoꝝ. Sed vouens teneꝝ facere id qꝺ vouit. non aũt non vouens. ℞ Breui districtione hoc facile declaraꝝ. Nã duplex ẽ debitũ. Unũ quidẽ ꝓueniẽs ex volũtate debenti et talis solutio ẽ magis grata: q̃ si ꝑ illã viã nõ esset debitum factũ. Scõm est debitũ ꝓueniẽs ex ratione bñficij suscepti vel cõmissi illati ⁊ huiusmodi solutio minus gratuita est: q̃ si sic nõ esset debita.

Argumentũ. xv. Biſciꝑ.

Unũ quidez occurrit in mentẽ meã qꝺ oino ꝓterire nolo. Et inde multi de q̃plurimis religiosis scandalũ sumũt. Sepe em̃ occurit ꝙ pater pauper ⁊ antiquꝰ filiũ hz: quẽ spat eẽ bacalũ senectutis sue: ⁊ statim seductus aut diuinitus inspiratꝰ nescio quid dicã relicto pr̃e intrat religionẽ. Et videꝝ illicitũ esse. Cũ honoꝛ pr̃is intelligaꝝ in coꝛpali exhibitiõe cũ tp̃s adest scz indigentie pr̃is. Si em̃ tũc nõ subuenit facit cõtra ꝑceptũ: sed intrãdo religionẽ ponit se in statu nõ subueniẽdi. Igiꝝ peccat nec hoc cogitãt frẽs. ℞ Hoc est vnuz qꝺ vt asseris multos scandalizat Sed vt intelligas qm̃ iuste aut iniuste scandalũ sumãt dicã tib i q̃ magni doctoꝛes sentiãt: maxime Alex. de halꝝ. qui ait. Qꝛ taliuenis aut põt secure manere in seculo absq; detrimẽto salutis. Et in tali casu dicũt ꝙ religionẽ nõ debet intrare: sed mistrare fideliter patri

suo. Aut videt sibi iminere piculū salutis ⁊ lapsum in pctis: ⁊ in tali casu remanere cū pfe non obligatur. Unō Mar. iij. Que est mater mea et q̄ sunt frēs mei glo. Non recusat obsequi matri q̄ dicit honora patrem. sed ostēdit se plus debere pr̄nis misteriis q̄ maternis affectib⁹. Et iō exemplo monstrauit qō verbo ait. Qui amat patrē aut matrē plus q̄ me: nō est me dignus. Si igit religiōis ingressus ptinet ad paternuz misteriū non est dimittendus ppt paternū affectū. Et itez glo. ibidē ait. Opus spūale pferet cognationi: doces meliorē esse copulā cordiuz q̄ corpoz. Alij vero dicūt q qñ iuuenis spiritu dei ducit non tenet stare in seculo. vt necessaria parentibus admīstret Signū aūt q duca tur spū dei triplex est. Primū ē iocunditas mētis ex affectione ꝓsiderate religionis. Secōm ē ppositū caueudi circūstantias peccatoz. Tertiū est ppositū pficiendi in melius. Dicūt igit quia aut habet tpalia de quibus posset sustentare: aut non habet. Si habet pōt patri dimittere ea ad sustentatōem nature Si vo nō habz non tenet sibi mīstrare: sed cum trāsfert se totaliter ad seruitiū liberalissimi donatoris patris celestis potest cōmādare ipi curam patris qui dat escam omni carni: qui pascit volucres celi Mat. vi. cui de oībus cura est. Sic meliori p/uisori dimittit pater aut mr: q̄ sit filius eoz

V Durus multis videtur hic sermo. M Ut verū fatear quāuis vltima opinio pfectioz videat tñ pma magis pia ⁊ forte potius obser/uanda. Est tñ tenendū. q cū honoz pr̄is consi/stat in pluribus sicut alibi patet. ⁊ omia intelligant cum dicit honora pr̄em tuū non soluitur obligatio exhibitiōis honoris p religionis ingressum: licet soluat obligatio quo ad debituz sustentatiōis. Quia quo ad illā solutiōez mori/tur qñ mūdo morit. Sed exhibitio spūalis in reuerēdo in ꝓsolando in orando non soluit: immo sub obedientia amplio⁹ auget. Ex hoc patet pfectio p̄cepti honoris patris. Non eñ pficit exhibitiōe corpali que exhibet patri rōne ꝓfoz mitatis ad deū p̄ncipiū sed rōe indigētie. Propterea pficit in exhibitōe spūali maxime i qua est cōformatio ad deum.

V Argumentū. XVI. V Discip.

V Dicam vnū qō et ego ⁊ etiā plures alij timē/tes deū his tpibus opati sumus. Fuerūt siquidem iuuenes quidam qs putabamus blandi tijs ac malicijs a fratribus esse deceptos. Non aūt ptinet hoc ad ordinē vr̄m Qui deliberauerant intrare in q̄ndam religionē vticp virozuz reprobozū ac non timentiū deū. Nos ⁊ blandi tijs ⁊ malicijs atq; imꝓperijs q̄tum valui/mus retraximus eos ꝓsanguineis et amicis suis fauorē et beniuolentiā. Nō q bonū ppositū eoz eneruare valemus: sed si eoz vocatio an a deo esset expiremur Scimus cñ in actib⁹ apl'oꝝ scriptū esse. qñ si est ex hoib⁹ ꝓsiliū hoc: aut opus dissoluet Si vo ex deo: non possem⁹ dissoluere eos. Et tandē ab illo pposito resilierī Uñ patet claruit q ñ erāt vōti a dō ⁊ bñ nūq; pfess⁹ sū q: bñ cū bōa ⁊ sctā intentiōe cum alijs egi. Quidā etiaz de nr̄is multis violentijs vsi sunt: tamē non ego sed tantū sum vsus verbis.

M O ignozās demētia ⁊ vesana stultitia Et de hoc nunq; cōfessus es? V Nunq;. M Quare? V Immo post hoc pluries suscepi sanctissimū sacramentū M Et bē etiaz de terius est. Magna quidē in spūalib⁹ etiā vos qui estimatis timere deū ignozātia laborat is. Tecū loquar qui pñs es. In ignoras q ex vbo p̄dicto gamalieł. v. Act. qz non recte intellexerūt in errorē lapsi sunt dicentes q si q̄s gratiā ⁊ charitatē a deo habet amittere illā nō pōt Ex hoc q̄dem heretico intellectu dicere poterimus q qz diabolus peccauit ⁊ cecidit: op⁹ dei non fuit. Si iudas lapsus est a cetu apl'oz eius electio a deo non fuit. si simon magus post baptismū in heresim cecidit: a deo nō fuit. Sic vt video putatis ei⁹ qui religionē sumere ꝓposuerat aut firmauerat seu iā habitū sumpserat: aut pfessionē fecerat. si blāditijs aut versucijs imꝓperijs aut cōsimilib⁹ modis in bono ꝓposito retrocesserit non fuisse diuinā vocationē. Ac temeraria ⁊ erronea ꝓscia temptatis deū: cōtes extinguere in aiabus spūs dei viui. O infelices erronei ⁊ decepti hoies. Quis vos fascinauit vt intantā veniretis dementiā? Hic quidē errоr vigilantij heretici est: q̄ vt testat Aug⁹. li. ꝓtra vigilantiuz asserebat. q non pōt malaradix in eo in quo donū dei ē locari: Nos asserimus q dei cōsiliū nunq; dissoluit iuxta illud Esa. xlvi. vbi dñs ait. Consiliū meuz stabit: et oīs voluntas mea fiet. Ex hoc tñ ꝓsilio etiam imutabili sicut dat rebus corruptibilib⁹ eē temporale quib⁹ sempiternitatē nō attribuit: ita q̄ busdā dat iusticiā in tpe. quib⁹ ex secreto suo iudicio nō dat pseuerātie donū: sicut sentit Aug⁹ in li. de pseuerātia. Naz ⁊ eterno dei ꝓsilio corruptibilia instituunt vt tpaliter sint: sic ex immobili dei ꝓsilio quibusdā dat ppositū in religione intrandi: quibus in ea pseuerandi gratia nō donat. Sed ve illis qui libertati arbitrij taliū retrocedētiū auxiliū prestant: aut cur negligentiā seu mali exempli scandalū administrāt.

V Errassem denuo nisi mediante charitate vra deus mihi ꝓtulisset hoc lumen. M Oh in opibus dei fili mi magna cautio adhibēda ē

V Argumentum. XVII. V Discipul⁹

V Oibus quecunq; mihi dixisti adhibeo plenam fidē. Nō tamē ex oib⁹ que dicta sunt elicē

possum q si ꝙs religionē intrare inspirat⁹ ē de/ bet hoc ꝓficere: nisi antea ꝓbet si inspiratio sua ex deo ē dicēte iohāne incano. sua. c. iiij. Nolite oi spūi credere: sed ꝓbate spūs si ex deo sunt ꝙ maxime in religiōis assumptiōe obseruan/ dū est. ℣ ℟ Oh ꝙd ē elegere ⁊ recte nō intel ligere. Hoc verbū ad ꝓpositū non ē. Ibi ei ꝓ/ batio necessaria ē: vbi certitudo apparere nō ꝓt Vñ sup illud. j. Timoth. vlti. O ia ꝓbate glo. ait. Certa nō egēt dicussione. Incertū em ē ꝓ his qui aliū ad religionē suscipe debēt: seu reci piēdi officiū incumbit: quo spū tales ad religio nē inducti sunt. vtrū desiderio spūalis ꝓfectus an etiam sicut qn̄ ꝙ accidit ad furandu⁹ seu ad aliud malū faciendum: vel an ad statū religiōis sue sint idonei seu apti. Hec quidē quia dubia sunt ꝓdenti discussione examianda sunt. Nō sicut ꝙdam ꝙ incōsiderate recipiūt omēs: quo rū fructus ē infamia ⁊ scandalū sue religionis. ꝓinde indicit eis taz p ecclesie sanctiōes q̄ p regularia instituta: q̄ sint recipiendi seu spernendi. Sed his qui ꝓpositū gerunt assumende religionis inime dubiū esse potest qua intentio ne id agant. ꝓpterea em longa deliberatio/ ne necessitas nō incumbit: ꝑcipue si de his co/ palibus viris non diffidunt. Ad quas quoq; examinandas religionē intrantib⁹ cōcedit an/ nus ꝓbationis.

Argumentū. xviii. Discip.

Sed queso reuerende ꝑ qui inspirat a deo assumere statū religionis nōne debet de tāta re diu deliberare? videt em necessariū esse oio qd ꝙdē ex voti diffinitiōe ꝓtz Dicit ei votū spōsio melior/ bōi cū delibatōe firmata tō ex ōlibatōe dependetia firmitas voti. Ex votū religiōis fir/ missimū ē: vtpote qd nūlo supuenīēte casu infrin gi pōt: ideo requirit grauī ⁊ examinata delibe/ ratione fieri atq; ꝓsilio ℣ ℟ Diffinitio voti qua fortit munīri putas: nō facit ad ꝓpositū tuū. Talis em deliberatio ꝓsistit in ꝓposito in teriori: quo aliquis eligit maius bonū cui vo/ uēdo se obligare intēdit. Omē aūt qd ex electi/ one agit: deliberatiōe atq; ꝓsilio agitur. Quia sicut dicit. iij. ethicoꝝ electio est appetitus p̄e consiliatiuꝰ. ꝓinde sicut a spūsancto qui est spūs fortitudinis ⁊ pietatis hoc sctm̄ ꝓpositū homi inspirat: ita q̄ ab eodē ꝓsilij atq; scie spū deliberatio interius demōstrat.

Argumentū. xxi. Discip.

Pozro oino videt ꝓsiliū requirendū vbi de ceptiōis periculū iminere ꝓbat. Hoc quidē cō/ tingit in religiōis ingressu eo q. ij. Coꝝ. xj. di/ cit q ipe sathanas se transfigurat in angelū lu/ cis. Vñ sub specie boni incautos decipit: ideo optet cū multis deliberatione diligētissime ex/ quisita religionē intrare: mihi oino sic videtur

℣ ℟ Tibi oino sic videt mihi aūt nō sic. ℣ ℟ Miror reuerēde ꝑ q sine multoꝝ ꝓsilio stat⁹ religionis debeat assumi: cū ꝓuer. xxiij. dr fili sine ꝓsilio nihil facias ⁊ post factū nō peni/ tebis. ℣ ℟ Ausculta fidelit fili mi: ⁊ nudaz ꝑcipies veritatez. vtq; b vex est q sathanas q̄n̄q; se transfigurat in angelū lucis: cum bona suggerit intentiōe fallendi. Ex sicut ibidē glo. ait q̄n̄q; diabolus sensum corpis fallit: mentez tm̄ mouet a vera ⁊ recta snia qua quisq; fidelez vitā gessit. Nullū igit in religionis assumptiōe ꝑiculū est: vel cū se bonū angelū fingēs ea facit vel dicit q̄ ꝓgruūt angelis bonis. Insup si cre dat angelus bonus: non ē error ꝑiculosus siue mor̄bidus. Cū vo post b aliqua alia sua ꝓma ⁊ bona inspiratione incipit suadere. ne hō gra/ diat post eū: maxima vigilātia op⁹ ē. Hec fm glo. s. Det ḡ q diabolus incitet ad religionis ingressum. Hoc siquidē bonū ē opus vtq; con gruū bonis angelis dei: ideo nō ē ꝑiculū si ali/ quis in b ꝓsentiat. Sed solert ⁊ attēte inuigilā dum est vt illi toto conamine resistat: cū aliq̄ vitiū incepit inclinare vel inspirare. Sepe vo ꝓtigit q sapia dei vtit malitia demonū i electo rū ꝓfectū: atq; extra eoꝝ intentiōes electis re/ periunt se ꝑpasse atq; fabricasse ꝓmioꝝ coro nas eo q deꝰ etiā ꝓmiat bona q̄ diabolica in/ spiratiōe iusti opatisunt: cū ad finē redacta sūt Et tūc verificat qd de b ait ꝓpheta dicēs Bra co iste quē formasti ad illudendū ei. Scienduz est tm̄ q si cui a dyabolo vel ab hoie suggerat religionis ingressus p quē hō accedit ad inimi tā dum xp̄m: talis suggestio nō habet affectū nisi interius attrahat a deo. Vñ Aug⁹. de p̄destinatiōe sctoꝝ ait q oēs sunt docibiles dei: non q; ad xp̄m oēs veniūt. sed q; nemo aliter venit Et sic religionis ꝓpositū a quocunq; suggera tur: a deo ē. E xquo patet q nō est necessariuz ꝓsiliū hois: ex quo est ex ꝓsilio dei.

Argumentum. xx. Disci.

Tertia q̄z varietas dōioz tpaliū rerū extitit qz fuerūt particulariter appropiata vt hoc dicat meuz: z illud tuū. Hoc ceni est fundamentū oīs iniusticie in p̄tractādo rem alienaz. z p cōsequēs oīs iusticie in restituēdo eam Circa hoc aduertendū est q tria fecerunt licitā hanc appropiationē Primo lex positiua scdo lex iusta. tertio lex autētica Primo lex positiua qō hoc modo pbat. Naz remoto hoc p̄cepto legis nature de habēdo oia cōmunia. et p cōsequēs cōcessa licētia appropiandi: et distinguendi cōmunis. nō fiebat actualis distinctio: z appropriatio p legem nature. nec p legē diuinā. Non p̄mo p legem nature. qō pbabile est videre. non eni apparet q illa determinet ad opposita. ipsa vo determiauit in natura humana q oia cōia essent. Nec dicit q illa ppositio instituta de rerū diuisiōe. §. vere bestie vbi dicitur q nullius est occupāti: cōcedit sic de lege nature. Et licz quasi statim post naturalē app̄hensionē de hoc q est res esse diuidēdas occurrat ista tanq̄z pbabilis valde z manifesta. tñ rōnabilius pōt dici: q ipsa nō sit de lege nature: sed positiua. Scdo nō p legē diuinā. qō ptz p illud Aug̃. supraposituꝫ in p̄n. p̄mi. c. vbi dicit quo iure ꝛc. Per locū igit a diuisione ex quo dōia sunt distincta: z ptz q non iure nature nec diuino. sequit q a lege positiua facta est. Prima distinctio z appropriatio dōioz. Scdo aūt vt talis appropiatio licita esse dicat videre necesse est quō talis lex positiua sit iusta Talis aūt lex tunc equidē iusta est: qñ in legislatore maxime sunt ista duo. s. prudētia z auctoritas. Primo prudētia. vt. s. ſm rectā rōnez practicā dictet q̄d faciendū vel statuendū sit p ipa cōitate Scdo auctas: qz lex oz a ligādo. sed nō quecūq̄z snia prudētis ligat cōitatē. nec aliquē si nulla p̄sideat. Quō autē prudētie in se vel in cōsiliarijs suis a cōdentib⁹ leges possit haberi ad cogitādas leges iustas ex se satis aperte ptz Sed de auctate nunc dicendū est. Tertio aūt fecit licitā eē appropiatoz̄ lex autētica. i. auctas Circa hoc adūtendū est ſm Aristo. in. j. poly. q duplex est p̄ncipatus seu duplex auctas di-

cl põt. Prima est iconomica seu pr̃na. scda est polytica ¶ Prima est pr̃na ⁊ hic vero iusta est ex lege natur̃ q̃ filij tenent̃ pentib⁹ obedire qz q̃ dedit naturale esse videt̃ habere in ipis naturalẽ auctẽ in ipis ppagatis. nec etiã auctas hec p legẽ aliquaz positiuã mosaycã vel euangelicã reuocata est ꝫ magis amplius ꝓfirmata.

Secũda auctas ẽ polytica q̃ sup extraneos est Et hec dr esse duplex. Prima residet in vna p sona: vt in rege francoz. Scda i vna cõitate residet: vt ptz in italia vbi ciuitates vt plurimuz pncipant̃: sicut pz in venetijs i florẽtia in senis Et põt vtraq; esse iusta ex cõi ꝓsensu ⁊ electõe ipius cõitatis. ¶ Prima siq̃dem auctas respicit naturalẽ descẽsum. s. filioz a pr̃e q̃q̃ sint ciuiliter cohabitãtes. ¶ Scda vo respicit cohabitantes q̃tũcunq; sibi nulla ꝓsanguinitate vl̃ ppinq̃tate cõiũctos vtpote si ad aliquã citatẽ edificãdã aut inhitãdã aliq̃ extranei ꝓcurrãt q̃ cõsiderãtes se bñ nõ posse regi absq; aliq̃ auctẽ supioris pñt cõcorditer cõuenire: vt vel vni p sone aut cõmunitati cõmitterẽt illã auctẽ ⁊ vni vel p se tñ: ⁊ successor eligeret: sicut ⁊ ipe fuit in republica romanoz vel p se ⁊ sua tota posteritate. Vtraq; aũt ista auctas polytica merito iusta est. qz põt iuste ds se submittere dño alicuius singularis psone. vl̃ alicuius cõitatis in bis que nõ sunt cõtra diuinã legẽ in q̃bus melius põt dirigi p illũ cui se cõmittit q̃ p seipsuz Justuz eq̃dem est vt q̃ se bñ regere nescit̃: vel nõ pñt: sine|directõe vel auxilio alicui⁹ psone siue alicuius cõitatis q̃ illi se subijciãt quo ad regimen tpale. Ex dictis habet plene quõ licite ista tpalia dña a lege positiua: a lege iusta: ⁊ a lege autẽtica fuerũt ãpropata. Potz etiã q̃ talis diuisio ꝑma dñioz fuit iusta a lege positiua Justa qz fuit vl̃ a pr̃e diuidẽte. sicut fortẽ post diluuiuz fecit Noe filijs suis q̃ eis distinxit terras quas singuli occuparẽt: p se ⁊ filijs suis et posteris. aut ipsi de cõi cõcordia inter se diuiserunt. Vel fuit a ꝑncipe hoc statuente in quẽ cõmunis cõsensus ꝓli transtulerũt hmõi ptãtez vel fuit a cõi cõsensu eoz qui cõiter possidebãt sicut Gen̄. xiij. dicit̃ de Loth ⁊ de Abraam qz abram dedit electionẽ ipsi Loth quã partẽ eligere vellet: ⁊ ipse reliquaz possideret. Vel põt dici aliter q̃ ipsa lex ab ipso Noe ꝓmulgata fuit. aut ab aliquo electo a filijs suis in ꝑncipẽ eorum vel aliqua cõitate cui ipamet cõitas hanc auctatem cõmisit. Que inq̃ lex fuit vel potuit esse q̃ res tũc occupãta eẽt ꝑmo occupãtis causa. Et sic post hoc diuiserũt se sup faciem orbis terrarũ. ⁊ tũc vnus occupauit vnã ⁊ alter aliã plagã Hec ꝙm Sco. in. iiij. di. xv. q. ij.

¶ Articulus. ij. de rerum translatõe que fit auctoritate publica. s. pncipis seu legis vbi etiaz dicendũ est de pscriptione ⁊ vsucaptõe.

Secũdo cõsequẽter cõsiderandũ est rerum trãslatio que fit auctẽ publica Nẽ pe post ꝑdictã dñioz diuisionẽ ꝓpter varias causas occurrẽtes tam in vita q̃ in hominũ morte: necesse fuit dñioz rerũ translatoz fieri. Preterea quõ licite potuit fieri: ⁊ nũc possit breuit̃ subiũgam⁹. Duplex est eni ꝙm Sco. vbi s. iusta translatio rerũ. Prio q̃tũ ad dñiũ scdo ad vsuz. Primo fit q̃tuz ad dñiũ vt si res a dño vnius in dñium alteri⁹ transeat. Scdo aũt fit quo ad vsum siue ius vtendi tñ apud eũdem tradentẽ dño remanente. Et de hac scda translatõe ad pñs tñ hanc regulã generalẽ scire sufficiat que talis est ¶ Regula. ¶ Justicia vel in iusticia translatois vsus dñij ealdẽ regulas habet iuste translatois dñij De ꝑma aũt ad pñs hoc est de ipsa translatõe dñij latius disseramus. hoc aũt dupliciter fieri põt. Primo auctoritate publica. scdo auctoritate ꝑuata De ꝑuata. De ꝑma aũt que fit auctoritate publica. scz ꝑncipis seu legis tñ in. v. arti. tractãdũ est De qua talis regula est notãda. ¶ Regula. Trãslatio dñij auctẽ legis iuste iusta est. Hec regula patz. Nam si lex iusta potuit iuste determinare dñia ꝑma sicut in ꝓcedẽti. ca. dictũ est Et nõ minor est auctoritas ꝑncipis siue legis: qõ hic habeo p eodẽ post dñioz diuisionẽ sicut ante. Igit̃ ꝓpter eandẽ causaz atq; eundẽ finẽ dñiuz iuste transferri põt postq̃ alicui fuerat ãpropriatũ. Ex hac regula sequit̃ q̃ pscriptio in mobili⁹ iusta translatio est. Prescriptõ quidẽ in imobilib⁹ est: vt in domo: in agro: in vinea: ⁊ in similibus rebus. Insup incorporalibus rebus habet locũ: vt in seruitutib⁹ electõibus ⁊ actiõibus ⁊ hmõi. extra de pscrip. c. j. et de cau. pos. ⁊ ppie. cum eccl̃ia. xvj. q. iij. c. placuit. ¶ quas actões Usucaptio ꝺo in mobilib⁹ est. His igit̃ iam ꝑmissis tria ad pñs de pscriptione cõsideremus reliqua delinquẽtes in iure peritis. Primo ꝓsideremus circa pscriptionem iurium auctoritatẽ. scda iuriũ cõfirmitatẽ. tertio iurium varietatẽ.

¶ Qz ab omni iure ꝑscriptio ⁊ vsucaptio originẽ habẽt ⁊ hoc triplici rõne

Capitulum. i.

Primo circa ipam pscriptionẽ cõsideremus iuriũ auctoritatẽ. Habet eni ꝑscriptio auctoritatẽ a q̃libet iure. s. a iure naturali: ⁊ a iure ciuili: insup a iure canonico ⁊ fideli. Proinde ꝙm Sco. vbi s. Triplici rõne prescriptio licita est. Primo rõne pacifice cõuersationis. scdo rõne publice offensionis. tertio rõe

De rerum translatione

autẽtice iurisdictiõis. Primo rõne pacifice cõuersatõis. Juste q̃dem statui põt a legislatore qđ necessariũ est ad subditor̃ pacificã ꝙuersationẽ. Sed dn̄ium neglecte rei sicut ꝙtigit esse in p̃scriptõe ⁊ vsucaptõe transferri in occupãtem necessariũ est ad pacificã ꝙuersationẽ ciuium. Nam si nõ transferet dn̄ium in occupantẽ sed apud p̃mũ post q̃tũcũq; tp̃s cõtinue remaneret oriret inde mortales lites eo q; posset ille q̃ rem neglexit: vel eius heres post q̃tũcũq; tp̃s repere rem illã neglectã ab alio vl ab alijs q̃tocũq; tpe occupatã ac p hoc tales orirent lites q; impossibile esset decidere eas: qr probationem sufficientẽ hr̃e nõ possent. atq; ex talib⁹ litibus ppetuis orirent cõtentões atq; rixe ⁊ odia inter ipos litigãtes. ⁊ sic necessario esset tota pax reipublice pturbari. Scõo vo licita est rõne publice offensiõis. Nam legislator iuste p legẽ punire põt etiã corpali pena quẽlibz transgressorẽ. cuius trãsgressio vergit in detrimentũ reipublice: multo amplius pecuniaria pena. ⁊ hoc illã applicãdo fisco. q̃ pari rõe põt cum tali pena punire applicãdo illud in q̃ punitur alicui: q̃ in hoc est minister legis. Dz negligens tanto tpe rem suã trãsgredi. ita q; transgressio eius est in reipublice detrimentũ. cũ impediat pacẽ: q̃ iuste põt lex sic rem neglectã applicare fisco: ⁊ sic ad maiorẽ pacẽ trãsferre eam in eum qui tanto tpe occupauit eaz. s. tanq̃ in ministeriũ legis sicut predictũ est. Ex hoc ptz quõ intelligi debet illa p̃sumptio legis seu iuris et de iure cõtra quã pbatio nõ admittit in cõtrariũ. vt qñ mulier dat dotem qđ presumit virum stipulatũ de ea reddẽda ⁊ obligasse bona in casu restitutõis li. j. c. de rei vxo. actio Et ex̃ de sponsa. is q̃ fidẽ in tex. ⁊ glo. sic etiã p̃sumit̃ q; sic negligẽs rem suã p derelicta habuerit Et si hoc etiã non sit verũ in re: attñ legislator punit eum. ac si eum habuisset p derelicta. ⁊ illud in quo derelinquẽti assimulat iuste reꝙrit similem penã. Tertio insup licita esse videt rõe autẽtice iurisdictõis. Nam si quilibet põt suũ dn̄ium transferre in aliũ. tota cõitas põt cuilibet dominũ de cõmunitate trãsferre in quemlibet: qr in facta cõitatis ꝙsensum cuiuslibet presupono includi. Jgit̃ cõitas illa hn̄s iustũ cõsensuz quasi iam obligatũ in hoc q; quilibet cõsentit in leges iustas cõdendas a cõitate: vel a principe: põt p legem iustã in quẽlibet cuiuslibet trãsferre dn̄ium. Ex his ptz ꝟm Gerardũ obdoneñ. q; possidẽs aliq̃d iure p̃scriptõis iuste possidet. qr auctoritate legis iuste. Propterea rem legitime p̃scriptã vel vsucaptã restituere. potius est pfectõis ⁊ superogatõis. q̃ debite necessitatis ⁊ obligatõis. Ex dictis ptz q; p̃scriptio optime sic describit a mgr̃o Gerardo de senis ordinis heremitaruz. Prescriptio est quoddã ius ex tpe cõgruẽs. auctoritate leguz vim capiẽs inferẽs negligẽtibus penã. ⁊ litib⁹ finem imponẽs. In hac aũt p̃scriptõis diffinitione ponunt tria. Primo cõgruũ tp̃s legeviq; limitatũ sine qua limitatiõe negligẽtia inexcusabilis nõ fuisset Scõo legũ auctoritas ex tali negligẽtia p̃scriptionẽ inducẽs. Tertio causa finalis tangit̃ ppter quã p̃scriptio est inuenta. s. vt penã negligẽtibus inferret̃ ⁊ litib⁹ finẽ imponeret quẽadmodũ ⁊ vsucaptio. ff. de vsucap. li. j. Dicit̃ enim ibi q; vsucaptio introducta est p bono publico. s. ne q̃rundã rerũ dn̄ia diu et fere semp incerta essent. Hec descriptio ꝙcordat cum declaratõe papie qui p̃scriptionẽ declarat dicens: q; p̃scribere est p̃dicere: cõtradicere: ⁊ diffinire. Predicit enim cum tp̃s statuit. Cõtradicit repetẽti qđ p̃scriptũ est. Diffinit denicq; lites. Et sic tria que dicit corr̃ndẽt: reb⁹ tribus que in p̃fata descp̃tõe posita sunt.

Quõ ⁊ in quo cõcordãt in p̃scp̃tione ⁊ vsucaptõe ius nature ⁊ ius ciuile

Capitulum. ii.

Secũdo cõsideremus circa p̃scriptõez iuriũ ꝙfoꝛmitatẽ. Quiro enim modo cõcordant in p̃scriptõe ista tria iura. s. ius nature ius ciuile: ⁊ canonicũ ius Primo vo oñdem⁹ i p̃ñti c. quõ i eo ꝙcordãt ius nature: ⁊ ius ciuile Scõo mõstrabimus in ca. sequẽti: quõ ⁊ in q̃ in ea ꝙcordant atq; discordãt: ius canonicũ: et ius ciuile. Primo inq̃ oñdamus cõcordiã iuris nature: ⁊ iuris ciuilis. Nõ vtiq; est talis p̃scriptio cõtra ius nature: quẽadmodũ dicere videt i g. ff. de vsuc. li. j. Et. xxvj. q. iij. in glo Ad cuius intelligentiã notandũ ꝟm Gerardũ de senis ordinis heremitarũ: sicut recitat Joh an. in mercurialib⁹ in regula possessoꝛis q; duo sunt circa hec cõsiderãda. Primo quid sit ius nature. Scõo quid sit ius legale. Ideo notandũ est q; qlibet ius cõsistit in rectitudine quadaz ergo ius dictũ est. vt dicit di. j. c. ius generale: qr iustũ est. Justicia aũt nihil aliud est q̃ quedam rectitudo. Oñe ergo ius siue naturale: siue legale in quadã rectitudinẽ cõsistere habet. Et licet ius naturale ⁊ ius legale distincta sint nõ tñ eoꝛ rectitudo diuersa est: sed eadẽ. aliter et aliter tñ sumpta. Nam ius legale non addit sup ius naturale aliam rectitudinẽ: sed eandez specificat: ita vt verum sit dicere: q; ius legale sit quedã specificatio: ⁊ expressio naturalis rectitudinis. ⁊ hoc triplici modo. quãdoq; determinando. quãdoq; applicãdo. quãdoq; declarando. Primo modo. s. determinãdo p cõgruos modos. Verbi gra. Naturale ius vult delinquentẽ puniri: sed punitiõis nõ determinat

modos qđ ꝗdem facit legale ius. vtendo rectitudine naturalis iuris. ſ. puniendo ſm qualitatem delicti. Scđo modo ſpecificat. ſ. aplicādo varios actus. Verbi gꝝa. Rectitudo naturalis iuris vult nemini ſubtrahi qđ ſuū eſt. Jus vo legale diſtinguit actus ab illa rectitudīe deuiantes. ſ. actū furandi: rapiēdi: ⁊ fenerandi: ⁊ ſimiles. Ultra hoc oſtendit quō vnus illoꝝ actuū plus ꝙ alius deuiat a rectitudine naturalis iuris. Et ſm illud inſtituit maiores vl̄ minores penas: ac per penarū metum ꝓſeruat in hoibus rectitudinē iuris naturalis. Ex q̄ ptz q non addit rectitudinē: ſed illā ſpecificat ⁊ declarat. Tertio modo ſpecificat declarando. ſ. ꝓ quoſdaꝫ euentus. Verbi gꝝa. A iure naturale ſumit qđ rectū eſt. ſ. locupletari nō debet quis cum alterius iniuria vel iactura que eſt regula iuris in li. vj. Non tn̄ poteſt habere a dicto iure nature an poſſibilis ſit aliquis caſus vel euētus in quo quis locupletari poſſet: ⁊ ſine iniuria alterius. Proinde ſpecificat p̄dicte regule intellectū in quibuſdaꝫ caſibus in q̄bus homo locupletari pōt cum alterius detrimēto: ⁊ ſine iniuria eius: ſicut ptz in p̄ſcriptōe ⁊ vſucaptōe eo q in eis infert alicui damnū. ⁊ tn̄ iniuria illi nō irrogat. Patet enī licet ille cōtra quē p̄ſcriptio currit damnū patiat. nō tn̄ patit iniuriaꝫ qꝛ ipſe ꝓpter negligentiā ſuā illud meret damnum. Ex his ptz q lz in tali caſu recedi videat ab intellectu quē ſm lr̄am regula ſonat: nō tn̄ recedit ab intellectu quē in ſeipa regula portat Nam ſi ea in omni caſu ad lr̄am ſeruaret a duobus alijs que ſunt de iure nature exp̄ſſe recederetur. Et q ita ſit patz. Non enī regula antedicta pōt in quolibet caſu obſeruari ad lr̄am niſi vſucaptio ⁊ p̄ſcriptio de medio auferant. qđ ſi ſit pctm̄ negligētie: qđ eſt cōtra bonū publicū: vtiq nō punit: ⁊ p ꝯſequēs eſt recedendū ab illa regula naturalis iuris: que dicit q rectum eſt pctm̄ puniri. ⁊ maxime pctm̄ cōtra publicū bonū. qđ. ſ. dat materiā litiū ⁊ rixarū. Et ideo ſi p̄ſcriptio ⁊ vſucaptio tollerent recederet ab illa regula naturalis iuris que dicit q bonum publicū ⁊ cōmune cuicū q bono ꝑꝛio: ⁊ ſpeciali p̄referendū eſt. Jure aūt p̄ſcriptōis ⁊ vſucaptionis totū cōtrariū fit cum p̄ſcriptor bonuz ꝑꝛiū illius qui negligit repetere ſua ⁊ dat materiam litiū ⁊ rixarū. Et per cōſequēs poſtponitur cōmune bonuz qđ cōſiſtit in pacifico cōmunitatis cōuictu Ideo aduertendū eſt q naturale ius diūſas regulas habet que tn̄ ſic ſemper intelligēde ſunt q vna alteri ſi aduerſet: at q̄ ita ſeruande ſunt q cum ſeruat vna contra aliam non eatur. Poſſunt q̄ vltra p̄dicta alia adduci exempla. Conſtat enī q de iure nature rectū eſt q depoſitū reddat: ſicut ptz di. j. ca. ius naturale. Et tn̄ gladius furioſo reddi non debet: qꝛ ꝓ hoc vitiaret regula de nō occidēdo et de pace inter hoies cōſeruanda: quoꝝ vtrū q̄ ex gladij reſtitutōe in ſeipſo atq in alio poſſet vtiq violari. xxij. q. ij. ne quis arbitret. Ex quo ptz q ꝓpter rectitudinē legis nature recedit a litera naturalis iuris: quā ſequēdo inciderēt in culpā. ⁊ hoc ſupueniens circūſtantia facit. Ex dictis ptz q ius legale nō addit ſuper ius naturale aliquā rectitudinē ſpecialē ⁊ nouā ſed ſpecificat illā ꝓ quoſdā ſpeciales caſus: in q̄bus ſi ſi non ſeruet rectitudo iuris naturalis: ſm vnam regulā ſeruat tn̄ ſm aliaꝫ ſicut dictū eſt Vel etiā dici pōt. q in talibus caſibus licet non ſeruet ſenſus quem littera ſonat: ſeruat tn̄ ſenſus quē eadē regula ſeruat: ⁊ portat ſm intelligentiā veram. Claret etiā ex dictis q rectitudo naturalis iuris: atq legalis nō eſt alia: ⁊ alia: ſed vna ⁊ eadē aliter ⁊ aliter ſumpta.

In quo ⁊ quare in p̄ſcriptōe ⁊ vſucaptione diſcordant ius canonicū: et ius ciuile. Cap. iij.

Tertio circa ipam p̄ſcriptionē cōſideremus iuriū varietatē Ad intelligendum aūt quare p̄ſcriptio canonici iuris diſtincta ſit a p̄ſcriptiōe iuris ciuile. notanter aduertēdū eſt: q circa ea que dicunt in p̄ncipi. aliquid eſt certū: aliquid vo dubiū. Primo eq̄dem certuz eſt q p̄ſcēptio que currit ſm ius canonicū in p̄ſcribēre bonā fidē req̄rit: ſic ptz ex de reḡ. iur̄. li. vj. poſſeſſor vbi dr q poſſeſſor male fidei vllo tpe nō p̄ſcribit cū ꝯcordātijs ſuis: Et ſilr ptz q p̄ſcēptio q̄ currit ſm ciuile ius nō req̄rit bonam fidem in p̄ſcribente: ſicut ptz. c. de p̄ſcrip. xxx. vel. xl. anno. lib. j. oēs. et. l. cum notiſſimi. Scđo aūt eſt dubiū. ſ. an ipſa p̄ſcriptōis diūſitas inter p̄dicta iura rōnabil̄ ſit cēſenda Nam ſi p̄ſcriptio male fidei cōcordat equitati naturalis iuris videt q ſtatuēdo ambo p̄dicta iura debuerūt in eam ſimul cōcordare. Si vero dicta p̄ſcriptio eſt iniqua: ⁊ cōtra eq̄tatem naturalis iuris: videt q nullū legale ius debuerit illā ſtatuere. Sed aduertendū eſt q p̄dicta p̄ſcēptio cōſiderata mente ciuilis iuris illā ſtatuentis iuſta vtiq eſt ⁊ equa. qꝛ concordat equitati naturalis iuris. Sed alio modo conſiderata mēte p̄ſcribētis pfecto iniqua iudicāda eſt. qꝛ a iuris naturalis equitate recedit. Et q ita ſit patz. Nam ciuile ius p p̄ſcriptionē male fidei duplicē finem intēdit. Primo negligentes punire. Scđo vero litibus finem dare. Et vterq finiū p̄dictoꝝ coꝛreſpōdet iuri naturali ſicut in. j. c. p̄ntis artic. dicebat. Ex hac igit̄ parte talis p̄ſcēptō iuſta ⁊ equa merito dici poteſt. Sed qꝛ ipſe p̄ſcribēs p eandē p̄ſcri-

ptionem intendit vsurpare alienā rem. ideo ex hac parte merito iniusta ⁊ iniqua dicenda est: qz discordet ab illa regula naturalis iuris que ait. Qđ tibi nō vis fieri alteri ne feceris. Insti. de iusti. ⁊ in re. §. iuris p̄cepta Et ex hoc manifeste patet que causa fuit q̄ p̄scr̄ptio male fidei a iure ciuili introducta fuit. Attn̄ adhuc remanet dubiū: Quare canonicū ius in p̄fata p̄scriptōe a ciuili iure discordat? Quapropter aduertēdū est. q̄ p̄scriptio male fidei partim est a iure ciuili iducta: sicut p̄dictū est. ⁊ par partim pmissa. s. ꝓsiderata p̄scribētis iniquitate: quo respectu est iniusta: sicut etiam dictū est Nec sic q̄dem est ꝼm illud a ciuili iure inducta: sed tantū pmissa: qz ius ciuile ⁊ quodlibet aliud ius: licet nō valeat aliqđ iniustū atq; iniquum inducere. potest tn̄ illud quādoq; pmittere ꝓpter aliqđ bonū ⁊ iustum. qđ elicit inde ad qđ tale ius magis spectat. sicut ptz infra sermo. xxxviij. c. iij. arti. iij. in prin. Sic in ꝓposito q̄dem est. Nam pmittit q̄ p̄scriptio illius ex mala fide ⁊ iniq̄tate ꝓcedat: vt p eam duplicem p̄fatū finē eliciat. Hoc autē ideo facit: qz cum ius ciuile intendat p vltimo fine cōseruare ciuilē societatē. cui fini decernit maxime necesse est negligētes punire: ⁊ litigia terminare: et ideo magis intendere debet ad hoc quasi ad cōmune bonum q̄z vt iniq̄tatem remoueat vel corrigat p̄scribētis. cum sit bonū particulare Nempe magis ad ipsum spectat illius duplicis finis equitas ꝓsequēda q̄z ipsius p̄scribētis iniquitas corrigēda Et sic ptz quare in p̄scriptōe malefidei ius canonicū a ciuili iure discordat. Amplius enī cum duo illa iura fundata sint sup eodē naturali iure: mutuo sibi subuenire cōueniens est. Nam si vnū alteri non subueniret: sequeret q̄ vnū eoz in oibus sufficiēs esset ⁊ p cōsequens alterū superfluū foret. Sepe vero accidit q̄ ad vnū ⁊ eundē affectū vnū eorum sine altero minime sufficere p̄t. Verbi gra In punied̄o clericū aut eundē morti iuste tradendū absq; iure canonico non sufficit ius ciuile: qz eum degradare non p̄t. Nec etiā ius canonicū sine iure ciuile sufficiens est: qz canonicus iudex illū minime occidere p̄t. ideo p̄dicta iura mutuo sibi subueniūt in dicto casu: qz quodlibet eoruz exequit q̄ ad eum ptinere videtur. Sic suo modo igit in p̄scriptiōe male fidei euenit. Nam in ea est aliqđ iustū ad persequendū. que q̄dem duo ex supioribus patent. Hec siq̄dem duo p idem ius minime fieri possunt: ideo necesse est q̄ sit aliqđ ius quod dictā p̄scriptionē ꝓpter p̄dictū duplicē finē instituat: ⁊ aliud ius: qđ eandē p̄scriptionē ꝓpter malā fidē p̄scribentis ꝓhibeat: ⁊ hoc modo p̄dicta iura sibi mutuo subuenire ꝓbant. Nec quidē cōtradictio est inter ea: sicut dicit infra sermone. xxxviij. c. vlti. Ubi ꝓbabit q̄ vnus ius pōt alteri obuiare non p cōtradictionē sed tn̄ per omissionē: qz id qđ omittit ab vno sepe ab altero sumi solet sicut est in ꝓposito nostro. Nam q̄ mala fides debeat p̄scriptionē infringere hoc a ciuili iure omittit: qz ꝓpter causam antedictā ad euz nō spectat infringere eam Sz a canonico iure assumit: qz ad eum merito spectat infringere eam. Nec tn̄ est cōtradictio si ciuile ius dicit talē p̄scriptionē equā ac iustā: et per cōsequēs instituendā. ius vo canonicū dicit illā p̄scriptionē esse iniquā ⁊ iniustā ac p cōsequēs ꝓhibendaz: qz sic dicēdo non attendūt ad eandē causam: nec ad eundē finem. Ubi autem vera cōtradictio erit: necesse est q̄ ꝼm eundem respectū accipiant termini. Preterea ciuile ius intendit seruare iusticiā ꝓpter litigia terminare. Canonicū vero ius intendit terminare litigiā ꝓpter iusticiā cōseruare. Nam p̄ncipalis finis iuris ciuilis est cōseruare ciuilē societatem: que minime conseruat nisi litigia terminent Juris aūt canonici finis p̄ncipalis est animas ordinare in deū: ⁊ in euāgelicam legez vt. s. homo eternā gloriā cōsequat. Hic q̄dem ordo in dño haberi non pōt nisi cōseruet iusticia: vt. scz p eam interior actus quo ordinat in deū ꝼm iusticiā regulet. Proinde extra d. reg. iur. c. qui scandalizauerit dicit. Utilius scandalū nasci ꝓmittit: q̄z veritas relinquat. Preterea canonicū ius sequit euangelicā legē: ⁊ ei subalternat: que lex euangelica a ciuili iure discordat in rectificādo actū interiorē. Sicut ptz Matth. ij. Qui viderit mulierē ad cōcupiscēdum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Jus aūt ciuile solū mittit rectificare actū exteriorem: qui est adulteriū: per qđ posset ciuilis societas impediri Ex quo ptz q̄ canonicū ius in p̄scriptionē malefidei debet penitus ꝓhibere. p quā actus interior obliquat: ⁊ sic in hoc a ciuili iure discordare necesse est.

Sed queri pōt an ille qui cōpleta p̄scriptōe seu vsucaptōe incipit habere malaz fidem: rem possessam restituere teneat? Ad hoc dicenduz ꝼm iuristas q̄ nō. Et hoc triplici rōe. Primo rōne auctoritatis. scdo rōne ꝓprietatis. tertio rōne inculpabilitatis. Primo rōne auctoritatis. Nam si bona fide durāte p̄scriptio ⁊ vsucaptio cōpleat tutus videt esse p̄scribēs nō tantum ꝼm ciuile ius: sed etiā ꝼm sacros canones extra de p̄scrip. c. iij. ⁊. c. ad aures. xvj. que. iij. c. j. ij. iij. ⁊. cap. dilectio. ⁊ extra eo. ti. li. vj. Preterea iura faciūt hoc meū: illud tuū. distin. viij. quo iure. Scdo rōne ꝓprietatis. Nam si p̄scriptio compleat durante bona fide iam factū est tuū vtriusq; iuris auctoritate qđ erat

ante alienū: non obstante quacunq; mala fide postea subsequēte ꝓpter qđ talis restituere nō teneť. ¶ Tertio rōne inculpabilitatis. q; nullus restituere teneť illud qđ iuste ⁊ bene possi/dere ꝓbať Sed talis ꝓscribēs possidet rem ꝓscriptā iuste ⁊ bene: non obstante mala fide supueniente. ergo eam restituere nō teneť ¶ Ba⁹ est euidens. min⁹ ꝓbať. Nam illud qđ de iure habeť: iuste ⁊ bene ex parte iuris vti q; possideť: ⁊ p cōsequēs alienū non est: sicut patet. xiij. q. iij. c. quid dicā. Dicit enī ibi certe alie/num non est qđ iure possideť. Hoc aūt iure qđ iuste: ⁊ hoc iuste qđ bene. Hec ibi Ipse enī ꝓscribens habet ⁊ possidet rem ꝓscriptā de iure: ergo ⁊ iuste: ⁊ si iuste: ergo ⁊ bene. Et sic nō videť possidere rem alienā: sed suam: ⁊ p cōsequens restituere non teneť. Quidaz tamen dicunt talem ad restitutionē teneri. Se hanc opinionem Hostien. deridet nihilomin⁹ tñ tenet q; si de hoc cōsciētia remorderet: nec cōsilio peritoz reformari valeret. sequēda est: licet erronea sit extra de sen. ex com. inquisitioni. ⁊ de symo. c. per tuas. ij. Asserit tñ talem scrupulosaz cōsciētiā esse. ac timere vbi nō est timendū. extra de symo. ⁊ si questiones cum cōcordantijs Dicitq; se in hoc nō esse de illis pensato: q; ꝓscribens iuris auctoritate dñium adeptus est. Huius sententie videť fuisse Sco. sicut ex dictis in. j. articulo. ⁊ in sequētibus patet. Item Tho. in. xiij. quotlibeto. articu. xj. licet de hoc breuiter dicat. Idem tenet Joh. glo. xiij. que. vj. si res. Idem Tan. ⁊ Vin. xxxiij. q. ij. c. vigilanti. ⁊ infra. c. vlt. de ꝓscrip. ⁊ Goff. Hos sequiť Joh. Andre. in mercurialib⁹ in regula possessoris vbi in fine illius regule ait. Ad roborationē ꝓdictoz notandū est. q; modi acq̄rendi dñia de iure positiuo sunt ⁊ si dñia sint de iure naturali vel gentiū. Cum igiť iste modus sit vnus transferēdi dominiū. s. per ꝓscriptionem licitus est ex quo fit bona fide. Quare igiť qui ꝓscripserit: sicut ⁊ qui emerit nō erit tutus. Si enī per ius positiuz ille tutus est q̄re non similiter etiā iste. Ex his patet q; expresse cōcordat cum Scoto. ⁊ hec est cōmunis sententia iuristaz. ¶ Questio. ¶ Scdo circa ꝓscriptionē queri potest: quedici culpa possz cōmitti ab illo qui mala fide possidēs rem ꝓscribit? Dicendū q; licet ꝓprie ⁊ directe nō potest dici fur vel raptor. interpretatiue tñ: ⁊ indirecte potest: ⁊ debet cum vtroq; censeri: eo q; tāq̄ fur vsurpat rem alienā: ⁊ tanq̄ raptor eam publice rapit. Preterea si rempublicā non ledat fur vel raptor q̄tum ad actuz exteriorē: tamen cōsciētiā suā nō minus inficit coraz deo. nam veraciter fur est ⁊ raptor q̄tum ad interiorem affectū: licet nō q̄tum ad exteriorē actum. Et ꝑm hūc sensum loqui videť. c. illud. xiij. q. v. c. si qđ. Ibi enī dicit. Si qđ inueniſti: ⁊ non reddidisti: rapuisti ⁊c. Ille nēpe q rem alienā reperit ⁊ eaz nō reddit: lz nō sit raptor directe et ꝓprie q̄tuz ad actū exteriorē. q; alienā rem nō videť p violentiā vsurpare: tñ interpretatiue ⁊ indirecte est raptor q̄tū ad actū interiorē. q; rem alienā ad modū raptoris ⁊ furis sibi appetit vendicare. Ideo coraz deo infectā cōsciētiā habet. sicut fur ⁊ raptor cum deus plus respiciat ad effectū q̄ ad actū. Et de hoc est qđ dicitur in. iij. c. Qui alienū negat: si posset etiā tollere. Deus enī cor inrogat nō manū. Ex his ptz q; mala fide ꝓscribēs: q̄tū ad cōscientie culpam eq̄pollet raptori ⁊ furi: ac p cōsequēs indiget ꝓscientiā suā purgare. atq; rectificare: sicut et illi. Sed ꝓdicti nō possunt hoc agere nisi per cōdignaz restitutionē iuxta regulā iuris li. vj. Non tollitť pctū nisi restituat ablatū. g eodē modo ꝓscribēs mala fide nō poterit cōsciētiā suā purgare ⁊ rectificare: nisi p condignā restitutionē: sicut fur vel raptor.

¶ Articulus. iij. de rerum translatiōe que fit auctoritate ꝑuata.

Tertio etiā tractandū est de translatōe rerum que fit auctoritate ꝓuata. i. per actū ꝓsone ꝑuate imediate habētis dominium rei. Hoc aūt vbi s. ꝑm Scotū dupliciter fieri potest. Primo p actū mere liberalē. secundo p actū ꝑm quid liberalē. Primus est qñ transferēs nullā expectat redditionē Scōs ꝫo est quādo p eo qđ transfert expectat aliquid sibi reddi.

¶ De rerum translatōe que fit in donatiōe et cōmodato. ¶ Capi. I.

Prima q̄dem translatio fit auctoritate ꝑuata p actū mere liberalē in qua trāsferens nullaz expectat redditionem sicut in donatiōe ⁊ cōmodato. Pro hoc autē talis regula datur. ¶ Regula. ¶ Dñs alicuius rei nisi ꝓhibeať a iure vl'a suo ſupioze a cui⁹ voluntate dependet in dando: donare pōt rem suaz alij volenti accipe eam. Hec ꝓbať qz ex quo p actū voluntatis fuerit dñs. igiť p voluntatē cessare potest esse dñs ⁊ alius vult incipere esse dñs: ⁊ non ꝓhibet alia causa superior istum desinere ⁊ illum incipere esse dominū. ergo per talem donationē translatio dñij fit vere ⁊ iuste Et ex his ptz q; de rōne liberalis donatiōis sunt tria. Primū scz liberalis: ⁊ voluntaria translatio ex parte donātis. Secundū est volūtas recipiendi: ⁊ ex parte illius cui datur. Tertiū est libertas amboz. huius donādi: ⁊ illius recipiendi. i. q; nulla lege ſupiori ꝓhibeať iste donare vel ille accipe. nec p actū alterius a quo de/

pendēt in ista translatōe. Ex quo ptz q̄ monachus vel filiusfamilias non pōt aliq̄d dare sine assensu vel saltem cōsensu expresso seu interp̄tatiuo abbatis vel patris. Cuius ratio est q̄ donare ꝓhibiti sunt a lege supiore Item q̄ donatio eor̄ dependet a ꝓsensu expresso vel interp̄tatiuo abbatis vel patris. Silr clericus donare non pōt in aliquo casu sine volūtate vel saltem cōtra volūtatē pape. extra. de censi. c. Romana. li. vj. vbi p̄cipit̄ q̄ visitantes a visitatis nulla recipiāt munuscula: ⁊ si receperint teneant̄ restituere duplum vel non absoluant̄ a maledictōe quā ipso facto meruerūt. Aduertēdum est q̄ in donatōe iusticia minime esse pōt si donans non liberaliter donat: vel ꝓtra volūtatem eius: a quo dependet in donādo donat. Sicut ptz in casu qui ponit̄ extra de censi. ca. exigit. li. vj. vbi p̄cipit̄ visitātibus munera nō recipe que si receperint duplū eius q̄d̄ receptuz fuit ecclesie a qua receperint infra mensem reddere teneant̄: ⁊ talia non seruātibus ibidē graues pene subdunt̄. Nō insup mere liberaliter donat si deceptus vel quasi necessitate coact⁹ aliquid donat: q̄r ignorātia ⁊ aliqualis coactō excludit voluntariū: sicut ptz. iij. ethicor̄. Et ex hoc sequit̄ q̄ deceptus de eo cui donat q̄ntū ad illā rōnem ꝓpter quā donat: nō simpliciter donat: ⁊ ideo si alicui tanq̄ ꝓpinquo donat q̄ tamen non est ꝓpinquus simpliciter donat. Similiter si alicui egeno qui non est egenus. Ideo videant illi trofatores si qui diuites existentes tanq̄ egenti recipiūt elemosynas. nec iniuste omnia hniusmodi recipiant: q̄r non est ibi in dāte voluntariū ꝓpter cōditionis ignorantiā quā in dando recipit donans Idem q̄z si artatus aliqua necessitate: vt in vsuris dādis vel dimittēdis: ⁊ indulgēdis nō est meredonatio liberalis. Hec fm Sco. vbi supra. Sed de hoc plenius in tractatu de restitutōib⁹ in quadragesimali de christiana religione sermōe. xl. arti. ij. c. iij. dictū est. Insup ꝓpter quandā sitiludinem ⁊ correspondentiā ipsius translatōis liberalis vsus qui fit in cōmodato cum illa. scz que fit per actum mere liberalē in donatiōe de ipo cōmodato nunc aliq̄d differamus. Habet enī similes leges cōmodatū cum translatiōe liberalis vsus: ad hoc. s. q̄d̄ sit iustū. Nam p̄mo requirit in cōmodante liberaz voluntatē. Secundo requirit in recipiente q̄ rem cōmodatā recipere velit ad suū vsum. Tertio q̄ nō sit aliqua volūtas legis seu p̄ncipis obsistens cōmodationi. Est etiaz aduertendū q̄ in cōmodato simili modo iniusticia cadit: sicut in donatiōe: de qua dictū est. licet in cōmodato nō sit equalis effectus ꝓpter equalē vitiū: q̄r translatio vsus ad tempus: non inquirit tantaz libertatē q̄ntam translatio dñij liberalis. Hec fm Sco/tum vbi supra.

Unde cōtractus originē habent et de multiplici distinctōe ⁊ varietate eorum. Capitulum. II.

Secūdo ꝓ translatio rerū fit p actum fm q̄d liberalē: q̄n p eo q̄ quis transfert aliq̄d sibi reddi expectat equiualens ei q̄d̄ transfert: ⁊ talis translatio ꝓprie ꝓtractus nominat̄: q̄r ibi trahunt̄ partiū volūtates. Trahitur enī iste ad transferendū in illū a cōmodo q̄d̄ expectat ab illo Proinde a q̄busdā diffinit̄ Contractus est duor̄ vel pluriū in idem ꝓsensus. Contractus ꝓ in q̄bus dñia transferunt̄ sunt in triplici differētia. Primus dicit̄ rerum pmutatio. scōs emptio ⁊ venditio. tertius mutui datio ⁊ acceptio. Primo sunt quidā cōtractus rei vtilis p re vtili imediate: sicut p blado oleum: p frumēto ⁊ similia. Et talis cōtractus dicit̄ rerū pmutatio: do vt des. vel do si das. Et infra. c. iij. subiūgemus. Scōo sunt q̄dam cōtractus rei vtilis p nūmo sitate vel econtra. q̄r enī q̄ntū q̄ difficile erat res vsuales cōmutare imediate ideo remediū repertū est p q̄d̄ talis cōmutatio facilit̄ fieri posset. Q̄d̄ vocat̄ nūmisma li. j. ff. de ꝓtraben. emp. Et tunc cōmutatio nūmismatis p re vtili vel vsuali emptio dr. Econtra vero venditio dicta est. Et de his dicemus in sermone. xxxiij. ⁊. xxxv. Tertio ꝓ sunt alij cōtractus. s. nūmismatas p nūmismate. Et talis cōtract⁹ mutuū noiat̄. i. mutui datio ⁊ acceptio. Et de hoc in sermone. xxxvij. dicturi sumus. Et iterū de hoc aliq̄d dicit̄ in sermone. xxix. arti. iij. Insup aduertēdū est q̄ sex sunt cōtractus in q̄bus transfert̄ dñium. Primus est liberalis donatio. scōs rerū pmutatio tertius emptio. quartus venditio. q̄ntus mutui datio. sextus mutui acceptio. Sūt ⁊ alij cōtractus in q̄bus transfert̄ vsus vel ius vtendi retēto dñio Et his correspondēt sex modi trāslatiōis dñij. Primo enī liberali donatōi dñij correspōdet vsus rei cōmutatio. Scōo rerū pmutatōi correspōdet mutua vel pmutua cōmodatio. Tertio emptioni correspōdet cōductio. Quarto locatōi venditio. Quinto aūt mutui acceptōi nō correspōdet aliq̄d ꝓprie in translatione vsus rei. Ex dictis ptz q̄bus modis possunt rerū dñia: atq̄ vsus earū transferri in multiplici cōtractu. Aduertendū est q̄ iuxta p̄maz regulā posita in principio p̄cedentis arti. ꝓtractus in q̄bus transfert̄ vsus vel ius vtendi retento dñio regulariter iusti sunt vel iniusti iuxta regulas translatōis dñij. Hec fm Sco. notanda vbi supra.

De rerū pmutatōe ⁊ que requirun

tur ad hoc q̄ iusta sit. ¶ Cap. iii.

Tertio vo addi pōt translatio quedam particularis que ad pñs sit de rerū p̄mutatōe q̄ de ea in capi. p̄ceden. in distinc. j. posita est. Unde ſm Sco. ibi supra circa iustam rerum p̄mutationē talis regula dat Ñi rerum iuste eas p̄mittāt si sine fraude seruent equalitatē valoris incōmutatis ſm rectā rōnem. Circa quā regulā notandū est q̄ vltra cōditōes que necessarie sunt ad iustā donatōez de quibus dictū est ꝯ. art. ij. c. ij. Tres etiā alie in p̄dicta regula describunt que ꝑtinent ad iustā p̄mutationē Primo eni dicit sine fraude Unde triplicē fraudem cōuenienter excludit. Primā in substātia. secundā in q̄titate. tertiā in qualitate. Prima in q̄ in substātia vt nō cōmutet aurichalchū p auro. nec aqua p vino. s. in vino lymphato. Secoam in q̄titate. vt si q̄titas mensuret per virgā: siue p pondus: seu p aliuz modū sextariū ꝛ hmōi: siue in liquidis: siue in aridis iustū pondus: ꝛ iusta mensura seruetur. Tertiā in qualitate q̄ non cōmutet vlnum coꝛruptū p vino puro ꝛ sano. Hec oia p bant exta de iniurl. ꝛ dā. c. si culpa. vbi dꝛ q̄ occasionē dāni dat dānū dedisse videt. Si defraudans in substātia illū q̄ p̄mutādo putat accipere aliam substantiā vel in q̄titate: qui putat accipere aliud quale dat damni occasionē: qꝛ nō p̄mutaret nisi crederet aliaz ſubam. aliā q̄titatē. aliā q̄litatē accipe. ꝙ videt de p̄ſūptōe iuris: ꝛ ſm veritatē dedisse damnū. Si aūt inaduertēter aliqs p̄dictoꝝ defectuū in re venenda repertus est: venditoꝛ nō peccat. tñ cuz puenerit ad notitiā eius recōpensare tenet dānum emptoꝛi illatū. Et hoc etiā vide in sermōe xxxv. art. iij. p totū Secūdo: regula dicit q̄ seruent equalitatē valoris incōmutatis. Qđ ꝓtz per Aug. xiij. de trini. c. iij. d. Vile velle emere et chare velle vendere reuera vitiū est. Qđ intelligit de re vili: ꝛ chara q̄tum ad vsuz. Nam frequēteꝛ res que in se nobilioꝛ est ineſſe nature vsui hoiuz minus vtilis est. ac p hoc minus est p̄ciosa. sicut ꝓtz p Aug. lib. de ciui. dei dicētem. Qđ melioꝛ est in domo panis: q̄ mus: cū tñ omne viuū nobilius est simpliciter ipso non viuo. Ꝛz de hoc dicet plenius sermone. xxxv arti. j. Tertio q̄z p̄ter p̄dicta addit ſm rectā rōnem attēdentē. s. naturā rei in cōparatōe ad humanū vsum ꝑpter quem ista p̄mutatio fit. Talis eq̄litas ſm rectā rōnē nō cōsistit in indiuisibili medio: imo i tali medio qđ respicit ipa iusticia cōmutatiua. Magna est latitudo ꝛ intra illā latitudinē nō attingēdo indiuisibilē pūctum equiualētie ei ꝛ rei. ꝛ quo ad hoc impossibile esset cōmutātes attingere in quocūq̄z gradu circa extrema fiat sic vtiq̄z iuste. Que sit autem ista latitudo: ꝛ q̄tū se extendit: qꝛ idem est in p̄mutatōibus sicut in emptōibus ꝛ venditionibus: ideo dicet infra sermone. xxxv. arti. j. et. ij. Et etiā plura alia ad p̄mutationē ꝑtinentia ibidē ponunt. vltra ea que dicta sunt. Notanter aduertendū est q̄ cum istis cōtractib⁹ p̄dictis. s. donationū: p̄mutationū: emptionū: ꝛ venditionū: sicut dictū est. cōuenit mutua cōmutatio: cōiunctio: ꝛ locatio. ideo q̄tuz ad cōductōes de illis supꝛapositis seruāda est in eis iusticia cōsiderāda in his ad vsuz: sicut in illis ad dñium. Iniusticia aūt ex p̄mutatōe: ꝓtz ex tribus causis. Primo ex deceptōe. scōo in voluntario. tertio ex phibitōe supioꝛis: cui p̄mutans subest in p̄mutādo sicut latius. ꝯ. arti. ij. ꝛ. c. ij. ꝯ donatōib⁹ dictū est Et ex ꝫ dici pōt in iusta p̄mutatio que fit in alearū ludis: ꝛ hmōi iuxta illud. ff. de aleatis. l. vlti. Et extra de vi. ꝛ hone. cle. c. clerici officia. Hec Sco. Ceterū qꝛ quaz putabamus longius fuit sermo. si multa que vlterius in p̄ñti materia occurrūt exploꝛare vellemus verendū ne aut sermo grata bꝛeuitate careret: aut larga excellēſcq̄z materies ex festinātia. debita diligētia fraudaret. Pausem⁹ pinde hodie iam si placet ac tanq̄z aialia munda ruminem⁹ que hodierno sermōe tota auiditate glutiuim⁹ atq̄z ꝑparem⁹ vigiles mētes nostras ad ea que de hac materia dicēda sunt: et hoc maxime die crastina ad dirigendū mercātes: ꝛ artifices in viam rectā: ne in opib⁹ ꝛ mercimoniis ampli⁹ peccare velint hoc miſcōtē largiente agno mundo: ꝛ imaculato dño nꝛo ieſu xp̄o. Qui cum p̄ꝛ ꝛ ſpūſctō ꝛc.

¶ Ñica. iiii. in quadrageſima īmane de mercatoꝛib⁹ ꝛ artificib⁹ in generali ¶ Sermo. xxxiii.

Ecce ancillā ꝛ fīlium eius ad Gal. iiij. ꝛ in epistola hodierna dictuz est in sermone p̄cedenti de oꝛigine dñioꝝ atq̄z de reruz diuisione translatōe: ꝛ de cōtractuuz distinctiōe. necnō particulariter subiunctū est de permutatōe rerū. nunc aūt dicendū est de mercatoꝛib⁹ ꝛ artificis in generali. cum p̄sens materia magna sit ianua ad multa que in seq̄ntibus tractāda sunt. Ad hoꝝ igit intelligentiam notanduz est ſm Alexandrū de halis: ꝙ tria sunt genera operū humanoꝝ. Primo eni sunt quedā que minime possunt esse mala. secūdo sunt aliqua que nō possunt esse bona. tertio q̄z alia repire cōtingit que possunt esse bona et mala. ¶ Primo in q̄ sunt quedā opa que mala esse non possunt. Sicut diligere deū ex toto

corde: & ex tota aīa. atq; diligere primū sup iu
xta sniam saluatoris Matth. xxij. Scdo q̄ sūt
opa alia que minime pñt bñ fieri cum ex ipa a/
ctus in ordinatōe fm se oino mala esse phibeā
tur. hmōi sunt blasphemare deū odire primū
vsura. fornicari. & cetera silia Tertio sunt in
sup quedā alia opa que possunt & bñ & male fie
ri: sicut dare elemosynā: ieiunare: orare: & silia
inter que mercatio cōputat: q̄ non de se mala
est: sed ex circūstantia tpis & loci: & similiū pōt
licite exerceri. Prōinde Aug. in li. de que. no.
et ve. testa. sic ait. Fornicari hoibus semp non
licet. Negociari aūt aliq̄n nō lz. sicut si emant
merces in dei templis q̄ abhorrere se ostendit
dñs Matth. xxj. Añ dei zelo armatus intrau
it & eijciebat oīs vendētes & emētes de tem=
plo. vt mystice demōstraret q̄ in venditōibus
et emptōibus de corde hois qđ est templū dei
auaricia q̄z eijci debet q̄ est ancilla. Teste apl'o
ad Coll'. iij. Auaricia que est idolor seruitus.
Ipsa eni seruit thezauris cōgregādis q̄. s. ser=
uire facit nūmis cū filijs suis qui sūt oēs cōtrac
tus illiciti. Sed quid dicit scriptura diuinitus
inspirata. Eijce ancillam. i. auariciā antedictā
et filiū ei⁹ scz principalē qui est amor tpaliū re
rum. Naz si in mercantijs et artib⁹ ancillā talē
dñari contingit: mercator et artifex relictis di=
uitijs cōgregatis in eternum pibit. Ideo dici=
tur Prouer. xxx. Per tria mouet terra & quar
tum sustinere nō pōt. p seruū cū regnauerit. p
stultū cū saturatus fuerit cibo. p odiosā mulie
rē cū inmatrimonio fuerit assumpta. & p ancil=
lam cū fuerit heres dñe sue. Seru⁹ regnās est
corp⁹ spūi pdominans. Stultus saturat⁹ cibo
est affect⁹ repletus carnali desiderio. Mulier
odisa in matrimonio. cōiuncta est mēs elata o
diosa deo et demoni copulata. Ancilla heres
dñe sue est intelligentia sol' terrenis ac transito
rijs diuitijs dedicata cui casu dñak de terra for
mata & in puluerē reuersura. cui⁹ tunc terrena
intelligentia efficit heres cū ad tantam puenit
cecitatē q̄ ineternū nō credit relinquere diuiti
as cōgregatas. Hi sūt vñ ps. ait. Oculos suos
statuerūt declinare in terrā. Et hoc est quartū
qđ terra sustinere nō pōt. q̄z sicut ps alibi inq̄t
dormierūt somnū suū: & nihil inuenerūt oēs vi
ri diuitiarū in manib⁹ suis. Eijce g̃ tu mercator
et artifex hanc ancillā. & filiū eius de corde tuo
quos tūc illos eijcies. cū fm rectitudinē & iusti
ciā illa pficies. ne tibi ꝓtingat: qđ ppha ait ps
lj. Tota die iniusticiā cogitauit: lingua tua si=
cut nouacula acuta fecisti dolū. Ubi oñdit tri
plex studiū iniusti mercātis: & artificis ad iniu
sticias exercēdas. Primū est studiū cordis ibi
Tota die iniusticiā cogitauit: scōm est studiuz
oris: ibi. lingua tua. tertiū est studiū opis: ibi.
sicut nouacula acuta fecisti dolū. Et pōt eē ali
ud thema in pñti sermone. Et latius exponet
sermone. xliij. arti. j. c. iij. Igit̄ de mercatorib⁹
et artificialibus: & q̄buscūq; emptōibus & ven
ditōibus generalē & vtilē doctrinā tradere cu/
piēn. tria ad pñs ꝓsiderem⁹. s. Primo eor licī
tam exercitationē. scdo eor impiaz abusionē.
tertio eor debitā reformationē.

Articulus. i. q̄ triplici via ostēdit licitā esse mercationē.

Prima aūt cōsideratio circa mercatiōz
est de eius licita exercitatiōe. Triplici
eni via pōt oñdi q̄ mercātia licite pōt
exerceri. Primo via nature. scda via scripture
tertio via gr̃e seu sancte ecclesie.

Quo ex lege nature oñdit licitā esse mercationē & maxime ꝓpter tria.

Capitulum. i.

Primo q̄dem ꝓbat via nature licitaz
esse mercationē. Qđ nēpe demōstra=
ri pōt ex triplici vtilitate que sequi solet ex illa
Prima est vtilitas generalis. scda est vtilitas
specialis. tertia est vtilitas particularis. Pri
ma inq̄z est vtilitas generalis qđ fm Scotū in
iij. di. xv. q ij. ptz ex manifestis necessitatib⁹ &
cōmodis pueniētib⁹ cōitati hoiuz ex officio et
exercitio ipso mercādi Cōstat eni q̄ multa de=
sunt vni patrie seu vrbi que in altera supabun
dant. Illi q̄z q̄ in colēdis agris: & in ceteris ar/
tibus mechanicis occupant: aut regimini rei=
publice: seu iuste militie operā pstant cōmode
et oportune adire non pñt terras ad res q̄bus
egēt emēdas & deferēdas nec insup ad hec oēs
industriā & peritiā hñt. ꝓpterqđ reipublice ex
pedit q̄ huic officio aliq̄ ad hoc idonei mācipi
entur: q̄bus vtiq; merito aliqđ lucri emolimē=
tum debet iuxta illud apl̄i. j. Cor. ix. nemo mi
litat suis stipēdijs vnq̄z. nec repirent: q̄ absq;
lucro huic opi inseruire vellēt. Et merito q̄dē
cum dñs Mat. x. dicat. Dignus est mercēna
rius mercede sua. Insup aduertendū est q̄ in
mercatōe cōcurrūt multa p reipublice seruitio
et vtilitate que iuste premiū pmerent. Primo
cōcurrit mercator industria. scda sollicitudo.
tertio labor. & q̄rto picla. Primo eni ꝯcurrit
industria Nā si mercatores nō essent industrij
in rerū valorib⁹: & pcijs expēsis pcul: & cōmo
ditatib⁹ subtiliter estimādis: pfecto ad h̄ idonei
nequaq̄ essent. Scdo ꝯcurrit vigilātia atq; sol
licitudo circa pdicta q̄ in tali exercitio plurimū
necessaria est. Tertio cōcurrūt labores. Sepi/
us enim tales multis laboribus hoc exercent
mare & aridā circūeuntes: & in illis sepe multa
incōmoda sustinentes. Quarto in talibus con
currūt picula multa dū suas pecūias atq; mer

ces ex illis emptas necnõ ꝛ ppꝛias ꝑsonas multis periculis cõtingẽter exponũt. Quinto insuper addi potest ꝙ cum antedictis periculis et laboꝛibus non semper lucrosis hoc exercẽt· et quia ex his omnibus reipublice sunt vtiles et opoꝛtuni ptz ꝙ merito lucrum ꝓdictis circũstantijs competens ꝛ discretũ inde debẽt ꝛ possũt rationabiliter repoꝛtare. Ulterius sequitur ꝙ vsq; ad aliquã mensurã comodã ꝛ discretam possunt iusto modo meritũ suaꝝ ꝓciuz auge re. Secũda vtilitas ex mercatione ꝓueniẽs dicit specialis. Oẽs nempe a quib⁹ mercatoꝛes emũt ꝛ q̃bus itez reuẽdunt saluo eoꝝ rationabili lucro pñt specialiter lucrũ ꝓpetẽs inde habere sicut assidua docemur expientia. Quia qđ in vna terra est habundans et vile. ℔ idẽ in alia terra vel patria en necessariũ raruz ꝛ charz. ℔z postq̃ agricole atq; artifices de suis artificijs vẽdendo lucrũ cõgruum habuerunt: possunt etiam mercãtes cum aliozꝝ cõmodis inde cõpetẽs habere lucrũ. Tertia vtilitas ex mercatione ꝓueniens est ꝓticularis. Nã sicut industria artificis sibi licite fit lucrosa sic etiã industria mercatoris in rez ꝓcio et valoꝛe ꝓudenti⁹ examinãdo ꝛ ad subtiliozes minutias iustũ ꝓcium perducendo potest sibi particulariter licite valere ad lucruz maxime cum in hoc salua latitudine iusti ꝓcij cõmuniter ꝓsit cum ꝙ ℔ etiã discant subtilius pẽsare rez ꝓtia et valoꝛes. Preterea ex hoc varie opoꝛtunitates ꝛ occasiones ad res ꝓmodius vendẽdas atq; emendas habent in tẽpalib⁹ ꝛ ciuilib⁹ locũ suũ quod q̃dẽ manat ab oꝛigine ꝓuidentie dei sicut ꝛ cetera tpalia bona. Proinde si ꝙ hoc mercatoꝛes lucrantur ex dono dei ꝓuenit ꝓcius q̃ ex malo dũmodo ipsaꝝ mercationũ lucrũ mensurã debitã non excedat ac debitis modis ꝛ circũstantijs fiat.

Q mercatio scripture testimonio licita conꝓbatur Cap. II.

Secundo vero: via scripture sacre ꝓbatur licitã esse mercationẽ. Quod sic patere potest. Nam si hoc dese. i. de sui natura ꝛ esset peccatũ saltẽ moꝛtale exꝑsse ipa sacra scriptura in aliquo loco ꝓhibuisset ex maxime cum fere totus hic mundus sicut experiẽtia patet in hoc semper et publice occupetur. hoc aũt nunq̃ fecit nisi solũ aliqñ rõe circumstantie vitiose. sicut est mercari in sabbato vel in templo in quo actũ ipm in se videtur contẽnere. Pro inde Neemie vltimo dicitur ꝙ nullus inferret onus in die sabbati ꝛ ꝙ negotiatoꝛes non venderent venalia in sabbato. Unde ꝛ ꝙ cedere videtur ꝙ ceteris dieb⁹ hebdomade hec eis licerent.

Per gratie statũ etiam ostenditur etiaz mercationem esse licitã. Ca. III.

Tertio q̃z ostẽdit esse licitã mercationẽ vie gre. Nam ꝛpe gre vniuersalis ecclesia mercatoꝛes sub cõgrua mensura lucrãtes nunq̃ dãnat. imo in statu salutis iudicat. nisi alia crimia subsint. Ad ℔ extra de do. niter vi. ꝛ vxo. c. ꝓ nrãs. Sed cõtra ꝓdicta satis obstare videt Chrys. sup illud Matt. xxi. et eijciebat ihesus oẽs emẽtes ꝛ vẽdẽtes de templo. Et ponit. lxxxiij. di. c. eijciẽs. ℔z plerisq; de cretoꝝ textus. c. illud nõ habeãt: q̃z palea est. Ibi enim Chrys. ait ꝙ ꝓ hoc xꝑs designauit ꝙ mercatoꝛ nunq̃ põt deo placere: ꝛ ideo nullus xꝑianus debz esse mercatoꝛ aut si voluerit esse ꝓiciat de ecclesia. Et paulo post. Qui emit et vendit sine ꝓiurio esse nõ põt. Ad qđ dicendũ ꝙ Chrys. exaggratiue hic locutus est. Pro eo ꝙ pauci sunt mercatoꝛes q̃ debitã mẽsurã iusticie intẽdant in suis mercatõibus ꝛ obseruẽt. et qui in multis alijs vitijs in hoc nõ peccẽt. aut absq; dubio nõ est in hoc dicto sequẽdus cum nullã habeat ꝓ se rõnem cogentẽ seu sacre scripture auctoꝛitatẽ. Nam ex illo sacre scripture loco nõ põt trahi: q̃z xꝑs ibi irruit generaliter cõtra oẽs emẽtes ac vendẽtes in templo. Non enim oꝛtet oẽs fuisse mercãtes loquẽdo de eis iuxta cõem formã. De quo tñ mercatoꝛe ꝓprie Chrys. ibi loquit. patebit in vlt. c. arti. sequenti. Aduertendũ est aũt ꝙ sunt negocia quedã que vix possunt absq; pctõ fieri sicut ptz de pe di. v. c. negociũ. Et a doctoꝛib⁹ numerãt. Primum est cura rei familiaris. scõm est milicia. tertium est ꝓcuratio. quartũ est admiñstratio. q̃ntum est mercatio. de quo de pe. di. v. falsas. et in. c. qualitas dicit. Qualitas lucri negociantẽ aut accusat. aut arguit. q̃z aut est honestus questus: aut turpis. Uerũtamen penitenti vtilius est dispẽdia pati q̃z piculis negociatõis astringi. q̃z difficile est inter emẽtis: vẽdẽtisq; cõmertium nõ interuenire pctũ. Hec quinq; picula posuit Ray. Sextuz q̃z piculosius his oĩbus est aduocatio. Septimũ aũt nõ omittas scilicz eẽ patus officiũ quo nihil miserabilius ꝛ piculosius est si ꝓfunctorie res agat: sicut ptz. xl. dis. ante oia. Hec duo vltima addit Hostien. Et similiter habet in. c. negociũ. ea dist. q̃z vt dicit glo. in dicto. c. qualitas. Naturale est cõtrahẽtibus ad inuicẽ se decipere.

Articulus. II. de septẽ circũstãtijs ex q̃bus mercatio illicita efficit.

Secunda autem cõsideratio circa mercationem est ex eius impia abusione. Licet aũt ex iam dictis ptz ꝙ mercantia potest licite exerceri tñ plurimũ difficile est Ideo dicit Eccles. xxvij. Qui querit locuple-

De mercatoribus in generali

tari auertit oculũ scz a iusticia: ꝛ a deo q̃ declarans subdit dicens. Quia sicut in medio cõpaginis lapidũ palus figit. sic etiaz inter mediuz emptiõis ꝛ venditiõis angustiabit peccatis q̃ querit locupletari. Item ex septemplici circũstantia fit mercãtia illicita Primo ex circũstantia psone. scõo ex circumstantia cause. tertio ex circũstantia tpis. quarto ex circũstantia loci. quinto ex circũstantia ꝓsortij. sexto ex circumstantia cõmunis damni. septimo ex circũstantia modi. Sexta circũstantia est Scoti relique Alexan. de halis.

Qz nõ licet ecclĩasticis viris se mercationibus implicare. Cap. I.

Primo ꝛo fit mercatio illicita ex circũstantia psone. Minime enĩ licet clericis ꝛ ecclesiastic viris mercatõi vacare. Ideo dicit ad Timoth. ij. Nemo militãs deo implicat se negocijs secularibus. lxxxvij. di. c. negociatoꝛẽ clericũ Hiero. ait. Negociatoꝛẽ clericũ et ex inope diuitẽ: ꝛ ex ignobili gloꝛiosum/quasi quandã pestẽ fuge. Et Aug. in sequẽti. c. ait Anteq̃z ecclĩastic⁹ q̃s sit licet ei negociari. facto tam nõ licet. extra ne cle. vel mo. secul. nego. se imis. p totũ. Pena aũt clericoꝛ q̃ secularib⁹ negocijs imiscent est q̃ si se nõ coꝛrexerint depo/ni debent. xcj. di. clericus. extra ne cle. vel mo/ꝛẽ. c. sed nec. Ita tñ q̃ religiosi districti⁹ q̃ alij puniant. vt ptz in dicto. c. sed nec. Nam decet clericis sancte viuere: ꝛ nõ cupiditatib⁹ seu mercatõibus vel lucris: sed deo adherere qui summum bonũ est Unde Greg. in expositõe. xlvij di. c. bonoꝛ vbi dicit. Bonoꝛ operũ inherere nõ aliter valeamus nisi cupiditatẽ a nobis que omniũ maloꝛ radix est abscidam⁹. Radix enĩ omniũ maloꝛ est cupiditas. j. ad Timo. vj. Et de pe. di. ij. si q̃s semel. §. qz radix. Et est text. Augus. omelia. viij.

Qz nisi ex necessitate ꝛ pietate nõ licet etiã secularibus exercere mercationem. Cap. II.

penam non videt honestū imo nec licitū. qñ. s. sine sua culpa factus ē impotens ad soluendū vel ad ꝓmissa seruandū qua puniri non debet. vnd si absq; dolo ⁊ fraude in ꝓtractu pena apposita tulit q; si in tali termino seu loco non ponit merces subeat talem penā: si ex eo q; non habuit merces damnificatus est. Videtur quibus dam q; posset petere saltē vsq; ad interesse nisi ille fuisset legitime excusatus: quia tūc eum nō liceret grauare. Tertio q̄ritur an statutum vel ꝓsuetudo ꝑm ꝓsciaz valeat qua ordinat q; missus in possessionē lucretur fructus ad rōnem de q̄nq; ꝓ centenario. Dicendū q; Bal. in. l. acceptā. c. de vsuris. q. xviij. terminauit q; sic: cū talis lucret illos ratiōe etiam nomis interesse qđ etiam dicit no. in auct. de exhi. re. col. c. si vero in glo. que incipit q; leges: que glo. ꝑm eundez singularis est. Nec mirū cum ꝓpter nimiā contumaciā auctoritas pretoris facere posset vt. l. fulcimus. §. fi. ff. ex quibus cau. in poss. causat. Sciendū tamē q; Barto. in. l. l. si finita. §. iulianus. ff. de dam: infec. ad fi. inquit. q; licet glo. in auct. supradicta id dicat. scz q; de ꝓsuetudie immissus lucret fructus: tñ ꝓsuetudo illa non est iusta ꝑm eum cū sit ꝓtra ius diuinū in fraudem vsurarū: quare dicit eos esse ꝓputandos in sortem. Alij vero circa ꝫ distinguūt dicentes. q; si ꝓsumat in fraudē esse factū tūc Bart. verus dicit: ꝫ si nō qz in locum penalis legis aut attratur ad satisfaciendū vel loco interesse: scz ꝓpter moꝛā statutā vel ꝓsuetudo emanasse videtur tunc ꝓcedit glo. et dictū Bal. quod tamen ex ordine sed nō ex cā. Si em̄ in veritate creditor non foret seu iusta causa non subesset. si conscientia recta seu capitalis seu fortē retinere non posset sic ne fructus nomine interesse. Quarto quoq; querit an licet ab hostib⁹ exigere vel recipe vsuras. ꝫ quero ꝓpter verbū Ambroſij quod ponit. xiij. q. iij. c. ab illo vbi dicitur ab illo exige vsurā cui nocere merito desideras cui iure inferūtur arma huic legitime auferuntur vsure quez bello vincere non potes ab illo vsurā exige: quem non sit crimen occidere: sine ferro dimicat qui vsuras exigit sine gladio se ꝺ hoste vlciscit qui fuerit vsurarius exactor inimici: ergo vbi ius belli ibi ius vsure. Hec Ambro. Ad quod dicendū q; hic est triplex opinio doctoꝛ ꝑm Alexandrū lombar. Prima ē q; licitū hoc est: et hui⁹ sentētie est Hostien. allegāt illud Deut. xxiij. Non feneraberis fratri tuo ad vsuram sed aliena. Huic etiam sententie adherere videt Joh. an. Hoc etiaz ꝓprie sonare vident Verba illius capi. ab illo si diligēter examinētur. Hui⁹ sentētie ē Greg⁹. de armino i. q de ĩmꝓstitis venetoꝛ ⁊ hec opinio videt mihi esse vera. ⁊ tunc aboletur vsure vicium: quia sol⁹ deus verus est dñs omniū rerum ⁊ bona tēporalia dant hom̄ib⁹ ad colendū verū deū ⁊ dominū vniuersi. vbi igit cultus dei nō est sic ab inimicis dei. vsure legitime exiguntur. Quare quia hoc nō fit causa lucri sed causa dei ⁊ fraterne dilectiōis rōne. vt scz inimici debilitētur ⁊ reuertātur ad deum. Insup quia bona que hñt non sunt eoꝛ ex quo vera fidei sunt rebelles. iō ad catholicos reuoluentur. Proinde ex predicto decreto dixerunt quidam q; ab hostibus licite possumus accipere vsuras: nam omia eoꝛ bona possumus auferre vt patet. xxiij. q. c. ij. ⁊ quibuscunq; insidijs cōtra illos vti: scz occultādo ab eis illa per que eos possemus expugnare: quia ꝓpositum nostruz non tenemur apire eis. xxiij. q. ij. dñs. Ex hoc etiā dixerūt q; xp̄ianus pōt accipere vsuras a iudeis siue a saracenis sicut a ceteris hostib⁹ catholice fidei: ꝺ hoc etiā aliquid dictū est supra sermone. xxxvj. ar. iij. ca. viij. Secūda vero opinio est eoꝛ qui dixerūt q; dictū decretū non intelligit de aliquibus infidelibus: sed solum de rei publice inimicis. quib⁹ licitū ē aperte ⁊ ꝑ insidias nocere: a ceteris aūt qui seruire parati sunt non licet accipere: vt patet. xxiij. q. viij. c. dispar. vbi Alex. papa ait. Dispar nimirū est iudeoꝛ ⁊ saracenorum causa. in illos em̄ qui xp̄ianos ꝓsequūtur et ex vrbibus ⁊ ꝓꝛijs sedib⁹ pellunt: iuste pugnat hi vbiq; seruire pati sunt. Tertia vero est opinio glose que sup̄ prefato decreto inquit q; verbum Ambroſij negatiue intelligi habet. alt em̄. ab illo exige vsuras cui merito nocere desideras. quasi dicat nulli debes desiderare nocere: ergo a nl̄o vsuras exigere debes: ⁊ ꝑm hūc intellectum a nullo licet vsuras exigere. nec scz a christiano nec iudeo neq; a pagano. Archid. aūt in pallegl. c. ab illo recitat opi. hi qui post plurima: licet nō se firmet tamen sentire videt q; nullo casu licet vsuras recipe n ec etiaz hostibus cum generaliter ꝓhibite sunt. ⁊ idem dixit in. c. si qs ea. vij. questione. ij.

De triplici casu in quo licet accipere vltra sortem ratione equitatis.

Cap. II.

Secundo q̄ pōt hō recipe vltra sortem ꝓpter debitū equitatis: quē scz eq̄tas in hoc requirit. et de hoc ponam⁹ tres casus. Primus casus est quando ecclesia recipit a suo vasallo in pignus feudum quod ab eo tenet: tunc em̄ ex eq̄tate ecclesia non tenet fructus computare in sortem. et de hoc habetur textus extra de vsuris ca. conquestus. vbi dicitur q; monasteriū detinens terrā titulo pignoris. debet cōputare fructus in sortem et recepta ex fructib⁹ sorte terra debitori restitui debet

et hoc nisi terra sit de feudo monasterij. tūc em ſm glo. eccia nō tenet fructus ꝓputare in sortē Interi tñ nō debz recipe seruitiū a vasallo. nec tūc ē vsura ḡsi dicere velit q ĩō casus iste licit⁹ ē qz ab eo vitiū vsure aufert: eo q eccia rōe feudi nō dz rcipe alienū. accipet em alienū si interi vasall⁹ ad ꝟ seruitiū tenet. tollit ḡ in ꝟ casu vi ciū vsure rone feudi: qz talē excrescentiā feudū sub licito ponit. ꝟ idē hēt ex de feu. c. j. vbi determinat q in tali casu fructus dñt cōputari in sortē. Ita tñ q vasall⁹ interi nō tenet ad seruitiū. Dz ex ꝟ casu dubiū surgit an in feudo ꝟ solū eccia hēat locū cū ꝟ nō sit ꝓuilegiū eccie qđ apparet ex de feu. c. j. vbi ad ꝓsultatōz factā papa rñdet. Preterea si esset vsura: papa ñ posset aliquē ꝓuilegiare ℨ ꝓceptū dei. xxv. q j. sūt q dā. ꝟ ē intellexe tñ qz ñ recipit seruitiuz a vasallo vt supza dictū ē. Dicendū ſm Bern. q ꝟ idez lz ī q cūq feudo laycali. qz ibi ē eadē rō: ḡ ē idē ius extra de ꝓsti. trāslato. Nā licz respectu layco execrabilis sit vsura: execrabiliōr tñ ē respectu clericoꝝ ex de vsuris. c. j. ⁊. ij. qz mlta licēt laycis q̄ cleric⁹ ꝓhibent. lxxxviij. d. c. fornicari. ex ne cleri. vel mo. se. neg. se in. c. j. Sed q̄d si vasallus ecclesie: vel dño fuire velit pignorantie durāte ꝓdicta nunqd si velit cōputare accipe fructus licitū erit ei. Dicendū q si in ꝟ cōueniāt dñt ꝓputari ex de pact. c. j. si vero i hoc nō ꝓueniāt ꝓputari ñ dñt. vt no. ber. ⁊ hosti. extra de feu. c. j. qz res de facili reuertit ad idq sibi ius et natura ab initio ꝓcessit. ff. de pact. l. si vn⁹. §. pact⁹ et. §. se. extra de officio del. sup. §. porro. videt tñ dicendū q ibi esset notabilis dispropoꝛtio int fructus feudi ⁊ seruitiū vasalli vel etiā p vasallū non staret q̄ min⁹ seruitium exhiberet tūc ecclesia nō faceret fruct⁹ suos: qđ sentit Anthoni⁹. de but. ex de feu. c. j. vbi dum dicit maxie si seruitiū fructib⁹ dispropoꝛtionatur. Ratio igit quare in hoc casu abolet vsura quia vasallus non est dñs feudi cuius in eo habeat vtile dñium ⁊ ſm aliquos nō ē maioꝛ domino. Presumit etiā velle dare qz ad anthidota est naturaliter obligat⁹. Ex his ptz q eqtatē ꝓtinet iste casus. Scds casus eqtatem continēs subiungat q talis est: qñ ecclesie possessio clerico in bñficio est alligata ⁊ laycus tenet eaz iniuste ⁊ violēter ſm Alexan. de halis. potest tūc clericus hui⁹ bñficij fruct⁹ pcipe vltra sortē. vt patet extra de vsuris. c. j. vbi mandat q fruct⁹ ꝓputent in sortē qñ possessio loco pignoris obligata est nisi forte beneficiū ecclesie fuerit quod redimi debet de manu layci. Sed hoc ſm Alexan. de halis nō fit lucri causa: ꝟ vt res ecclesie eo modo de manu layci redimant: sic in predicta decretali patet: tunc quidem ecclesia seu cleric⁹ fructus taliter receptos retinere potest nec est ibi vsura cum suum tantū recipiat. Idem quoq esset de layco quia hoc modo licet redimere possessionem de manu detentori iniusti. Si aūt licite quis res ecclesie haberet i feudū tunc siquidem in sortem computandi essent fructus ſm Bern. Innocen. ⁊ hostiē. extra de vsuris ca. j. Abolet autē vsure vitiuz in hoc casu ſm Rich. quia hoc sit non causa lucri sed vt res ecclesie de manu laycꝝ redimant. Hec etiā decretalis predicta dicit. Simile quoq habetur de decimis ſm Ray. nam siles decimas tenet iniuste nec potest ecclesias recupare. possunt redimi de manu illius absq̄ periculo simonie: dum tamē hoc de auctoꝛitate epi fiat qz in talibus iudicis auctoꝛitas multū excusat. ex de rer pmuta. quesitū. possunt etiā recipi in pignus sicut quelibet alia possessio quā miles detinet violenter atq iniuste nec tenetur sic recipiens fructus cōputare in sortē: dū tamen non pertineant tales decime ad ecclesias alienas quas recuperare non debet. extra de deci. c. interdicimus. Idē q̄ dicit intelligendum de omnibus possessionib⁹ remotis ⁊ de illis fructib⁹ iniuste pceptis: quia scz tales possessiones in pign⁹ recipi possunt fructib⁹ non recōputatis in sortez Tertium etiam casum eqtatē in se cōtinentem subiūgam⁹ de eo q̄ pecuniā pstat ad pompam potest etiā talis recipe vltra sortem sicut supza ſm. xxxvj. arti. iij. ca. vj. dictū est. Etiā Sco in ārto di. xv. q. ij. ait. q pecunia habet aliquē vsum vtilē ex ꝓpria natura vtpote ad videdū vel ornandū tanq̄ diuitē possidentē: ⁊ ad istuz finem locari potest sicut equus vel aliquid aliud locabile ⁊ pro tali vsu retento dominio pcio recipi potest: ⁊ ex toto ꝓtractus locationis est vel venditionis. Aboletur aūt vsure vitium in hoc casu. quia non est ibi mutuū sed locatio et in locatione licet aliquid accipe vltra sortem sicut supza in ꝓallegato sermone. c. ij. ptz. quia ḡ talis pecunia: ⁊ a cōductoꝛe locanti eadē numero reddi debet: ideo ibi non ē vsura. In tali quidē pecunia ñ transfert dñium in mercatoꝛē nec stat p̄iculo ei⁹: ſ̄ piculo ꝓmodātis sicut locarentur argentea vasa. Idem sentit hostiē. ⁊ habet. ff cōmodati. l. iij. §. fi. ⁊. l. se. Addit etiā Sco. q ídez in nūero deberet restitui nisi forte sufficiat locanti equale in pondere ⁊ valoꝛe.

In quibus casibus vltra sortez datum ex charitate recipere licet. Cap. III.

Tertio potest homo recipere vltra sortem ꝓpter debitū equitatis aut charitatis ⁊ hoc in casu scz quādo absq̄ omni intentione vel pacto datur aliquid vltra sortem: Sed limitandus est casus iste ſm illa que

supradicta sunt ser. xxxvij. arti. iij. ca. iij. Aboletur in hoc casu vsure vitiū: qz vsura illicita dicta ē: quia corrumpit liberalitatē ⁊ gratuitum qđ in mutuo esse debet: gratuitū autē nō destruit gratuitū: sed magis adauget illud: ideo in tali casu recipe licet. Est nihilominus aduertēdū secundū durandū q si mutuantis intentio corrupta fuerit ita q mutuuz non dedisset nisi sub spe lucri tūc nihil recipere potest ⁊ receptū restituere obligatur. licz illō debitor dederit ex charitate siue ex quacūq alia causa. Si tamen debitor ex sola dilectione dat aliqđ creditori nō pt illō rpetē nec pt rstitutōz sibi psulē nisi forte habeat aliquid de ipsius creditoris bonis. Item secundū Tho. in questionibus de malo. q. xiij arti. iij. ad. pn. sicut creditor licite potest minꝰ recipe sua ppria volūtate sic etiā sua ppa volū tate pt āpliꝰ dare debitor et ille cui dat licite id recipe potest. Ex p̄dictis ptz q in multis casibus pria fronte apparet q cōcurrat vsura: ⁊ tñ liciti sūt ptractus. Assit igit ex dei munere ipa caritas p quā quilibz vr̄m euadē vsurariā prauitatē Idipm pstante dño nostro ihesu xp̄o qui cū patre ⁊ spiritusancto regnat in gloria trium phali per infinita secula.

Feria secunda post dñicam de passione quantum vsura aduersetꝰ deo et vsurarium idolatrare facit.

Sermo. XLIIIꝰ.

Si quis sitit veniat ad me ⁊ bibat Jo. vij. ⁊ i euā gel. hodierno. Cōstat nempe esse duplicem sitim: vnā quā generat amor dei: aliā quaz generat amor sui: p primam desiderantur eterna: per secūdaz vero concupiscunt terrena. Una scz prima finē habet deum: scda vero mundū. Prima vo pmanens expectatur: alia vero transiens ⁊ deficiens ꝓbat. Impossibile quidem est aiaz libertate preditam vna istarum carere: sicut et am impossibile est vtrāq in simul possideri: domino attestante. Matth. vj. Non potestis deo seruire ⁊ māmone. Proinde eterno sitis peligenda est. Hec ⁊ illa q̄ satiat: illa vero crutiat ista reficit altera quidē deficit teste ap̄lo. j. Corinth. xiij. dicēte. Charitas nunq excidit. De scda vero. j. Joh. ij. dr. Transit mundus ⁊ pcupiscētia eius. Ad primā igit inuitat nos dñs ipposito verbo dicens. Si quis sitit veniat ad me vt. s. Ad scdam trahit mūdus ⁊ pcupia eius. Hec scda cū plene captiuauit mentē prumpere facit in vsurariā prauitatē que cū creuerit maiorē sitim cupidinis gignit: sicut plenius in sermo. xlv. ca. j. aparebit. Cū āt vsura occupauerit hoiem infelicē facit eū impiū ꝓtra deū seuum ⁊ iniquū ꝓtra primū atq neq et prauuz ꝓtra seipm: de illo p̄mo agem⁹ in pñti sermone de reliquis vero in sequentib⁹ dicturi sumus: deniq ad sitim diuinoz nos vocat dñs sicut in ps. xlix. ppheta testat dicēs. Deꝰ deoz dominꝰ locutꝰ est ⁊ vocauit terrā: a solis ortu vsq ad occasuz: qđ verbū pōt esse aliud thema i pñti sermone. In quibus verbis triplex vocatio insinuat. Prima ē psonalis: scda est naturalis tertia ē spūalis. Prima vo ē psonalis: ⁊ de hac ait. deus deoz dñs locutus est: scz carnē assūpsit ⁊ ꝓtemptū terrenoz predicauit. Proinde Job. xv. Si nō veniss̄et ⁊ locutus fuisset eis. s. de ꝓtemptu mundi ⁊ vltra ꝓtra vsurā: pctm̄ nō haberent. Secūda est vocatio naturalis. et de hac subdit: vocauit terrā. id est terrenos ⁊ auaros. Tales aūt Hiere. xxij. āmonēs dicit. Terra terra terra audi sermonē dñi. Ecce terna cītatio. Prima est corruptio naturalis. scda ē infirmitas accidentalis: tertia est pemptoria citatio ⁊ finalis scz ipa mors. tertia est vocatio spiritualis: ⁊ de hac subdit solis ortu. id est ab infantia in qua oritur eis sol gratie per baptismū vsq ad occasum id est vsq mortē i qua occidit eis sol. id est omnis spes gratie ⁊ venie. Ex q̄d eueniet talibus contemptoribus diuinoz ⁊ dilectoribus mundanoz atq vsuraz p vsure cōsideratōem intelligamus. Facit nēpe vsura aduersariū dei: non solū quia facit aduersari triplici legi eiꝰ scz nature scripte ⁊ gre: verū etiā quia tres aboiatiōes seu aboiabiles impietates generāt ꝛ deū i aia. ꝓmo eñ facē deū derelinquere scdo facit idolatrare: tertio facē deū impugnare

Articulus primꝰ q vsura facit vsurariū in tota aia sua dereliquere deū.

Primo eñ vsura generat in anima vsurarij primam impietatē quia facit eum derelinquere deum: ⁊ hoc quo ad omnes tres anime vires. Nā vere cum intellectu i deum non credit: nec cū memoria in deuz spērat: ⁊ cum volūtate deum non amat.

Qz vsurarius in intellectu deū nō credit. Cap. I.

Primo eñ cum intellectu deum nō credit. quāto eñ corpore oculus sit ppinquior terre. tanto minus ac minora videt. Sic nempe oculus nostre mentis quanto ppinquius affigit terrenis et trāsitorijs rebus tāto āplius lumē fidei pdit q qđ deus cognoscit et videtur: ⁊ omia que dei sunt clarius cognoscuntur. Proinde vsurarij ceci ex terrenis effecti vsuram non credunt esse peccatū nec percipere valent qua ratione debeat esse malum. qz

sicut ꝓpheta ait. Oculos suos statuerunt declinare interram. Tres eñ cecitates seu infidelitates ꝓ vsuram in vsurarij anima generantur nã prima non abhorret in fernũ. secũda non desiderat padisum. tertia in veritate non venerat̃ur aliquod ecclesie sacramentum. Prima ꝯo cecitas in vsurarij aia generatur: quia non abhorret infernũ. Cũ eñ vsurã nõ credit esse peccatũ: mime vereť se suppliciũ sempiternuz pro illa ꝛ ꝓ alijs sceleribꝰ subiturũ. Ideo oẽm iniq̃tatẽ omnẽ iniusticiã oẽm deniq̃ impietatẽ perpetraret ꝛ in infernalẽ voraginem oim sceleruz atq̃ flagitioꝝ se p̃cipitaret: nisi forsitan timore secularis pene a talibꝰ abstineret. qz sicut dicit Ecci. x. albescat ꝛ auaricia nihil ẽ sceleśtiꝰ. hoc aũt non solũ rõe colligimus: sed et quotidie experimentis assiduis dolentes nimium experimur. Scõa cecitas est quia nõ desiderat paradisum cũ nullũ aliud credat esse nisi seculum p̃sens. Et licet deꝰ velit esse grati mutui merces vsurario ceco nõ sufficit deus: cũ ipm non querat ad diuitias sempiternas. Prouinde de talibus Hieremie: ij. lamẽtabiliter dñs ꝙqueritur dicens. Populus meus· est vsurariorum cõgeries mutauit gloriã suam in ydolũ. i. in nũmuz quẽ plus diligit q̃ gl̃iam padisi. Tertia ꝯo cecitas est qz nõ venerãtur in veritate aliqõ ecclesie sacramentũ. Et licet missas quãdoq̃ audiant aut diuina non tamẽ illa audiũt quasi sancta ꝛ vera. sed ne oino populo abominabiles fiant. Deniq̃ quia omino de diuinis ceci ꝛ ignari sunt. ridiculosa quedam frequentant oscultantur deturpando depictas imagines sanctoruz in parietẽ manibꝰ impudicis illorum vultꝰ cõtractant: vultuiq̃ suo deinde cõfricant: et si q̃ in alto loco fuerit imago depicta capitergium seu birretũ ad vultũ eius p̃figunt ꝛ illud demũ insipide osculantes ꝛ ꝙsimilia que nõ a vera deuotione procedunt: sed stulticiam hypocrisim et manifestam simulationẽ oñdunt. Licet autẽ quãdoq̃ in ecclesijs genuflectant ad imaginẽ crucifixi tamen minim e illi credũt: vnde effecti sunt similes cuidam furioso qui coactꝰ a suis custodibus ante crucifixum flectere vt patrociniũ impetraret: alta voce ad crucifixum ait. iesu xp̃e ego te adoro sed non tibi credo. Nempe si christo crucifixo vsurarius crederet ꝓculdubio ab vsura cessaret: ꝛ male acquisita satisfaceret diligenter.

Qz vsurarius sperans in mũdo desperat de deo. Caplm. II.

Secundo cum memoria in deo nõ sperat. Hinc Augusti. ait de deo desperare est spem posuisse in creaturis. In tãtum eñ talium mens rapitur ad tetrena q̃ obliuiscunt dei creatoris sui. vnde de eis lamentatur dominus ꝓ prophetam dicens. Obliuioni datus sum tanq̃ mortuus a corde. Vere mortuus est in talium corde: cũ totus vigor ꝛ spes illorum sit in his caducis rebus Derelicta igiť spe ꝛ confidentia quam in deo teneť habere. in tribus ponunt talem spem ꝛ fiduciam suã Primo in solis malicijs. secũdo in suis diuitijs: tertio in suis consanguineis. Primo eñ confidũt et sperant in suis malicijs: considerant multa se accumulasse astutijs: cautelis ꝛ circũuentionibus suis delectant egisse gloriantur fecisse cõsidunt similia ꝛ forte maiora adhuc perpetrasse posse: quos ꝓpheta dire increpat dicẽs. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate. Audiant huiusmodi infelices quid illa sancta Judith. xj. ait. Non derelinquis p̃sumẽtes de te domine. ꝛ p̃esumentes de se et de sua virtute gloriantes humilitas· Et iterũ Hieremie. iiij. dicit. Sapientes sunt vt faciãt mala: bene autem facere nescierũt: Secũdo cõfidunt in diuitijs suis quos considerantes illuminate ꝛ timorate mentes ad miratiua compassione: ꝛ intellectiua derisione stupent q̃ tota illoruz spes sint diuitie transitorie ꝛ fallaces. Prouinde ꝓpheta ait. Videbunt iusti ꝛ timebũt ꝛ sup eum ridebunt ꝛ dicent. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum. sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarum et preualebunt in vanitate sua: verba sunt sacra et miro sensu ꝛ lumine plena ideo saporanda ꝛ magno pondere p̃scrutanda sunt. Ait eñ. Videbunt iusti scz hominẽ supradictum: Est que quidem visione fiunt iusti prudentiores. sicut ꝓuerbio. xxj. dr. Multato pestilente sapientior erit paruulus. ex illo q̃ fiunt cautiores ꝛ etiam humiliores: ideo subditur et timebunt. Felix quẽ faciunt aliena pericula cautum. Insup intelligunt malos irrisione dignos et ideo inferť sup eũ ridebũt: qz clare cognoscũt deũ deridere tales: vñ ꝓpha ait. Qui habitat in celis irridebit eos: ꝛ dicent. scz ipi iusti ecce demõstratiue ad ꝙfusionis exaggerationẽ. hõ ab humo qz ex cupidine qua terrena dilexit totus terrenus effectus ẽ. qui non posuit deũ adiutorẽ suũ. scz sperando in eo qui vere sicut ait p̃s. ꝓtector est oim sperantiũ in se sed sperauit in multitudine diuitiaꝝ suaꝝ: scz ñ cõsiderando q̃ Sophonie. j. scriptũ est. Argentũ et aurũ eoꝝ non poterũt eos liberare in die furoris dñi. i. in die mortis q̃n furor mortis discutiet illos. ꝛ p̃ualuit in vanitate sua. i. in acq̃rendo diuitias ꝛ vana tpalia. Quod aĩaduertens ap̃ls. j. Thimo. vj. ait. Diuitibꝰ huius seculi p̃cipe non sublime sape: neq̃ sperare in incerto diuitiarũ sed in deo viuo qui p̃stat nobis ofa abunde. Tertiꝰ hmõi homes confidũt in suis parentibus seu parentelis ꝛ ꝙsanguineis: ne

De impietatibus vsure

sciẽtes q̃ hi sepe amplius q̃ alij cũ desiderio expectãt eoꝝ mortẽ: nec plus diligũt illos i restituẽdo q̃ illi dilexerunt semetipsos in fine nihil faciendo. vt veniat sup illos illa maledictiõis imꝓcatio de q̃ hiere. xvij. ꝯ. Maledictus hõ q̃ ꝓfidit in hoie ⁊ ponit carnẽ brachiũ suũ. i. cõfidit in pentib⁹ quib⁹ bona sua reliquit q̃ extra hent eũ de ꝓfundo lacu inferni. Et sequit bñdictus vir q̃ ꝓfidit in dño et erit dñs fiducia eius. s. dũ in vita ipe ꝓprie satisfaciet aliena.

Q̃ vsurarius cum voluntate nõ diligit deum. Cap. III.

Tertio cũ voluntate deũ nõ amat: ꝑ totũ suũ affectũ effudit ad trãsitoria mũdi. Vñ Aug⁹. sup epl̃az ad ꝓphil. ait. Hoc ab hoie colit: q̃ ꝑ ceteris diligit. Cõtingit aũt hoc fieri maxie triplici rõne vel mõ ꝓximo p affectualẽ ꝓcupiscentiã. Secõdo p affectualẽ cõplacentiã. Tertio p affectualẽ leticiã. Primo p affectualẽ cõcupiscentiaz. Concupiscunt em̃ anime vsurariorum desiderare possessiões mundi in omni tempore. nec aduertunt q̃ per ꝓphetam hoc ꝓhibet dñs dicẽs. rapinas nolite ꝓcupiscere. vbi rapina vsure nõ tm̃ ꝓhibet manũ ꝑ etiã animũ. Nẽpe diuine vsuraꝝ iõ rapine dicunt nõ tm̃ quia rapiũtur iniuste: verũ etiã quia p ardentẽ concupiscentiã rapiũt mentes: qõ dñs Mat. v. insinuare volẽs ait Vbi est thesaurus tu⁹ ibi ẽ ⁊ coꝝ tuũ. Job q̃ in. xxx ca. in ꝑsona vsurarij ait. Iccirco. id ẽ ꝓpt̃ hanc imꝓbã cupidinẽ rerꝝ cogitatiões mee varie succedũt sibi ⁊ mens mea p diuersa rapit. Jõ quidã ait. Nõ credas quecũq̃ audis nec dicas quecũq̃ nosti: nec cõcupiscas quecunq̃ vides. Secõdo effundũt se p affectualem ꝓplacentiam. Proinde et de talib⁹ erat diues ille quẽ Apocalyp̃ iij. spũs veritatis dure increpat dicens. et dicis quia diues sum et locupletatus. ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis quia tu es miser ⁊ miserabilis et paup ⁊ cecus ⁊ nudus. Et itez per ꝓphetaz amonet dicẽs. Diuitie. scz iuste etiaz acquisite si affluant nolite coꝝ apponere. Ille nẽpe coꝝ diuitijs apponit qui illis p affectualem ꝓplacentiam toto coꝝde adheret sicut in ꝑsona taliuz ait ꝓpheta. Adhesit pauimento anima mea. Tertio effundunt se per affectualem leticiã exultantes i diuitijs suis: de quoꝝ numero erat diues ille qui Luce. xij. dicebat. Exultãdo ania mea habes multa bona. Ecce sapida atq̃ saporo a concupiscẽtia tempaliũ rerum qua cumulauerat multa reposita. Ecce diligentia custodie in annos plurimos. Ecce spes vana: quia nunq̃ credit se derelicturuz illa. Requiesce: ecce ignauia ociosa et pigra. Comede ecce inhians gula Bibe: ecce ebrietatis dementia. Et epulare: ecce vita luxuriosa. Vbi notari possũt septẽ gaudia seu septem exultatiões quib⁹ de diuitijs ⁊ surarij et auari loco dei fruũtur in hac pñti vita. Sed attende quid sequitur. et vide finem illoꝝ. Dixit autẽ illi deus. O tu qui tibi lõga tempora modo in diuitiarũ leticia sposponebas: hac nocte repetent aiam tuam a te: scz demones exactoꝝes quibus illã seruasti: ꝑm Glosam. Que autem parasti cuius erunt: scz an filioꝝ vel consanguineoꝝ aut aliorũ illa cũ inhianti fame expectantiũ deuoꝝare. vt non sepe sed semper verificeꝝ de eis quod ꝓpheta ait Relinquent alienis diuitias suas et sepulchra illoꝝ domus illoꝝ in eternũ. Tunc nempe relinquũt alienis que in diuitijs cumularũt quãdo remanent his qui ab eis alieni sunt coꝝde ⁊ charitate. licet ꝑm carnẽ cariores propinqui sunt.

Articulus secundus q̃ vsure faciunt vsurariũ ydolatrare attribuẽdo nũmo cultũ sanctissime trinitatis.

Secundã abolabilẽ impietatẽ generat in aia vsura ꝓtra deũ: quia facit anias ydolatrare. Naz p ipam vsurarij attribuũt ipi creature qd̃ solũ competit ipi creatoꝛi. Hinc ait apl̃s ad Eph. iiij. Auaricia q̃ est ydolorum seruitus. qz sicut ydolatre subdũt se ydolo ita auari subdũt se nũmo. vñ sup ꝓdictũ verbũ Apl̃i glo. ait. Auaride⁹ ẽ nũmus. Attribuunt em̃ auari ⁊ vsurarij. nũmo. ꝓmo potentiaz ꝓis. Secõdo sapiẽtiã filij. tertio clemẽtiã spũssti.

Q̃ vsurarius attribuit nũmo potẽtiam patris. Cap. I.

Primo attribuũt nũmo potentiã patris dũ p opa demonstrat̃ q̃ plus potest in eis nũm⁹ q̃ deus. vñ xl vij. dist. c. oẽs greg⁹. ait. Omẽs huius seculi dilectoꝛes i terrenis rebus fortes sunt in celestib⁹ vo debiles. Nã p tempali gl̃ia vsq̃ ad mortẽ desudare appetunt: ⁊ p spe p petue nec paz quidẽ in labore subsistunt: p terrenis lucris quales cunq̃ iniurias tollerant et p celesti mercede vel tenuissimi verbi ferre ꝓtumelias recusant. terreno iudici tota etiaz die assistere fortes sunt: in oꝛone vero coram dño vel vni⁹ hoꝛe momẽto lassantur. Sepe nuditatẽ dejectionẽ famẽ ꝓ acquirẽdis diuitijs tollerant atq̃ honoꝛibus ⁊ eaz rerum se p abstinentiã cruciant ad quas adipiscẽdas festinant. Supna aũt querere tantomagis dissimulant: q̃tomagis ea tribui tardi⁹ putãt. Hec ille:

Q̃ vsurarius attribuit nummo sapientiam filij dei Cap. II.

Secũdo attribuũt nũmo sapiam filij dei tanta em̃ fuit sapiẽtia filij dei q̃ postq̃ carnẽ nr̃am assumpsit p discipulos su-

os p vniuersuz orbē oēm idolatriā extirpauit. Sed auaritia impia inter xp̄ianos idolatriā innouauit ac multiplicauit. In hmōi mysterium Osee.x. dicit. Fm multitudinē fructꝰ sui isti. id est xp̄iana gens: multiplicauit sibi altaria. s. ad vsurā pata iuxta vbertatē terre sue exuberauit silachris suis. Et hieronymꝰ in epla ad rusticū monachū ait. Estimato more pōdere pctōr leuiꝰ videt alicui peccare auarꝰ q̄z idolatra: ꝑ nō mediocriť errat. Nō eñ grauius peccat q̄ duo grana thuris ꝓicit altare mercurij: q̄z q̄ pecuniā auari cupide ⁊ inutiliter seruat ⁊ congregat. Ridiculuz videt q̄ alios iudicet idolatra q̄a duo gna thuris offert creature q̄ debuit deo offerre: ⁊ ille non iudicet idolatra q̄ totū seruitiū suū vite sue offert creature.

Vltribuit vsurarius nūmo clementiā spūssancti aut saluatoris. Ca. III.

Tertio aūt attribuūt nūmo clementiam spūssancti: dū p opa monstrant amplius transformare posse mentis eoruz amor nūmi q̄z amor dei. Habet nūmꝰ auarorum ⁊ vsuriorꝝ deus quēadmodū spūssctūs suos spūales statꝰ: hz visiones hz extasin. hz q̄z oronē Idroinde in dist. xlvij. c. sicut. Ambrosi. ait sic hi q̄ p insaniā mēte trāslati sūt nō iam res ipas sed passionis sue fantasias videt ita ⁊ mens auari semel vinculis cupiditatis astricta sp aur sp argentū videt: sp reddit cōputat. ecce visiones dei nūmi. Et seq̄t ḡtius aur: q̄z solē intuetur: ⁊ hec est extasis nūmi. Et addit ipa ei oro ⁊ supplicatio ad dñm aur querit: ecce ipius nūmi oro manifestat vl dici pt q̄ vsura aduersat toti sctissime trinitati. Prio ptāti pris: qz vendit tps qđ soliꝰ ē dei ⁊ ḡtis ad vitā bois ē ꝓcessum: vñ Actu. j. dns ait. nō ē vr̄m nosse tpa vl momēta q̄ pr̄ posuit in sua ptāte. Si igit non ē ur̄m. nosse tpa mltominꝰ ē nr̄m illud vendere. Idroinde dns Mat. x. ait. gratis accepistis ḡtis date. Secdo aduersat veritati filij. qz fac mē dace xp̄m. qui Job. xij. ait. nisi granū frumēti cadēs i terra mortuū fuerit ipm solū manet. Et idē. j. Cor. xv. apls ait. Insipiēs tu qđ semitas nō viuificat nisi ꝑus moriat: ꝑ vsura multiplicat granū ⁊ denariū absq̄ eoz morte. Tertio aduersat bonitati spūssctī q̄ q̄dē oia gratis donat. sicut Mat. vj. dns ait. Solē suū oriri facit sup bonos ⁊ malos pluit sup iustos ⁊ iniustos sed vsura gratias vendit. Nā mutuare ex sua spē opꝰ gre ē qđ vsura venale rddit. ꝫ q̄s Lu. vj. dns ait. si mutuū datis eis a q̄bꝰ speratis q̄ est vobis gra quasi dicat nulla.

Vrticulus. m. q̄ vsura generat in anima seuā blasphemiā contra deum et contra errorem eoz que dicunt ciuitatem stare non bene posse sine vsurario manifesto.

Tertiā aboiabilē impietatē imo crudelitatē vsura i aia gnat ꝫ deū qui facit eū blasphemare. Cōtra tales ꝓpheta ait i ij. ps̄. Fructū eorū de terra ꝓdes. et semen eoz a filijs hominū quontā declinauerūt in te mala Et potest esse thema in p̄nti arti: Vbi nota q̄ triplex ē blasphemia: ꝑma affirmatiua. scda negatiua. tertia vsurpatia. de quibꝰ in quadragesimali de xp̄iana religione sermo. j. in p̄ncipio. Hic aūt ꝺ ꝑma agit. Quot hodie inť xp̄icolos mētes demētes. repiunť que credūt q̄n potius manifeste asserūt p̄tm sine aliquo manifesto vsurariū nō posse stare. Ecce ꝑmo terribilis blasphemia ꝓtra deū dū sibi oponit impossibilia ꝓcepisse: cū in multis locis scriptura sicut patz supza Fmone. xxx viij. arti. ij. ca. j. ⁊. lij. oino et absolute ꝓhibuerit vsurariā p̄uitatē. Secdo etiā blasphemať xp̄s qui sicut Luc̄. vj. dicit p̄cepit mutuū gratis dari: ꝓtra q̄s blasphemos ait. Hieronimꝰ dicēs. Anathema sit q̄ dixerit xp̄m p̄cepisse aliquid impossibile. Tertio quoq̄ blasphemať ecclesia sctā que tā acerrime i sacris canonibus ex decretis vsurā pſequit ⁊ impugnat atq̄ dicētes vsurā nō esse peccatū tanq̄ hereticos esse puniendos decernit: sicut ptz extra de vsuris. c. ex graui in fi. in cle. vbi dicit sane: si quis in errorē inciderit ⁊ ptinaciter affirmare p̄sumat exercere vsuras non eē peccatuz decernimꝰ velud hereticū puniendū locorū nihilominꝰ ordinarijs ⁊ hereticе p̄uitatis inq̄sitoribꝰ districtius iiungentes: vt ꝓtra eos q̄s de hmōi errore diffamatos inueniūt aut suspectos tanq̄ diffamatos: aut suspectos debere si ꝓcedere non omittāt. Quarto blasphemantur omēs scti doctores atq̄ mendaces estimantur dū vsura quā ipi cōdemnant in p̄tis necessariā esse temerarie affirmāt Et licet quilibet xp̄ianꝰ qui non vult ruere in tot blasphemias firmiter credere obligeť maxime qđ est humano generi ⁊ cuilibet p̄to absq̄ manifesto vsurario stare Nihilominꝰ hec fides vera valet lucide ipis fidelibus rōnibꝰ declarari si ꝓsiderem tria Primo ea que ad hāc falsam opinionē inducūt Secūdo que ab illa retrahūt. Tertio que huic falsе opinioni non credere cogunt

Vria inducunt populum in errorē illum quo dicunt ciuitatem non posse stare absq̄ vsurario manifesto ⁊ publico. Cap. I.

Primo quidem ꝓsideremus q̄ populꝰ sic opinari inducūt. Circa qđ aduertē dū est: q̄ ad hoc credendum tria indu/

cunt eos. Primū est necessitas. secundū ē com/moditas. tertium ē vtilitas. Primū quidē ad hoc inducit necessitas que triplex assignat̄ ꝓma quia rarus inuenitur mutuator. scōa qz rarus i uenit̄ emptor. tertia qz rarus inuenit̄ iustus ap preciator. Prima inq̄ necessitas ē qz rarus iue nitur mutuator q̄ gratis mutuare velit: q̄ ppt̄ in necessitatibus egenoꝝ vt dicūt necesse ē pos/se habere recursū ad aliquē sub vsuris publice mutuantē. Quib⁹ dicendū ē: q̄ licet ꝟ p vero supponi potest. s. q̄ rarus qui gratis mutuare velit repiatur: tñ indaganda est ratio vnde hoc ꝓuenire cōtingat. q̄ quidez maxime est diſuetu do mutua gratis dādi. ⁊ que ſoleuit abusio sub lucro fenoris mutuandi: hec igitur necessitas q̄ ex vitio originē habet in eis qui ei causam pre/stant non excusat culpam ſ aggrauat noxā: cū ex impia ꝓſuetudine originē sumat. Scōa neces sitas adhoc impellēs est q̄ rarus inuenitur em/ptor: nam licet quis habeat aliq̄d qđ posset pi/gnori dari: nō taz cito repiri pōt cui valeat vē/di ⁊ interim q̄ indigēs est plura incōmoda por/tat: his q̄z responderi pōt q̄ sicut infra dicetur cōmunis vtilitas ꝑticulari ꝓponenda ē. Unđ. Aug⁹. Caritas cōmunia ꝓpriis ⁊ nō ꝓpria cōmunibus anteponit ⁊ in auct. res q̄. C. cōmu nia. de. l. ⁊ ex̄. de postu. ꝓla. c. bone. ſ ve infelici mundo qz vt ait Apl̄s ad phil. ij Scōo em̄ oia que sua sūt querūt ⁊ nō que xp̄i iesu. Tertia ve ro vt aiunt. necessitas ē quia rarus inuenit̄ iu/stus appreciator: qui. s. rem iusto pretio emere velit. Dicēdū q̄ malū ſpirituale nunq̄ ꝓpetra ri neq̄ ꝑmitti debet ꝓpter aliq̄ cōmodū tem/porale. Secundo inducit populū ad sic creden dū ipsa cōmoditas. Nam vt dicunt ꝓpter facil/itatē q̄z presto habēt mutuū habēdi a publico vsurario: subuenit̄ indigentiꝫ et necessitatibus/ suis. Quibus responderi potest: q̄ si veritas be ne pensēt̄ duplex hominū gen⁹ mutuū accipit sub vsuris: quidā ꝓpter iniquitatē: quidā ꝓpt̄ cupiditatē. Primo casu quidā accipiūt ꝓpter necessitatē: q̄ scilicet ad aliqua hoc necessitate ꝓ pulſi sunt: nec aliunde ſibipſis subuenire valēt Ad q̄ dicendū est q̄ cōmoditas hec ⁊ necessi/tas in re publica nō est attendendenda: quādo cōmuniter in ea inde ſequitur maius damnum q̄z ſit ipſum cōmodū: tunc ſicut infra lacius pa/tebit. Hic cadat damnosa vtilitas ⁊ pernicioſa cōmoditas ad cōmune bonuz. Ideo ſi ſuſcipiēs tale mutuū pauper est et in pauptate ſua indi/get adiuuari ⁊ ſubueniri per hūc modū de pau pere pauperior fit et inde amplius oppzimitur et grauat̄ vñ ſubleuari videt̄. Ex his igit̄ ptz q̄ necessitas ꝟ ꝓximi quā quidā inaduertenter aduertūt ſm rei veritatē hr̄e publicū vſurari um nō excusat. ſ ampli⁹ aggrauat ⁊ ꝺdemnat.

Secōo sunt q̄dā q̄ mutuū ſub vſuris accipi/unt ꝓpter iniquitatē. s. vt ludere possent ſeu vt ſectent̄ meli⁹ luxurias eoꝝ: Amplius gulam atq̄ alias voluptates in ſe et i ſuis ꝑ libito vo luntatis ſue ſectent̄: et forte taliū q̄z ꝑcedentiuz non minoꝝ ē nūerus ⁊ ꝑ talib⁹ publicos vſura rios ordinare ⁊ ſuſtētare nihil aliud ē q̄z fauere iniq̄tati ⁊ aperire vias impietati ꝓinde cuilibz taliter faciēti ꝓpha ait. Si videbas furē. i. vſu rariū currebas cū eo: et cū adulteris portionez tuā ponebas. scz dū publice vſurario fauebas

Tertio vo sunt quidā q̄ mutuū accipiūt ſub vſuris ꝓpter cupiditatē. ſicut facere ſolēt q̄dā artifices ⁊ mercantes q̄ vidua q̄z dotes ſub vſu rario mutuo recipiētes: q̄rūt nō ſue necc̄itati pa rere ſ ſue inſaciabili cupiditati diuitias cumu lare. Sūt inſup q̄dā q̄ a publico vſurario ꝓmi noꝝ vſura mutua querūt vt ea alijs ꝓ maioꝝ di ſpēſent pleroſq̄ etiā repire ꝓtigit q̄ verecun dātes aut timētes in vita ſeu in morte reputari vſurarij dāt ad ptē vſurarij lucro vſurario ma nifesto ⁊ hi ſūt q̄ maxie eos defenſant ⁊ eis fa/uēt. Tertio q̄z inducit pupillos ad ſic credēdū vtilitas. s. quā ſibi putāt inde euenire. Nempe m̄ti ſūt q̄ ꝓ quo tpe denarijs indigētes mutuū ſub vſuris accipiunt ſpantes paucis in diebus tale on⁹ ꝺponē ꝓuū q̄z inꝺ icōmodū reportare Nā ſi rē quā ꝑ pignore ponūt vēdere vellēt v̄ emptorē tā cito nō repirent aut ſatis ꝑ mioꝝ p̄ cio q̄z poſcat iuſticia darēt: Inſup q̄ū q̄z rē ven ditā itez emere neceſſe hr̄ent. Ex trib⁹ omīb⁹ grauiꝫ q̄z de vſura aiūt incōmodū reportarent ⁊ aliū de ſue indigētie ꝓuidere nō ꝑnt. Ad ħ q̄ dē respondēdū est q̄ qz talis continuū mellitū vſure venenuz ſenſibilit̄ nō aduertūt dū traij/ciūt illud. iō nō pōderant dānū: ſ expientia te/ſte paulati inſenſibilit̄ labēte tpe vt p̄imū repe riūt ſe in fine deceptos ⁊ in reb⁹ ꝓſumptos ⁊ di uerſimode deuoratos ⁊ ſm ꝓpoſitū ſuū rariſſi me euenire. Inſup ſi alicui euenire ꝓtigat atta men cōi vtilitati q̄ ꝑticulari ꝑferenda ē p̄nitio ſum eē ꝓbat̄. Itē fortiꝫ ꝑſuponat̄ q̄ p ꝓdictā ꝓceſſionem multa vitarent̄ mala vtpote dānū in reb⁹ piculuz in pſonis. Itē ſi ꝓpter ħ p̄ima ſequerent̄ bona. s. paupeꝝ ſuſtētatio: mercātia rū ſaluatio: ⁊ ſilia nihilomin⁹ non debet talis li bertas dari neq̄ talis contractus fieri. Nā ma la q̄ vitari possunt ꝑ dictā ꝓceſſionē vt ptz ſunt tempoꝛalia ⁊ coꝛpoꝛalia: ſed nullū malū debet cōmitti ſpirituale nec etiā ꝑmitti ꝓpt̄ aliquod malum tempoꝛale ſeu coꝛpoꝛale vitandum nec ꝓpter quodcunq̄ tale bonum adipiſcenduz Adhuc fortius addam quia ꝺato q̄ talem con ceſſionem ac per contractum vſurarium in ali quo caſu aliquod ſpirituale malum euitaretur regulariter tñ non videtur illud poſſe eē mai⁹

q̄ peccatum illud quod cōmittit in tali cōtractu si bene ꝓsiderentur ea que iam dicta sunt in pñti sermone ⁊ que dicent in duob⁹ aliis q̄ nūc sequētur ideo non debet homo transgredi dei p̄ceptū ꝓpter quodcunq; bonū p̄ticulare q̄ si bi vel alteri ꝓuenire potest ad hoc faciunt que dicta sunt supra sermone. xxxviij. arti. iij. cap. iij. ⁊ maxime in. ij. notabili.

Q̄ tria sunt que trahere a predicta fallaci opinione possunt. Cap. II.

Secundo ꝓsiderem⁹ que ab ista falsa opinione q̄ in pl'o sit necessarius public⁹ vsurarius retrabūt que triplex vtilitas est. Prima generalis: scda tpalis. tertia ꝙ spūalis. Pria est vtilitas generalis. Nā si nō haberē vsurari⁹ manifestus bi quib⁹ pecunia opus est q̄ demū nō inueni rent aliū subuentor̄ē res suas venales exponerent: ex quo sequeret cōmunis practica atq; cō mune cōmertiū extransitio mercātie ⁊ vtibiliū rerum: hanc quidē vtilitatem triplex hoim genus p̄ticipare noscunt. scz. pauperes: ⁊ diuites et mediocres. Primo pauperes quia. scz vēderent res suas p necessitatib⁹ suis. ⁊ licet non sp venderēt illas p̄cio iusto: tamē omīb⁹ circūstātijs hinc inde pensatis cōiter ad min⁹ damnuz paupibus p ueniret taliter vēdere q̄ p mutuo pignori dare sicut latius infra patebit. Secundo ꝙ hanc vtilitatem p̄ticiparēt diuites vel q̄cunq; ementes q̄ p cōmodo suo seu p reuendendo emerēt res illas venales: ⁊ sic possent exercere artē suam. Tertio q̄ hanc vtilitatem p̄ticiparent hoies mediocres atq; cōmunes a p̄mis emptoribus p loco ⁊ tempe reemētes: dū recipe possent p̄sto q̄ querunt: atq; verisiliꝫ p meliori foro repire debēt. Secda vtilitas inde veniens dicit tpalis seu ciuilis q⁹ triplex cōseruatio inde ꝓsequitur. Pria est conseruatio ciuiliū rerū quia ciuiū substātia remanet inter eos ac ecōtra si in manibus vsurarij p̄scribunt talia pignora tam p̄scripta: trāsmittere solent ad alias ptes vbi charius vendant. Secūda est cōseruatio denarior̄. nā siue res ille emātur siue vendant semper denarij remanent int̄ ciues: nec omnes in vno irreplebili ⁊ insatiabili sacco vsurarij congregant ⁊ ꝓcludunt. Tercia ē ꝙseruatio ciuitatis atq; terra⁹. Cū q⁹ ex p̄cedentib⁹ ꝙseruationib⁹ iminentib⁹ p̄icul' ac guerris ciuitas vel terra meli⁹ habet vñ posset in ciuib⁹ suis obuiare p̄ssuris: tū q⁹ cessante fenore populi non tā dure flagellant a deo sicut i sequēti ca. pleni⁹ differet. Tertia q̄ vtilitas inde ꝓueniens est spūalis. Tria em̄ bona spūalia inde sequunt. Primū est p̄cor̄ diminutio. scōm ē dilectōis gnatio. tertiū ē charitatis augmentatio ⁊ obfuatio. Primū bonū ē p̄cor̄ diminutio. Nā ex tali vsurario manifesto inūerabilia pcta multiplicant: incredibiles mercationes oriūtur: ⁊ grauissime excōicatōes ⁊ ad satisfaciendū obligatiōes importabiles acquirūtur: sicut in quadragesimali de xp̄iana religiōe sermone. xxxv. p totū ⁊ maxime in fi. ptz. et de hoc aliq̄d in sequēti ca. dicet. Secōm bonū ē dilectiōis generatio: naz mutua dilectio q̄ ex dissuetudine alterut⁹ subueniēdi extincta fuerat inter ciues viuificatur ꝓpter mutua seruitia facta ⁊ acceptata: domesticant sit' ⁊ intrinsecantur siluestria corda: efficit vera ciuitas q̄ est dicta ciuiū vnitas. Tertiū bonū ē charitatis augmentatio ⁊ ꝓseruatio. Nā sicut ex dissuetudine sibi mutuo seruiendi nascit ruditas ⁊ asperitas cordiū int̄ ciues: et ex aspitate faciliter iniurie oriunt: ex quib⁹ rixe dissentiōes diuisiōes secte ⁊ etiā guerre sumūt originē ⁊ fomētū. Ita ex multis seruitijs generata caritas inter ciues crescit ꝙalescit ⁊ mirabiliter ꝓseruat.

Tria malor̄ genera que ex manifestis vsuris venire solent, retrahere solent a p̄fata mala ⁊ falsa opinione.

Tertio ꝓsiderem⁹ q̄ p̄dicte false ⁊ heretice opinioni nō cogūt credere. Primo de ꝓsiderent pl'i q̄ grauiora dāna supueniāt eis ex publico vsurario q̄ ex venditōe suar̄ rer̄. Circa q⁹ aduertēdū ē q⁹ tria sūt gña malor̄ gr̄uissimor̄. q̄ ꝓsueuerūt supuenire i populis ex vsuraria p̄auitate: maxie si publica sit. p̄ma sunt tpalia. scda sunt spūalia. tertia sūt carnalia. Prima quidē sunt tpalia ⁊ hec mala seu damna ad q̄ttuor reduci p̄nt. Primū ē pignor̄ destructio. scōm ipor̄ p̄scriptio. tertiū denarior̄ cōsūptio. quartū eor̄ ad vnū locū reductio. Primū q̄dē damnosū malū ē pignor̄ destructio. Naz multa pignora que publico vsurario dant sic sūt lanee ⁊ linee vestes ⁊ alia suppellectilia a tineis ꝓsumunt seu a muribus rodūtur. ex vario mō destruunt. Secōm malū ē pignorum p̄scriptio. Sepe nanq; cōtingit q⁹ p mutuo pignus ponens sperat in paucis diebus recolligere illud tamen non cessat transire tp̄s de die in diē p̄stolabit ann⁹ ⁊ dum sperabat illud recolligere i paucis diebus supuenientib⁹ impedimentis nō recolligit multis mensib⁹ ita vt demū id in p̄scriptionez transire necesse sit. Et q⁹ tales publici vsurarij cōiter volūt q⁹ p duplo vel etiam in triplo valeat pignus q̄ mutuum suū: ⁊ transacto anno totū cōiter p̄ditur pignus. Ideo ꝓsideretur q̄tū sit damnū supueniens hoc modo a publico vsurario volētibus mutuare. Tertiū quidem damnū est denariorū ꝓsumptio. Nam paulatim denarij i pl'o mi

nuũtur dñ quotidie atq; continue die noctuq; vsura vt cancer serpit: et quasi insensibiliʒ sbaz ciuiũ rodit atq; ꝓsumit. Q; q; hoc clare intellige re cupit: multiplicet lucrum vniꝰ floreni: q; ab vsurario mutuo detur pro. l. annis ad p̃mium vnius bologini p mẽse. hoc addito pacto q; nũ q; soluaꝝ vsure meritũ nisi in fine q̃ngesimi an/ni semp oi anno fenus de fenore multiplicando Et si bñ nozit artẽ multiplicãdi discet q; tantũ ascendet vsura: ⁊ ad numeꝝ florenoꝝ q; nulla ciuitas in italia repiꝝ neq; forte in toto mũdo q̃ posset cõmode soluere tale fenus. Quartum damnũ est ipoꝝ denariozum ac diuitiarum ad vnum locũ reductio. Regulare vtiq; est q; q̃/tũcũq; diuitie ac denarij ad pauciozes ac pau/cioza marsupia reducuntur peiozis status ciui tatis ⁊ terre iudiciũ est: q̃ admodũ deficientis nature apertissimũ signũ est homis morituri in breui: cũ naturalis calor extremitatibꝰ derelict/ solum ad coꝛ ⁊ ad interioza ipsa reduci videtur et si hec ad paucos reductio diuitiarum pericu losa et statui ciuitatis multograuius periculuz imminet cũ reducuntur et coadunanꝝ he diui/tie ⁊ denarij in manibus iudeoꝝ q; tunc natu/ralis ciuitatis calor qui eius diuitie dici p̃t non recurrat ad coꝛ neq; subuenit ei: ꝑ fluxũ pesti ferꝝ currit ad apostema. Et cũ oẽs iudei ⁊ ma/xime fenerãtes sint capitales inimici oim cristi anoꝝ. miro vero non parũ ⁊ admiratiõe cessa/re non valeo quõ in xp̃icolis tanta regnet insa nia tanta vecordia dñeꝝ: et tanta ignozãtia im/mo cecitas obtenebrauerit eos: q; non aduer/tunt consũmatã ⁊ cogitatã maliciam iudeoꝝ q̃ vtunꝝ cũ q̃uersanꝝ inter xp̃ianos. Cuz em̃ xp̃i/cole sint oẽs regenerati in sanguie eius qui est p̃mogenitus mortuoꝝ et princeps regũ terre. Apoc. j. tanq̃ veri reges iusto dñio habẽt diui tias suas a quibus iudei dei iusto iudicio pri/uati sunt ꝓpter incredulitatem et duriciem coꝛdis sui. Habent inq̃ xp̃iani diuitias tpales coꝛporales ⁊ etiã spũales: has quidem quia nõ valent iudei violẽtia auferre surripe nitunꝝ ma litia ⁊ varia cautela: semp saltẽ diminuere mo/liũꝝ diuitias tpales xp̃icolaꝝ publicis vsur/ ex toq̃ vtz diuitias tpales. s. sanitatẽ ⁊ vitã au/ferre conanꝝ. dñi ꝓtra oia ecclesiastica instituta coꝛpoꝝ medicos oino esse ꝓcurant quib⁹ ⁊ ig/nozantissimis ⁊ rusticanis mira insania potius multi xp̃iani adherent atq; de sanitate ⁊ vita su a in eis totã fiduciam ponũt: q̃ in p̃tissimis me dicis xp̃ianoꝝ. Quod autẽ christicolas vel ig nozantia vel malicia nocent nouit deus. Diui/tias etiã spũales scz fidẽ ⁊ ecclesiastico⁹ p̃cepto rũ obedientiã cũ ceteris spiritualib⁹ thesauris veroꝝ christicolaꝝ suis blandicijs venenatis ⁊ amicitijs exquisitis ⁊ muneribus toxicatis ⁊ cõuersationib⁹ simꝫatis ⁊ pditionib⁹ excogita tis: ⁊ libertatib⁹ ac fauoꝛibus acq̃sitis rape di/spergere ꝓsumere deuozare ⁊ dissipare nõ cessãt secũ ad inferos xp̃ianoꝝ insensatozũ trahentes alas infelices. Secunda vero malitia q̃ supue/nit p̃tis ex vsurario manifesto sunt mala spiritu alia q̃ ad q̃ttuoꝛ gña reduci pñt. Primuz sunt mortales offensiones: ꝑm maiozes excõicatio/nes: tertiũ gr̃uissime obligatiões: q̃rtũ difficili/me mercatiões. Primũ gen⁹ maloꝝ spũalium inde veniẽs sũt mortales offensiones. Nã q̃cũq; sine legitima cã. i. sine necessitate ab vsura/rio etiã manifesto, sub vsuris mutuum suscepit mortaliter peccat: sicut ptz supra sermo. xxxv iij. ar. iij. c. vlti. lati⁹ dictũ ẽ. Eodẽ etiã mõ pec/cat qui eoꝝ recipit obligationes: vtz exẽ de vsu ris qui in oib⁹ siñi mõ peccãt oẽs sciẽtes eorum elemosynas recipiẽtes: vbi faciãt illos impotẽ/tes ad faciendũ male ablata certa: peccant inq̃ nisi aliqua legitima causa excusanꝝ. peccant q̃ grauissime q̃cunq; locant vel alio titulo conce/dũt aliquã domũ ad exercendũ vsuras ⁊ oium pctõꝝ q̃ ex illo fenore patranꝝ p̃ticipes fiũt. Insup vltra hec si sint p̃riarche archiepi vel epi i/currũt ipo facto suspensionẽ si sunt clerici ⁊ mio res excõicationẽ: si ẽ collegiũ vel vniuersitas in dictũ incurrũt. Et si talẽ sniam p mensem susti nuerint: extũc interdicte sunt terre eoꝝ q̃diu p/dicti vsurarij ibidem ꝓmoranꝝ. Si vero layci sunt ecclĩastica censura p ordinarios cõpelli de bent: vt ptz extra de vsuris vsuraꝝ li. vj. Mul te etiã alie offensiones veniũt in p̃tis ꝑpt vsu rarios manifestos quas cã breuitatis omitto. etiã satis copiose colligi possunt in quadragesi mali de xp̃iana religione ser. xxxv. p totũ. Se/cũdũ aũt malũ ex manifesto vsurario veniens sunt maiozes excõicatiões: q; multi incurrunt maiozẽ excõicatõz ꝑpt indebitũ fauoꝛẽ talib⁹ datũ. Nã siẽ ptz exẽ ō vsur. c. ex gr̃ui. i cle. excõi catt sũt excõicatione p̃dicta oẽs ptates capita/nei rectores cõsules iudices ⁊ ꝓsiliarij ⁊ q̃libet alij officiales q̃ delinquũt in casib⁹ infra scripti ⁊ ponunꝝ ibi sex excõicatiões Pria ẽ si statutũ de cetero facere scribere vel dictare p̃sũpserint: q; vsure ab vsurarijs exigi possint. Secũda est si ad soluendũ vsuras debitores ꝓpellũt. Tertia si q̃s iudex iudicauerit q; vsurarijs soluaꝝ vsu/re. Quarta q̃ ẽ: si q̃s de supradictis opaz dede rit: q; vsure oli solute ñ reputãt. Quita ẽ si sta/tuta hacten⁹ edita in vsuraꝝ fauoꝛẽ q̃ b facere pñt infra tres menses non deleuerint de libris ꝓmũitatũ. Sexta insup est si ipsa statuta vl cõ suetudines effectũ vsurarũ habẽtes p̃sũpserint obseruare. Oñes igiꝝ supradicti ꝑpter fauoꝛẽ ꝓcessũ vni vsurario manifesto p̃dicto modo ex cõicati sunt. Sed queri potest an statuentes q;

subditi sui non possūt recipere p̄ usuris in anno vltra duos solidos p̄ libra ⁊ hoc sub pena. non tñ dicūt q̄ usuras faciūt. ꝑ si fecerint vltra summā p̄dictā nunq̄ incidūt in sñiam p̄dictā excōmunicatōis? Et videt q̄ sic: cū q̄dāmō colorē ⁊ audaciā p̄stant saltē indirecte ad exercendas usuras extra de usuris. c. ex graui in cle. ibi diū sis coloꝛib⁹ ⁊c. ⁊ qꝛ denegando de maiori indirecte: videt tacite concedere de minori. arti. C. de p̄cur. maritus. xxv. di. c. qualis. ex. de. testa c. si pater. li. vj. ⁊ extra de p̄sum. c. nōne. Qd̄ verū est si in fraudē hoc fieret vt p̄ hoc si posset exercere usuras: secus in nullo intenderēt cōcedere et sint indigene. extra de usur usurariorum li. vj. Licet illud p̄mitterēt vt maiꝰ malū cuitaret: sic nō solū de maiori sua sed etiā de duobus solidis denegare videnť. xiij. di. c. i. xxxvj c. q j. hac ratione concoꝛdat Jo. an. ⁊ guilhel. Tertiū q̄ malū ex eo veniēs sūt grauissime obligationes. Nam oēs supꝛadicti fauentes usurario manifeste sicut dictū est obligati inde remanēt satisfacere insolidū oēs illas usuras q̄s suo fauore ⁊ auxilio usurarij adepti sunt: nisi ipi usurarij restituāt eas: sicut de hoc plenius dictū est in q̄dragesimali de xp̄iana religione. sermo. xxx. iij. c. j. circa fi. ⁊ etiā p̄mo. xxxv. ar. ij. c. ij. §. iij.

Quartū genus spūaliū malorū inde veniēs sunt difficillime intricatiōes ⁊ pplexitates q̄b⁹ ex vno manifesto usurario repiūt se intricatos ⁊ in arduissimis pplexitatib⁹ collocatos. Tertia vo mala q̄ ex p̄auitate usure pueniūt ⁊ maxime ex usurario manifesto sunt mala coꝛpalia quattuoꝛ que q̄dem flagella ⁊ mala solēt pueniꝛe ꝑ eos sup xp̄ianoꝝ coꝛpa p̄mittit deꝰ Primū sunt homicidia. sc̄om fames: tertius pestes. quartū crudelitas bestiaꝝ. ⁊ de his manifeste agit Joh. in Apoc. vj. in aptiōe q̄rti sigilli vidisse se dicit sedentē sup equū pallidū. id est dyabolū auaricie ⁊ usurarū māmona nolatuꝝ Nā māmona diuitie interp̄tať. equꝰ aūt pallidus sup quē sedebat sunt diuitie. Nēpe palloꝛ p̄prie auri coloꝛ est: ⁊ iō merito auꝝ designat. Sic̄ ppha ait. Et posterioꝛa doꝛsi i palloꝛe auri: qꝛ usurariꝰ totus aureꝰ ē crede. Et sequiť ibi dē in textu Joh. Et data ē illi sc̄z diabolo: potestas. i. auctas p̄missa ē sup q̄ttuoꝛ ptes terre. sc̄z vbi regnat usura ⁊ maxime manifesta. i. ad oꝛientē occidentē meridiem septētrionē: interficere gladio fame moꝛte ⁊ bestijs terre. Ecce q̄t tuoꝛ p̄dicta flagella hic p̄ oꝛdinē numerantur. Primū quidē flagellū sunt homicidia. Nā deficiente charitate q̄ maxime deficit ex manifesta usura sic̄ in seq̄nti p̄ mōe p̄mo ⁊. c. dicet. gñant odio diuisiones secte p̄cialitates ⁊ guerre ex q̄bus oībus homicidia sequūť. Jō Joh. ait. Interficere gladio. Sc̄om flagellū est fames sc̄z p̄pter terraꝝ sterilitatē sc̄z p̄pter guerras aut p̄pter grandines aut desiccatōes seu exundatōe pluuiaꝝ aut p̄pter mures rodentes blada: seu p̄ꝑ inoꝛdinata frigoꝛa aut caloꝛes ⁊ p̄silēs famis occasiōes: vñ Joh. subdit ⁊ fame. Tertiū flagellū sūt pestes p̄pter coꝛruptōem aeris seu aque vel terre moꝛbos alios gñantes febꝛium fluxuū tussiū inguinū apostematū ⁊ oim̄ p̄silium tā crebꝛe q̄si oēs patrias p̄sumētes Et ꝺ̄ Joait. ⁊ morte. Quartū flagellū est crudelitas bestiaꝝ vtpote lupoꝝ aut vrsoꝝ deuoꝛantiuꝝ boēs seu rabidoꝝ canuꝝ venenato morsu toxicantiū eos ⁊ silium bestiaꝝ. Vñ Joh. ait. ⁊ bestijs terre. A quib⁹ in p̄sona iustoꝝ p̄pha postulabat liberari dicēs. Ne trades bestijs aias confitentiū tibi. A quib⁹ oībus nos liberare dignetur xp̄s dei filius Amen.

Feria. iij. post dñicā de passiōe dñi quantuꝝ ⁊ quot impijs modis usura p̄mo sit nociua. Sermo. xliiij.

suaz repleuerat: vt licet in vita pñti illo pfecte frui non posset atq; non posse noscet: tñ insatiabiliter semp esuriebat eum ad impossibile p amorē extatitū se extenderet et exclamans illud Job. vij. Suspendiū elegit aia mea: z mortem ossa mea. Et illud Pss. quēadmodū desiderat ceruus ad fontē aquaz. zc. Et hoc mō verificat Augustini sentētia dicētis: Amor dei non capit de impossibilitate solatiū. omne em̄ desideriū tūc rōne assolet mitigari cum desideratū impossibile sit haberi amoris tñ violētia ex habundantia experimentati dulcoris in magdalena nulla impossibilitate poterat refrenari. Intellexerat em̄ simile quoddā dñm quodāmō pcepisse Deut. vj. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo zc. Nō tñ in hac mortali vita vel potiꝰ vitale morte: sicut a nemie ꝓstat posse impleri: ita ab omni homie debet optari: vñ et in iusti descriptione dictū est In mandatis eiꝰ volet nimis. Quid est autē velle nimis: nisi velle amplius q̄ posse: q̄ sensu dictū puto illō Canti co. j. Adolescentule dilexerunt te nimis: q: igitur infinitus z imensus est deus in quem amor marie tendebat ideo nullā volebat esse mensurā vel finem amoris. Amabat igit̄ maria amās et si non minus posse suo. minus nihilominus velle suo: nec de hac impossibilitate solatiū capiebat: sed desiderij potiꝰ suscipiebat incrementū: ideo ad dñm dicit. Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempe

Qr tāta saturitate dei amor repleuerat magdalenā: q̄ omia trāsitoria abhorrebat Ca. iij.

Qrtius eius cibus erat saturitas proculdubio em̄ ꝓstat q̄ q̄ auidius māducamus. eo citiꝰ ad desideratā saturitatem venimus: in hunc aūt modum in gl̄iosa maria z suauitatem auiditas: z auiditatem saturitas sequebat. Scimus em̄ q̄ q̄cūq; post saturitatē ad comedendū ꝓueniunt. quelibet apposita vel oblata fastidiunt fercula. Quod igit̄ huiusmodi saturitatē quā in maria fuisse dicimus quid inq̄ aliud fuisse pensamus qđ q̄ quoddā quarūlibet cordiuz delitiaz fastidiū. et ex intimo affectu oim exteriorz qđdā verū z sponteneū despectum. Aliud ē em̄ blādiēti temptationi resistere z violenter repellendo nolle acquiescere: atq; aliud est spontaneo quodā intimi affectus intuitu fastidire z quaslibet interim carnis blādicias sibi sape nō posse: sed potius oia talia abhorrere. Ad hāc igitur verā satietatis plenitudinē ꝓuenerat magdalena: q: post illiꝰ suauitatis abundantiā quam interius senserat omnia que exterius potuissēt apponi quoddā necessariū potius q̄ voluntariū fastidiū incurrisset. Propterea abiectis omibꝰ mūdi delitijs et quibuscunq; sensibilibꝰ oblectamentis: i spelunca in vasta illa solitudine soli deo vacabat p. xxx. annos. diuinis delitijs insatiabilit̄ saturata: hāc autem vere satietatis suauitatē sentirenon possunt. qui exterioribꝰ delitijs affluunt Nā hmōi suauitas vt dicit Job. xxviij. Nō inuenit in terra suauiter viuentiū: nec sapere pñt inter tot oblectamenta delitiaz: et tā varia condimenta ciborum. Sed sicut ps̄. ait. Edēt pauperes z saturabunt. Pauper inquit et non diuites: q: diuites dimisit inanes: diuites tamen affectu potius q̄ effectu.

De stupenda ebrietate: quam ex diuino amore incurrerat magdalena. Cap. iiij

Quartus aūt cibꝰ erat ebrietas: q̄ q̄dez ex saturitate seq̄ solet. Ebrietas em̄ vera in hoc ꝓsistit q̄ q̄s tāto amore ferueat in ipm deū. vt non solū fastidiat creature solatiū. sed etiā delectet z q̄rat inuenire tormentū ꝓ solatio reputās oēm penā ob pbriū et flagellū vt ꝓfigeret z sit̄litudini z morti eiꝰ quem diligit aia sua. Scimꝰ aūt oēs qm̄ q̄ plene ebrij sunt. irrisiones sepe suas ne quidē aduertūt: atz picula q̄ eis circūstāt nec declinare nec attendere volūt. se denudāt sine pudore. z sustinēt plaga sine dolore. Cū em̄ ꝓsiderem⁹ hāc btissimā magdal. in tanta solitudine feraz̄ socīā. oīb⁹ incognitā vestib⁹ hūanis exutā. licet ppr̄ijs capillis optā ossib⁹ cuti herentib⁹: non hr̄e cibū humanū thalamū habere celū: lectū hr̄e hymnū: obliuione quadā dereliq̄sse totū pñs seculū Quid ppter hoc dicem⁹ nisi eā q̄dā spūalē ac stupēdā ebrietatē mētis eā pfectissime incurrisse

Cū quāta securitate maria i tali solitudine tāto tempore solitaria pmanebat Cap. v

Quintus ꝙo eius cibꝰ erat securitas. que ex ebrietate sequi solet. Ebrius in omi piculo stat securus. Ex hoc em̄ q̄ mia sentit se tm̄ deū amare q̄ libēter ppter ipm̄ sustinet oīe obpbriū: omne flagellū z oīe damnū iam foras mittit timor z tantā spē fidem z caritatem concipit: de adiutorio dei vt nullo mō estimet se posse seperari ab eo: ecce in hac securitate in tam horrendo loco in tantis piculis ꝓstituta erat magdalena: z in tanto illustrata erat sanctissima ista magdalena fidei splēdole tantum roborata spei vigore: tantū q̄ inflāmata diuino amore: vt cuz ꝓpheta dicere posset. Dñs illuminatio mea: ecce fides z salus mea. ecce spes quē timebo: Dñs protector vite mee a q̄ trepidabo: ecce ardētissimꝰ

amor: cū q̄ non potterat trepidare. Ideo cum ap'lo ad Rho. viij. dicere potuit spūs ei⁹. Certus sum eñ q̄ neq; mors neq; vita neq; angeli neq; principat⁹ neq; potestates neq; virtutes neq; instantia neq; futura neq; fortitudo neq; altitudo neq; pfundū neq; creatura alia poterit me separare a charitate dei que ē in xp̄o iesu domino nostro. seruo nō fo: non lapo partire non se diuide cossa tāto vnita pena ne morte la non po salire a quela altem a dorestra ꝛ apita marta cū sera salita a possedere tal bene iesu da cut taueme possed: cū dulcore.

De celesti tranquillitate ꝛ pace qua fruebat magda. transformata in deū corpore. Ca⁹. VI.

Sextus ei⁹ cibus erat trāquillitas que ex securitate necessario sequebat. Hec autē trāquillitas est illa pax que mētez ad interiora rapit: pax q̄ exterior oim memoriam intercipit. que ingenij acumē expugnat que rationis lumē reuerberat: que cordis desideriū implet: que oēm intellectū absorbet: quā null⁹ cupiditatis stimulus inquietat: quā null⁹ timoris aculeus exagitat. Hac igitur pascebat pace sanctissima magdalēa. Jō cū ppheta ait dicēs In pace in idipm dormiā ꝛ requiescā. Considera queso q̄d dicat cū dicit dormiā: cogita quid faciat somn⁹ exterior circa hominē exteriorem Est eñ somn⁹ corpore⁹ supra corporeū sensum Aufert eñ offitiū oculor̄ offitiū narium: offitiū aureū: offitium ceterorū q̄z sensuū atq; membrorum. sicut igitur p somnū exteriorē oēs sensus corpales sopiunt. Sic per hunc de quo loquimur interiorē magda. somnū exuperabant oēs eius aie sensus: simul absorbebat eñ cogitationē imaginationē memoriā ꝛ intelligentiā ꝛ hec est pax que sicut ap'ls ad Phil. iiij. attestat dicēs exupat oēm sensum Hunc eternī somnū maria intra veri sponsi amplexus q̄ttidie capiebat: hoc quottidie sopozabat q̄ttidie igitur quiescebat cū sponso. vñ Cantico. ij. dicit. Leua eius sub capite meo ꝛ dextera illius amplexabitur me.

De perfecta nihileitate ad quam p uenit maria p consumatam transformationem. Capi. VII.

Septimus ei⁹ cibus erat nihileitatis q̄ experfecta habz nasci trāquillitate quē admodū aque stilla multo cōfusa vino deficere a se tota videtur. dū alteri⁹ saporē induit: vigorē parit ꝛ colorē. sic illi pij ꝛ crebri marie affectus: imo pfectus transformati in deū de se in se nihil sentiebāt. nisi qō in xp̄o iesu sicut predixerat dñs Mat. vj. vbi ē thesaur⁹ tuus. ꝛc. Et itez ps̄. ait. Abyssus abyssū inuocat. abyss⁹ eñ diuine imensitatis p transformationē: abyssum inuocat hūane nihileitatis: ē eñ natura ardētis amoris. ꝛ ad h nitit inhiat ꝛ gestit: vt ñ solū sit in intimis amati: sed etiā ipm quodāmō sit amatū: atq; in h tm̄ excedit q̄ incōpabilit p diligit dilect⁹ de⁹: q̄z mēs ipm amās diligat se ipm: imo suiipi⁹ obliuiscit ꝛ sibiipi ānihilat p amore dilecti: hic tñ in mortali vita hac nō plene cōpleri pōt: h tantuz in glia sempiterna. Ad hanc nihileitatē ascenderat Job q̄. xxx. c. de se ait. Redactus sū in nihilū abstulit q̄si vent⁹ scz spūs trāsformātis ꝛ ānihilantis desideriū meū Ad hūc statū ascenderat ppheta cū ait. Defecit in salutare tuū aia mea. Ecce vltimus cibus sanctissime peccatricis. ecce ois pfectōis sue vltim⁹ status. ecce ois sue pfecte ꝓsumatiōis pfectissimus finis vt merito dicat: et ego ad nihilū redacta sum deo cuz ipo deo p pticipationem: transformatōez ꝛ annihilationē iaz factā. poterat ideo bene dicere cū ppheta. Defecit cor meum ꝛ caro mea. deus cordis mei ꝛ pars mea deus in eternū. Vere igitur dilexit multū. Digitur femina ab oibus benedicta: quis te digne laudare queat: quis exprimere posset laudes tuas. quis enarrare valeret magnalia tua: tu speculū peccator̄: tu gaudiū angelor̄: tu pnie forma. tu castitatis exemplū. tu mulier̄ penitentium fortitudo tu discipula veritat⁹: tu sapie stola: tu sap'lor̄ apostola. tu solitariarū securitas: tu ꝓtemplantiū titul⁹: tu diuinī amoris fornax tu leticia deuotor̄: tu diuinor̄ sensuū apotheca: tu arrarirū carismatū diuinor̄: tu templuz dei: tu habitaculū spūsscti: et vere q̄d q̄d pōt lingua enarrari min⁹ ē a laude tua ꝛ glia tua cum qua nūc regnas mgro ꝛ spōso tuo dño nro iesu xp̄o cū quo regnare nobis pstent auxiliū meri ta ꝛ intercessio tua: vt tecuz vno corde ꝛ ore in eternū laudemus ꝛ fruamur ipm gliosū deum qui in trinitate pfecta viuit et regnat in euo.

Hymn⁹ de sctissima magdal. in pmis ves.

Pange lingua magdalene lachrymas ꝛ gaudium. sonent voces laude plene de conceptu cordium: vt concordet philomene turturis suspirium. Jesum querens ꝓuarū turbas non erubuit: pedes vnxit lachrymaz fluuio quod abluit: crine tersit ꝛ culparū pmeruit. Suū lauit mūdatorē riuo fons imaduit pium fudi t fons liquorez et in ipm floruit celū terre dedit rorē. terra celū cōpluit. In pre dulci mixtione nardum ferēs pisticū in vngēti fusione tipum gessit mysticū: vt sanetur vnctione sanat egra medicuz. Die xp̄s hanc respexit spāli gra: q̄z multū hūc dilexit dimittūtur crimina: xp̄i q̄ resurrexit facta est pnuncia Glia et honor deo qui paschalis hostia: agnus morte: pugna leo: victor die tertia resurrexit cū trophco mortis ferens spolia.

Ad nocturnū hymnus.

Extimauit ortulanū ⁊ hoc sane credidit seminauit ei granū qđ in mente cecidit. linguā mouit ⁊ nō manū lingua iesum indidit. Nō agnouit figurali latentem imagine mētis agrū spiritali excolentē semie: sed cū eam speciali designauit noie. Hec a iesu ihm querit sublatū ꝙ querit: iesuz intꝰ mēte gerit iesus coz de querit. mentē colit mentē serit iesus nec pcipit. Jesu bone iesu pie qđ te monstrās latitas: quid occultas te marie mentē cuꝰ hitas intus veritatis plena nescit verbi veritas. O q̄ mire iesu ludis a qbꝰ diligeris. qñ ludis non illudis non fallis nec falleris: sic icludis ꝙ excludis notus nō agnosceris. O maria noli flere iā non q̄ras aliū: ortulanꝰ hic ē vere ⁊ colonꝰ mentium intra mētis ortū quere mētis opariū. Uñ planctus ⁊ lamentū in mentē cur nō erigis: cū ruoluis monumentū tecū ē quē diligis: iesum queres ⁊ in ventū habes nec itelligis: Unde gemis vñ plozas vex habes gaudiū: latet certe qđ ignozas dolozis solatiū: intus habes q̄ras fozas dolozis remediū. Jā non miroz si nescisti magistrū dū seminat. semē qđ ē verbū xpi te magis illuiat: ⁊ raboni rñdisti mariā dū nominat. Pedes xpi q̄ lauisti fonte lota gre. quā ab ipo recepisti funde rozē venie: resurgentē quē vidisti fac ꝙ sortē glie. Glia ⁊ honoz deo cuꝰ pstet grā: inuitati pharisco marie suspiria: cenam vite qui dat reo gre post prandia.

Ad laudes.

Gaude pia magdalena spes salutis vite vena lapsoꝝ fiducia. Gaude dulcis aduocata resurgendi forma data miseris post vicia: Gaude felix deo grata cui dimissa sunt pcta spāli gra. Gaude lotrix pedū xpi a q̄ tāta meruisti amori insignia. Gaude ꝑma dig frui visu redēptoris tui surgētis in glia. Gaude q̄ septēnis horis es ab ātro vecta foris sumi regis filia: Gaude q̄ nūc sublimaris: ⁊ cuz xpo gliaris i celesti curia: fac nos tecū penitere: vt post mortē lucis vere sortiamur gaudia Amē.

Feria sexta post dñicam de passiōe descrptio siltudis vanitatis mūdane que i vanis mulieribus regnat.

Sermo .XLVII.

Nos nescitis q̄c quā nec cogitatis. Jo.xi.ca. e tin euangel'.ho. Periculosissima res ē ignorātia necessarie veritati. nā sic dic Ysid. de sūmo bo. Ignorans qtidie peccat: ⁊ igrat ex qbꝰ verb̄ inuit ꝙ multi peccātes lz se peccare nesciāt: nō tñ in ꝓspectu dñi excusant: qz negligūt discere qđ tenent scire qđ est hre ignorātiā crassaz ⁊ supinā. Uñ sm Bern. Frustra sibi đ ignorātia blādiūt. q̄ vt liberius peccēt ignorāt: hmōi q̄dē sūt plerq; mlieres vane: nihil enim tantum priuat mulieres a diuina dilectiōe: q̄tum dilectio vanitatis. Talibꝰ igit merito dici posset: vos nescitis q̄cq; nec cogitatis. s. q̄ta sit offensio ⁊ malicia vanitatū. q. d. si mūdi vanitatē cogīsceretis: forte nō tñ ita libere peccaretis. Ad effugandā hanc ignorantiā pnitiosā qđ sit mūdi vanitas q̄ plūmq; decipit mlieres ꝓsiderādū ē pinde ppha i ps. cxli ij. de vanis mulieribꝰ ait: hō vanitati silis factus ē qđ vbū pōt eē aliđ thēa in pñti smo. Ait eñ hō. i. mlier vanitati silis facta ē: quō aūt mūdi vanitas cui mulieres vane assimilant deformiter sit formata mystice demonstrat. Apoca. ix. vbi dr de fumo putei abyssi exierunt locuste in terrā. et data est illis potestas sicut hñt potestatē scorpiones terre. Et pceptū est ne lederēt fenū terre neq; oīne viride neq; oēm arborē: nisi tantū hoies qui nō habent signū dei in frontibus suis: ⁊ pceptum est illis ne occiderent: sed crutiarent eos mensibꝰ quinq; ⁊ crutiatꝰ earū quasi crutiatus scorpij cum percutit hominem et in diebꝰ illis querēt homines mortē ⁊ nō invenient eam: ⁊ desiderabūt homies mori ⁊ fugiet mors ab eis: ⁊ similitudines locustaꝝ simules equis patis in pliuz: ⁊ sup capita eaꝝ corone tanq̄ similes auro: ⁊ facies earū sicut facies hominū: et habebāt capillos sicut capillos mulierū: ⁊ dentes earum sicut dentes leonum: ⁊ habebant loricas ferreas: vox aūt alaruz earū sicut vox curruū et equoꝝ multoꝝ currentiū in bellū ⁊ hēbant caudas scorpionū sicut caudas scorpionū ⁊ aculei in caudis earum ⁊ ptās eaꝝ nocere hominibꝰ mensibus quinq; ⁊ habebāt sup se angelū abyssi cui nomē hebraice Abbadon: grece autem apoleon: et latine nomen habens exterminans ve vnum abūt: et ecce alia duo ve veniunt post hec. In quibus sanctissimis verbis ostenditur per tria mysteria malignitas vanitatis mundane: per primū ostenditur eius origo naturalis per secundum eius ymago figuralis per tertium eius conclusio seu terminus criminalis.

Articulus primus de naturali simili tudine locustarum que signant vanas mulieres.

In primo mysterio ostenditur vanitatum origo naturalis. Naturalis vero origo omnium mundialiuz vanitatū: est supba ꝓsperitas mūdi Nā ingrati homines abutentes vna ꝓsperitate mundi: impie in superbiam eriguntur et extantur: et hoc est quod Joh. ait. De fumo putei abyssi exierūt locuste in terram Quid eñ est

fumis putei abyssi nisi elatio et superbia que ō puteo abyssi ideo exire dicunt: quia ex incendio demonū temptantiū p prospera mundi origine habent. de fumo igit putei abyssi in terrā locuste egrediunt: quia femine vane que locuste hic nominate sunt de supba mūdi psperitate et abundantia in mūdo multiplicant. ō quidam ait: luxuriant animi rebus plerūq; secundis: ꝛ Ozee. xiij. dñs ait. adimpleti sunt ꝛ saturati eleuauerūt cor suū ꝛ obliti sunt mei. Ez vt clarius mysteriū capiatur. naturales conditiones locustarum considerentur.

Naturalis similitudo mundane vanitatis ꝛ q; mulieres vane p locustas designantur Cap. I.

Naturaliter enim locuste primo in estate apparent. secō flante austro generantur. tertio tunc cantant ꝛ saliunt. quarto habent alas. quinto maior pars est in vētre sexto insaturabiles sunt. septimo omne viride consumūt. octauo in hyeme silent. nono flante aquilone cōmuniter omnes moriūtur. Sic vanitas mulierū et mulieres vane. Primo in estate tempalis pacis aparēt. Secūdo inflante austro psperitatis et abundantie diuitiarum vanitates mulierū multiplicātur. tertio in psperitatis successum fiunt choree cantus lasciui ꝛ iocosi. quarto tūc dilatant ale manicarum ꝛ aliarum pompaꝝ. quinto maior pars est in ventre quia sunt cōmuniter carnales ꝛ sensuales ipaꝝ q; deus venter est. Fm ap'm ad Phil. iij. Sexto insaturabiles sunt in vanitatib' suis. Septimo omne viride cōsumunt quia omnē viriditatez gratiarū et virtutū de mētib' hominū exterminant vbi abūdant. Octauo in aduersitatū hyeme. scz guerraꝝ pestilētiarū: ꝛ aliaꝝ tribulationū vanitates silent. Nono flante aquilone. i. tempe vltimi finis ꝛ mortis: velint nolint tales femine vanitatū moriūtur: sed omia hec cā breuitatis leuiter transeamus: q; de istis infra magis dicemus.

Articulus secūdus de imagine vanitatis mundane in locustis figuraliter demonstrata.

In secundo mysterio ostendit vanitatū atq; vana mulierū imago figuralis in qua figura ostendūtur sedecim malignitates vanitatū ꝛ sequentiū eas que in quatuor quaternarijs subiungatur.

De quatuor primis malignitatib' vanitatis. Capitulū. I.

Primo vide quatuor vanitatis malignitates. Prima dicit improuidentia. secūda debilitas. tertia tumiditas. ꝗrta fragilitas. Prima igitur est improuidentia. In hoc em̄ hoc vanitas ceteris deterior est vitijs. quia nocumentū suū in fine ppendit cū ad improuisa mala p ducant. est em̄ sicut pmissor malus qui tunc potissime fallit: cum quis in eo melius confidit. vnd Johānes subdit: ꝛ data est illis ptās sicut habēt ptātem scorpiones terre Scorpio siquidē lingua lingit et brachijs stringit. sed demū cū cauda pūgit. Sic vanitas mundi blandit delitijs stringit habitib' et ꝓsuetudinib' malis demū q; cauda cōclusiōis extreme supplicio eterne damnatiōis infelicem animam pungit: ꝛ hec est potestas quā habent scorpiones terre. idest vane mulieres vite pñt. Secūda est debilitas. Tanta nempe est debilitas vanitatis: vt duob' remedijs facile posset vinci. Primū est delectatio in diuinis. secūm ē ꝓsideratio finis. Primum remediū est delectatio in diuinis: qua mens que naturaliē sine delectatione esse non potest: facile trahit a terrenis. quia sicut dicit Eccles. v. Deꝰ occupauit cor illi' in delitijs scz spiritualibus. Secūm remediū est consideratio finis: Unde Hieronymus ait. Facile contemnit omnia. qui semp cogitat se moriturū. hec duo remedia vane mētes non habent: sed iusti ꝛ incipientes atq; proficiētes seu pfecti. et ideo illis vanitas nocere non potest. Et de hoc subdit: et preceptum est illis ne lederent fenum terre neq; omne viride neq; omnē arborem. Quia vanitas nocere non potest incipientibus. id est his qui p penitentiam mercent a flore carnalis vite: qui tpe antichristi erunt pabulum vehemoth: sicut dicit Job xl. Fenum quasi bos comedet. Et Mat. xxiiij. ve pregnantibus et nutrientibus in illis diebus quia vel qui solo bono ꝓposito et desiderio fuerit pregnās: aut adhuc lactauerit pregnans bonū opus: in tribulationib' illis deficiet. neq; nocere potest vanitas proficientibus. qui vires cūt p teneram adhuc quasi herbe iusticiam: de quibus Proverbio. xxvij. Aperta sunt prata ꝛ apparuerūt herbe virentes Neq; nocere potest pfectis: q̄ florent sibi quasi per arbores p puritatē frondēt primo p exēplaritatē. ꝛ fructificāt deo p multiplicē vtutē de q̄bus trib'. Ecci. xxiiij. in psona mlieris iuste nō vane dictū ē. Flores mei fructus honoris ꝛ honestati ꝑ tm̄ ledere pñt homines: qui nō habēt signū dei i frōtib' suis. hi sūt collocādi ad sinistrā dei q; signū pseruātis gre in mētib' suis vanis nō hñt: sicut in psona iustoꝝ. ij. Corꝝ. j. ap'lus ait. Signauit nos deꝰ: ꝛ dedit spūs pignus in cordibus nris. Signū autē reprobatiōis est vanitas: sic̄ saluatiōis honestas. vñ Greg'. Euidētissimū signuz reprobor̄ superbia est: sicut humilitas electorū. Tertia ē timiditas: sunt nē

pẽplereq; mulieres. vanẽq; licz velint imo desiderẽt ꝙcupisci atz sũt mẽte corrupte: tñ opib⁹ carnis amatorib⁹ suis nequaq; ꝙsentire intendũt: ppẽ timorẽ vite ⁊ fame: qz tñ cupiũt ad se trahere viros illosq; ad sui ꝙcupiaz inflãmare. gestus ⁊ modos tenẽt ꝑ ꝗs illi carnalis amoris stimulis crucient. Et de hꝭ Jobes subdit. et precepti est illis ꝑ frenationẽ ne occiderẽt eos. scz eis in carnis ope ꝙsentiẽdo. Licet eñ cor ꝑ cõsensũ ꝙcupie gre moriat dicẽte dño. Matth. v Qui viderit mulierẽ ad ꝙcupiscendũ eã hꝭ iam mechat⁹ ẽ eam in corde suo. nihilomin⁹ pleni⁹ occidit opus luxurie ꝙsumatũ ſm eñ Alexan. de hal. Solus pcti mortalis ꝙsensus ꝑuat aiaz gratijs gratificãte: sed vel ꝺ ꝙsensũ additũ op⁹ ꝑuat gratijs gratisdatis. Et hoc insinuat Job. dicẽs. Ne occiderent eos. ſ per opus plenarie occidẽdo ⁊ gr̃a gratificãte ⁊ gr̃a gratisdata priuando. q̃si diceret. refrenat illas deus misc̃ia sua ꝑ verecũdiã mũdi: ⁊ ꝑ timorẽ pene: quia si hꝭ duo a mulieribꝰ amouerẽt nouit dñs quõfacta irẽt. atz ꝑmissiue adiũgit ꝭ crutiarẽt mẽsib⁹ q̃nq; Mensis eñ ꝺr a mene qꝺ ẽ defect⁹ q̃nq; eteñ menses sũt q̃nq; cordis sensus: q̃ sp in defectu vtiq; currũt: tũc eñ tales vane mulieres hoies q̃nq; mensib⁹ crutiãt: cũ illis in q̃nq; sensibus cõdescẽdũt: in choreis ꝓtactũ: in cantilenis ꝑ auditũ: in procationib⁹ ꝑ visũ: in musto ⁊ odoriferis ꝑ olfactũ: de ceteris transeamus.

Quarta ẽ fragilitas: licet eñ vt dictũ ẽ mulier timiditate plena sit ⁊ fragilis ex natura. ideo subdit ⁊ crutiat⁹ ea; vt crutiat⁹ scorpiũ cũ percutit hoiem. Cũ nẽpe hꝭ fuerit ꝓcussus a scorpione: non subito mortem incurrit: sed diutius languore sensum approꝓinquat ad mortẽ. Sic cum homo de vana ⁊ lasciua muliere ardẽti cupidine vulnerat. licet vt dictũ est ꝑ consensum concupiscentie moriatur: nõ tamen moritur ad opa gr̃a; gratisdata; nisi consensus per opa iã dicto modo ꝑficiatur: paulatim itaq; cupidinis languore excrescente: et dyabolo cor hois inflãmante. atq; lasciue femine fragilitate finaliter permittente cruciatus ⁊ languor terminat incarnalis operis mortem: ⁊ hoc indicat Johãnes dicens. Et crutiat⁹ ea; vt crutiat⁹ scorpiũ cum percutit hominẽ. Ipse vtiq; sunt scorpiones. homies ꝑ luxurie concupiscentiã crutiantes. sed demũ quãdoq; se et alios ꝑ carnalia opera valde perimentes.

De quattuor secundis malignitatibus vanitatis mũdane. Cap. II.

Secũdo subdunt alie quatuor malignitates. Prima dicit insatiabilitas: scda turbulentia. tertia malicia: qrta falsitas. Prima ẽ insatiabilitas. Licet eñ natura homis bona. nequaq; pcti mali/cia ⁊ turpitudine delectet: tñ carnalis gaudij suauitate ⁊ resꝑsa. ad illã insatiabiliter inflãmatur. Cuz eñ mulier carnalis ⁊ vana semel mecho ꝙsenserit opus mortale carnis: simul ⁊ virus mortiferũ porrigit ⁊ illi insatietatez pabuli submistrat. Sicut tali mecho Micheas ꝓnunciat. vj. c. dicens. Tu comedes ⁊ non saturaberis ⁊ de hoc subdit a Jobe. Et in dieb⁹ illis q̃rent hoies mortẽ ⁊ nõ iueniẽt eã. Et desiderabũt hoies mori ⁊ fugiet mors ab illis. Suauitate nãq; carnalis opis allecti miseri pctores. cõsumãtẽ mortẽ aie cõcupiscũt: hec tñ ab eis quo dãmõ fugit. tñ in tali pctõ satietatez nullus nisi ꝑ sctimoniã castitatis. ⁊ fugiẽdo iuenit. Ideo ad huiꝰ pcti fugã hortabat apl's. j. Cor. dicẽs Fugite fornicationẽ. Scda est turbulentia seu iracũdia. Natura quidẽ lasciue mẽtis vt quãto ꝓmptior est ad carnalem delectationem tanto amplius disposita sit ad furorẽ et turbationem. sicut eñ moderamen nescit in delectando sic q; moderamen ignorat in crascendo. ideo de muliere vana atq; lasciua. Eccl. xxv. ꝺr. Non ẽ ira supra iram mulieris: ⁊ hoc idez insinuat Job. in sequentib⁹ dicens: ⁊ sil'itudines locusta; si miles equis patis in ꝓliũ. i. in ꝓtentionẽ ⁊ turbationẽ. post lasciuos ⁊ insatiabiles amores indignatio atq; turbatio inter carnales oriri solz in hui⁹ mysteriũ. Eccl. xxxj. ꝺr. Vinũ multum potatũ irritationẽ et iram ⁊ ruinas multas facit. Et licet de vino sit ad ꝛam. verũtamẽ de inebriãti luxurie vino spũaliẽ dictũ est. De quo vino ⁊ ira Apoc. xiiij. ꝺr. Babylon ciuitas illa magna. i. mulier carnalis atq; supba. que vino fornicatõis sue potauit omẽs gentes. Tertia ẽ malicia. Triplex siquidẽ cõsiderari põt sapia scz diuina humana ⁊ mũdana. Prima aũt ẽ diuina q̃ cognoscit ipe deus. in corona aurea designata: de qua Apoca. xiiij. ꝺr. Vigintiq;tuor seniores ꝓcidebant ante sedentẽ in throno ⁊ adorabãt viuentẽ in secula seculoz ⁊ mittebãt coronas suas añ thronũ. qz sapia diuina eis communicata regratiabant deo indignos illa se extimãtes. Scda sapia est humana ꝑ quam manuducimur in diuinoz cognitionẽ. de q̃ apl's ait ad Ro. j. Inuisibilia eñ dei a creatura mũdi ꝑ ea; que facta sunt intellecta conspiciuntur. Tertia est sapiẽtia mũdana. q̃ ppẽ malicia dicitur Hiere. xiiij. Sapiẽtes sunt vt faciãt mala bene aũt facere nescierũt. et de hac subdit. ⁊ super capita eoz corone tanq; sil'es auro. Corona quidẽ aurea in hũana mẽte est sapia diuina Corona aũt similis auro est sapientia humana Sed corona non dico aurea nec similis auro: sed tanq; sil'is auro. est sapiẽtia mũdana. i. malicia q̃ quidem sapia vana atq; ꝓnitiosa: et de hac mentem imbuit vanitas mundi. ideo de ea

De vanis mulieribus

li muliere dr Eccli.xxv. Breuis ois malicia su per maliciã mulieris scz in talib⁹ vanitatibus enutrite. Quarta ẽ falsitas. Solet eñ malicia simulata in hũanitate ne pateat vel vt possz decipe palliari. ideo dñs dicit. Math:vij. Attẽdite a falsis pphetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouiũ intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. a fructib⁹ eñ eor cognoscetis eos: Falsi q̃dem pphete sũt femie vane q̃ inuitãt ad gaudium ꝛ ducũt ad interitũ: signa hũanitatis ostendũt et opa malignitat abscõdũt: ꝑ ab eor fructib⁹ cognoscũt: cũ innumerabilia mala que ex vanitate pueniũt intelligant: sicut patere põt et sermone. xlvj. de xpiana religione p totuz et hanc cautelã esse habẽdã circa eas demõstrat. Job. dicẽs: ꝛ facies ear sicut facies hoim. Facies nẽpe apparentiã dicit. hõ vero mãsuetudinẽ signat Est eñ hõ naturalit aial mansuetum atq; ciuile: quia igit foris in incessu. fmone et gestu mansuetudinẽ siꝫ̃atã oñdunt. ear facies quasi hoies phibent. Sed caueat sibi agricolus simplex: ꝛ audiat psiliũ Salomõis puerb. ij. dicẽtis. Si intrauerit sapiẽtia cor tuũ. ꝛ scia aie tue placuerit: consiliũ custodiet te: ꝛ prudẽtia seruabit te. Et sequit vt eruaris a muliere aliena ꝛ extranea que molitur fmones suos.

De tertio quaternario malignitatũ q̃ pcedũt ex vanitate. Cap. III.

Tertio q̃z alie q̃ttuor malignitates vanitatũ supaddũtur. Prima dr carnalitas. scda mordacitas. tertia necessitas. quarta ẽ leuitas. Prima eñ ẽ carnalitas: quia eñ mens hũana lasciuis cogitationib⁹ plena ẽ: ideo lasciuã atq; luxuriosam vitã hre oportet: ꝛ hoc indicat Job. cũ subdit dicẽs ꝛ habebãt capillos mulierũ: capilli etenim muliebres cogitatiões signãt lasciuia plenas. In but⁹ mystẽriũ mulieres lasciue ꝛ vane: non tñ capillos suos mira diligentia ꝛ medela albos seu aureos reddũt. verũetiã alienos mira arte pfectos ad ornatũ capitis sui vsurpãt q̃ q̃ti crimis sit i sermone. xlvij. de religione xpiana ar. j. patere põt

Secda ẽ mordacitas. Naturale vtiq; ẽ vt lasciuus in vita dissimiles sibi pestifero mordeat dente detractionis. vocãs illos vel illas hypocritas. ꝛ gabadeos: i õ de talib⁹ subdit dicẽs et dentes ear sicut dentes leonũ erant. Solẽt eñ tales ꝛ pdicatores ꝛ quocũq; lasciue vite ear ꝛ vane reprehensores dura detractione mordere indiscretos illos iudicando ꝛ duros. Leo enim supbũ aial est: habet os fetens mordaces dentes ꝛ voraces: p quẽ merito denotat mens carnalis ꝛ impaciens: vana ꝛ supba cui⁹ os fetẽs est: ꝓpter alior diffamatiões: dẽtes mordaces habet: ꝓpter murmuratiões: voraces ꝓpt impias et crudeles detractiones. vocat eñ q̃q; in. 4õ. vnũ pfessorẽ: qui non psentit vanitatibus suis: vel vnũ pdicatorẽ: qui reprehendit scelera eor. iõ de tali spũ detractõis dicit Ezech. xix. Leo factus est didicit rapere pdam ꝛ comedere homies. Tertia est necessitas. Naturale siquidẽ est hoiem assuescere his que sibi placent. qz eñ vanitas in mũdi delectationib⁹ cõuersat. ideo quasi ineuitabilẽ psuetudinẽ atq; necessitatez induit mundanor: sicut testat ps. dicens: Fiat ei sicut vestimentũ q̃ opit ꝛ sic zona qua sp pcingit: ꝛ de hoc etiã addit in figura et habebãt loricas sicut loricas ferreas. Multitudo eñ mulier vanar q̃ seipas ineuitabiles induunt vanitates: et se ꝛ alios ad inferos trahunt in loricis ferreis designant. difficilimũ q̃dem est mulierẽ in vanitatibus enutritã exuere vanitates: sed nunq; corigit multitudo earum nã altera alteraz retinet ne vanitates relinquat sicut anuli ferrei se retinent in lorica: vñ multitudo mulierũ vanarũ dici põt lorica: dyaboli vanitatũ. sicut ꝺ illo Ecci. xliij. dr. Requiescit sup oẽm pgregationẽ aquar ꝛ induit se aquis sicut lorica Quid eñ defluentes aque denotãt nisi fragiles pr̃os in quaslibet vanitates ꝛ lasciuias defluentes: sicut Apoc. xvij. dr. Aque mr̃e pr̃i multi. Sup has igitur aquas vanitatis dyabolus requiescit: cũ taliũ generalẽ emendationẽ difficilimã pspicit: scienq; induit se aquis quasi lorica qr altera alterã ad hãc psuetudinẽ trahit ꝛ tenet. ideo Eccls. j. dr. Peruersi difficilimũ corrigũtur Ratio est. qr alior exemplorũ in talib⁹ excecant necad pcti cognitionez ꝛ detestationẽ sinũtur puenire. Vñ Bern. Voluptas habita libenter repetit: repetita blanditur: psuetudo ligat. ꝛ rõ cõsopit: sed quõ talia corrigũtur i fmõis pñtis fine patebit Quarta est leuitas ꝛ in pstantia. Vanitas eñ mentẽ facit leuem: ꝛ in oi ope suo in cõstantẽ. dum ad q̃libet mutationez rerũ quasi varijs flatib⁹ rapit in diuersa. ꝛ hoc recte sequit ad maliciã pcedentẽ: nã mens que difficilis est in bono pmptissima est ad malũ Est eñ sicut peluis i aqua vel sicut molendinũ ad ventũ: aut sicut nauicula in mari sine remige aut sine velo: aut sic pulueris ante faciẽ venti. sicut ait ps. Erit tanq; pulueris quẽ pjicit ventus a facie terre. Et de ꝫ subditur: ꝛ vox alar ear sicut vox curruũ equorũ multor currentiũ in bello. Ad vnam eñ vocem ꝛ voce velocius ad fenestras ꝛ vana spectacula currunt: atq; manicar seu opez alis in varios mutat effectus: nũc hilares nũc tristes nunc placate nunc irate: nũc psumẽtes nũc vero despantes. hodie sequũtur vnã vnitatẽ cras adinueniunt aliam. imo q̃q; in die vna q̃q; plures. vt merito psiles passiones ꝛ vanitates vo

lubilitate curruum currentium denotentur.

De qrto quaternario malignitatū quē producit vanitas mundi.

Capitulum.iiii.

Quarto alie quattuor malignitates subinferūtur. Prima dr bestialitas secūda crudelitas. tertia insēsibilitas. qrta est seruilitas. Prima ē bestialitas. cum enīz deus sine cauda esse phibeat. formās hominē de limo terre ad imaginē suā t ad simlitudinez xpi formauit illū. vt dr. Gen.ij. Dyabolus aūt cū et caudat⁹ sicut Apo.xij. dicit eo q cauda sua traxit tertiā ptem stellaz celi sup terrā ideo sibi hoiem t mulierē nitit toto cozde sibi pformare. quod iam fecit homini ensē p cauda atq mulieri in veste caudā elongando. sicut sermo. xlvij. d religione xpiana. arti.ij. p totū dictū est vt verificet qd de hoc ppheta ait. Hō cū in honore esset nō intellexit tc. Et subdit t habebāt caudas. Sed qz de tali bestiali vanitate nō perpēdūt vane mulieres: nisi in pūcto mortis. qñ in plerisq taliū est penitētia sine fructu: ideo sb inferk. sicut caudas scorpionū. de cuius pūctura vix homo ppendit: nisi qñ hō incurrit piculū irremediabilis necis. Quid p caudā q scorpionis est finis: nisi hois vltim⁹ finis? quē diabolus infernalis scorpio semp p suo libito cōcupiscit t qrit. Juxta qd dñs Gen.iij. de serpēte ac mulere ait. et ipse insidiabit calcaneo tuo. id ē fini vite tue. Secunda ē crudelitas. Tanta ē enī inconsiderata seuitia vanitatis. vt vñ. id ē ex quo lucro veniūt caude t cetera corpis ornamēta non penset: solū id cogitat ad hoc afficitur: in hoc sollicitudinē suam ponit. vt sit oi decori ornata. sed qz plerūq de impio lucro talia fiunt. Jō Jo. subdit. Et aculei in caudis earuz qz de aculeatis: t pungentibus lucris cōmuniter talia vana fiunt. Tertia ē insensibilitas. quinq enī sensus humane mentis: in quib⁹ anima etiā in p̄senti vita debet in dño delectari. scilicet gustus t visus de quib⁹ psal. ait Gustate t videte quoniā suauis est dñs. Audiā etiā de q psal. ait. Audiā q̄d loquat in me tc. Odoratus de q Can.j. dicit q sponsa ad sponsū ait. Trahe me post te curremꝰ in odorē vnguentoz tuorum Et tactus de q iteꝝ psal. ait. Mihi autē adherere deo bonū ē. Sed quia hi sensus in vanis mulierib⁹ et in illas diligentib⁹ p mundi vanitates a quinq corporis sensib⁹ absorbent iō ad oia spūalia atq diuina insensibiles fiūt atq deficit in eis ois sensus ad qd vti q facti sūt. scz diuinus sens⁹. Et hoc ē qd Job. subdit Et potestas eaz necere hoib⁹ mensib⁹ quinq. quicq enim mensib⁹ nocent. quādo cū vanitatib⁹ mulieres nō tantū sibimetipsis obsunt: sed etiā in se t in alijs in huiusmodi vanitatib⁹ placētibus omnem diuinū sensū obruūt t confundūt. atq ad omnia q̄ dei sunt insensibiles reddunt. sicut dicitur. Sapientie.iiij. in pstantia concupiscētie trāsuertit sensum t cap.iij. de vanis mulierib⁹ ait. Mulieres eoz insensate sunt: qz scz nullus gustū seu intellectū de deo habēt. nullius virtutis t gratie odorē pcipiunt: nulli vocatiōi diuine porrigūt aures Tales vo sunt vñ ps. ait. Oculos habent t nō videbunt tc. Et iteꝝ apls. j. Coz.ij. Talis hō nō pcipit ea q̄ sunt spūs dei Stulticia enī ē illi. Quarta ē seruilitas per hanc em vanitatis pestē dyabol⁹ i vana mulierē oēs exterminat grās t virtutes: p ipam nēpe vanitatē mentē ipius sibi clausā primo aperit vt per eā in ipam tā sibi aptā libere possit ingredi. ideo talis vanitas mulieris t cōplacētia el⁹ caput est serpētis antiqui: qd Gen.iij. cōteri p ceptū ē: nā vt pmū absq ipedimēto i mēte mulieris fuerit introductū totū corp⁹ ei⁹ illabit: cuz non sentit. sicut dicit Greg⁹. Et ideo de talib⁹ mentib⁹ in q̄bus tā dyabolus triumphalit regnat subdit in figura: t habebāt in se regē angelū abyssi. i. dyabolū q̄ tales aias regit. sed quez effectū in talib⁹ mittēte dño habeat subinfigit cū dicit: cui nomē hebraice Abbadon grece apolyon: latine habens nomē exterminās: quia ppter vanitatū crimia multa spūalia corpalia t tpalia bona exterminant in multis talibus.

Articulus. tertius de multitudine offensionum t flagellorū que sequuntur ex huiusmodi vanitate.

In tertio quidē mysterio oñdit ip̄aruz vanitatū terminus criminalis: est enīz talis vanitas. Primo iniqua cōtra celū: secdo iniqua ptra pximū subiectū. tertio pnitiosa ptra primū. Proinde hoc ꝓsiderans ps in. iiij. ait. admiratiue tales aias interrogādo. Filij hoim vsqquo graui corde: t ut ppter primū. vt quid diligitis vanitatē t ut ppter secundū. t queritis mendaciū t ut ppter tertiū. Qd verbū potest esse aliud thema.

Qd vanitas propter septē eius iniqtates. omnibus celestibus ē aduersaria.

Capitulum.i.

Prima enī vanitas iniq est ptra sūmū celū. Celū surs̄ū t terrā deorsum. i. mens vana. vñ ps. increpatiue atq admirative querit. Filij hoim vsqq̄ graui corde: dicit enī filij hoim: scz rōnabiliū. Jō magis culpandi estis q petis tā grauiē ptra celū: seu filij hominū. scz primoz pentuz. i. imitatores eoz: non dei: vsqq̄ graui corde. scz pseuerantes eritis? Septē nanq iniqtates grauant vanū cor ptra celū ex vanitatibus suis. Prima iniquitas di-

citur emendationis seu correctionis. Secda inflã mationis. tertia lenocinatiõis seu fornicatiõis quarta cõfusionis: ḡnta derisionis: sexta affli/ctionis. septima transgressionis. ¶ Prima eñ iniq̃tas cor vanuz grauãs ꝓtra celũ est emẽda tionis. ¶ Mulier nẽpe vana deũ qui creauit eã quasi nõ bñfecerit ea cõtendit suis vanitatibꝫ emẽdare. quasi dño ꝑ opeꝝ euidentiã diceret. Bñe tu creasti me in gratia: ⁊ ego faciam me al bã: tu me rudã: ⁊ ego politã: tu croceã ⁊ ego ru beã: tu artã frontem ⁊ ego latã tu paruũ caput et ego magnũ: tu capillos dedisti mihi paucos et ego supaddã multos. dedisti mihi nigros: ⁊ ego mihi faciã albos: tu breues et ego longos feci mihi me puã ⁊ ego faciã magnã me. tu macilẽ/tam et ego bombice fulcitã: creasti me sine alis ⁊ cauda ⁊ ego me deformabo alatã ⁊ caudatã. O supba temeritas vani cordis audi Esa. xlv clamantẽ. Ue q̃ ꝓtradicit creatori suo. Nonne mentiris qñcũ q̃ orãdo dño dicis. Fiat volun tas tua sicut in celo ⁊ in terra. dic nõne ope cor rigis creatorẽ ⁊ facturã suã emendas? O ꝑsum ptio vane mentis. Audi Cyprianum vt refert Aug⁹. in. iiij. lib. de doctrina xp̃iana: si q̃s pin gendi artifex vultũ alicuius ⁊ spẽm ⁊ corpis q̃ litatem emulo colore signasset. ⁊ signato iã ꝑsũ mato q̃ simulacro ali⁹ manus inferret. vt iaz formata iam picta quasi pitior reformaret. gra uis priꝰis artificis iniuria ⁊ iusta indignatio videret: tu te estimas impune laturã tã impro be temeritatis audaciã dei artificis offensaz vt .i. et. si eñ ipudica circa homies et incesta fucis lenocinijs tib⁹ non suis corruptis violatisq̃ que dei sunt peior adultera detineris. q̃ ornari pu/tas q̃ putas comi: impugnatio ista ẽ diuinum op⁹: ꝟuaricatio est veritatis: ⁊ ibidem allegat Aug⁹. ⁊ Ambro. dicentẽ. Hinc illa nascuntur incẽtiua vitiorꝫ ⁊ quesitis ora pingãt dñ viris displicere formidãt ⁊ de adulterio vult⁹ medi/tenꝫ adulterium castitatis cõtra quos etiã ait. Hiero. qua fiducia erigit ad celos vultus quos cõditor nõ cognoscit. vñ fatuis virginibꝫ q̃ foris gl̃iam mundi q̃sierũt Mat. xxv. dictũ ẽ cuz q̃ rerẽt a dño gl̃iaz padisi. Amẽ dico vob nescio vos: sic etiã testaꝫ ps̃. dicens. Bñe in ciuitate tua imaginem ipoꝝ ad nihilũ rediges. q̃non aparebũt in celis. ¶ Secda vanitas iniq̃ cor dis est inflãmatio: nã inflãmanꝫ ꝑ tales mulie/res vanas tẽpla dei q̃ sunt aie ⁊ corpa xp̃ianorũ: ꝟ Paulo attestante. qui. j. Cor. iij. ait. Tem plũ dei sctũ est qđ estis vos. vbi glo. dicit q̃ q̃ libet fidelis tẽplũ est spũsscti in baptismo dica/tũ. vñ plus diligit deꝰ vnũ tale templũ spiale q̃ oia corpalia tẽpla mũdi: cũ ꝑ omibꝫ mundi templi repandis incarnatꝰ pegrinꝰ ⁊ passus ñ fuisset xp̃s. q̃ oia ẽm doctores ꝑ solo vna redi mẽda aia ꝓficisset. vñ ps̃. in spũ ꝓtemplãs pñs tps in q̃carnales ⁊ vane mulieres cuz meretri/ceis ornamẽtis accedũt ad sacratissima loca et incendũt spũalia tẽpla dei. i. aias atq̃ materia lia tẽpla ꝓphanãt clamore spũali has psal. ac/cusabat dicẽs. ps̃. lxxiij. Incenderũt igni sctũ/ariũ tuũ in terra. i. aias iuuenũ illas in eccl̃ijs i sipientiũ: polluerũt tabernaculũ nois tui. i. ec/clesiã ꝓsecratã qđ ẽ tabernaculũ nois dei vbi i/uocaꝫ diuina salus. i. nomẽ dñi nr̃i iesu xp̃i qđ quidẽ tabernaculũ polluerũt: cũ tot fornicatio nes in tali ꝓsecrata eccia corã deo ⁊ btã ṽgine ⁊ sctis eiꝰ openꝫ q̃ ꝓcupiscẽdi se causas ꝑstent iuuenibꝰ. sicut patz ex̃ de iniurijs ⁊ dãnis. c. si culpa. vbi dr̃ q̃ occasionẽ damni dat dãnuz de disse videt. ⁊. ij. Esdre. iiij. Templũ incendẽrt ydumei. i. sanguinei. hoc ẽ mulieres carnales ⁊ luxuriosi affectus in sanguine designati. naz tales mulieres vane sicut ad luxuriaz accẽdũt mares: ita q̃ accendũt semetipas. vñ ad tales. Esa. l. ait. Ecce vos accẽdentes ignẽ alioꝝ: ac/cincti in flãmis scz luxurie estis. Sed pl̃eq̃ eaꝝ dicẽt se non habere hanc maculatã intentiõez. ad quas ego dico. nec gladiꝰ corruptam habet intentionẽ quãdo cũ illo necaꝫ quisq̃: ꝑ solum mõ vtens eo. Sic in ꝓpsito demon est qui ad animas pimendũ quasi venenato mucrone va na vtiꝫ muliere. Sed ampliꝰ dicã. licet enim in hoc nulla cõcurrit intentio mala: cũ tñ ex ꝑ mꝫ taꝝ animaꝝ ꝓditio subsequaꝫ: qui tantoꝝ ma lorũ ꝓestat occasionẽ eterna morte dignꝰ meri/to reputaꝫ. sicut in ꝓallegato ca. si culpa mon=stratum est. In huiꝰ mysteriũ Exod. xxij. dici tur. Si egressus ignis inuenerit spicas et aprehenderit aceruos frugũ siue stantes segetes in agris reddent damnũ qui ignem succenderint. Tũc nempe ignis egrediꝫ cũ effrenate vanita/tis occasione ꝓcupiscentie causa daꝫ. tũc quip/pe aprehendit spicas vel aceruos frugũ: q̃n ex data occasione anime igne ꝓcupiscẽtie succen/dunꝫ. Unde sicut supra dictũ ẽ ad satisfactiõez merito obligãtur. ¶ Tertia iniquitas vani cor dis est fornicatio: cũ eñ xp̃s sit legitimꝰ aniaꝝ sponsus: quot animaꝝ vanitas mulieꝝ causa est ruine: tot spũaliũ fornicationũ talis mulier potest dici ruffiana. totq̃ sponsas fornicatricꝫ alienat a legitimo sponso xp̃o. Siquis magni/ficus impator vilissimaz iuuenculã destercore erigeret ⁊ i sponsã despõsaret legitimã atq̃ eaz impiali sublimitate ditaret: et hanc quedã mu lier vt peccaret cũ altero seducere conaret: cuz ad noticiaz impalis maiestatis id veniret q̃to suplicio iuberet illã dãnari? et tu vana mulier estimas impune transire q̃ quottidie tuo leno/cinio vanitatis: nõ vnã tantũ sed multitudinez animaꝝ legittimo tuo sponso xp̃o in multipli/

cē fornicationē seducis quas sponsas xp̄s suo pretiosissimo sanguine redemit. ⁊ elegit eas de stercore originalis peccati: erexit ⁊ gratijs multiplicib⁹ sublimauit. Sed sup has oēs impias mulieres nequiores sūt ille q̄ ad monasteria sanctaꝝ sponsaꝝ xp̄i cū hmōdi vanitatib⁹ ⁊ lasciuijs cū cōmessationib⁹ ⁊ choreis atq; carnalib⁹ cantinellis accedūt: ⁊ cū in talib⁹ monialib⁹ sit fragilitas carnalis ⁊ paucitas sepe spūs: immo quādoq; carnis rabidus appetit⁹ quantaꝝ ruinarū illuc taliter accedētes occassiones p̄stent hōestius ē tacere q̄m id seculo ꝓpalare. O impie insensate mulieres. O impie ⁊ insensate matres O sorores o cognate o taliū monialiū fratres ⁊ consanguineitas tota que p̄dictaꝝ sceleratarū dissolutionū in locis sacris. ⁊ sepe in tempore sancto psonis sacris ⁊ deo dicatis occasio sepissime estis. Nōne carnis vestre ⁊ deo legittime despōsate horrendos lenones vos considerati vbi vigiles deberetis esse custodes. ¶ Quarta iniquitas vani cordis est confusio scz quā vāe mulieres in ecclesijs corā beata virgine operantur. Cum enim sepe ecclesie sint ad honorem beate Marie virginis consecrate: vel dedicate vel ad minus in qualibet ecclesia sint imagines marie virginis venerate: qua temeritate o mulier vana p̄sumis corā illa cū tot carnalib⁹ ⁊ lasciuis vanitatib⁹ apte cōpere: q̄ audatia illi approximare. qua stulta p̄sumptione audes ad illam p̄ces fundere. cū tibi inp̄cationib⁹ maledicat q̄t vanitatib⁹ impijs ⁊ passib⁹ iniq̄s ⁊ alab⁹ a te pemptis: ⁊ filio suo ablatis sue ecclesie vel imagini approp̄inquās: q̄n etiā in mūdo viuēs omnino carnalis vanitatis tanq̄ pudicissima ⁊ honestissima virgo fuerit inimica. et hec ⁊ talia ppie in ꝓfusionē sue hōestatis sanctissime agere videaris. Audi q̄d de te Eccī. xxxv. ait. In spem mulieris vane ira ⁊ irreuerentia: ⁊ ꝓfusio magna ꝓginis matris dei. Non igr̄ mirū si illi tam terribiliter maledicat. Quinta iniquitas ē derisio. s. btōꝝ apl̄oꝝ et alioꝝ sanctoꝝ atq; sāctaꝝ: q̄ tanto zelo oia vana mundi et carnalia despexerunt. vt mortē potius eligerent q̄m talibus adherere. O gīosa katherina o agnes btā. o lucia o Margaretha ⁊ Barbara ceteriq; scti et sancte dei cuz hec tales aspectu ⁊ habitu meretricēs in vestris solennitatib⁹ adeunt templa vestra cū tot offensionib⁹ sponsi xp̄i ⁊ dei. cū tāta p̄nicie animaꝝ. cū aduersario vestre vite ꝓtēptu: quā illis gratiam impetratis. quā complacentiā de accessu illaꝝ habetis: imo q̄m odiuz erga illas: ⁊ q̄m abominatio vobis sit videre vanitates eaꝝ facile q̄s inteliget ⁊ aduertet si vestram honestatē: pudicitiā: odiū: vanitē atatq; humilē mūdi cōtēptū. ⁊ haꝝ elataꝝ atq; effrenataꝝ carnalē affectū atq; aspectū ⁊ domini sui et sctōꝝ ei⁹ despectū pensetur. Licz quidā pictores carnales ac vana gīosis mūdani ⁊ auari vos sepi⁹ pingāt atz oleriq; sculpēt, falsissime veluti meretrices: ꝑ veniet vtiq; tp̄s qō verificabitur qō Bap̄. dr q tales gemētes p̄angustia spūs dicent intra se pniam agentes: hi sunt q̄s aliq̄n habuim⁹ in derisuz ⁊ in similitudinē imp̄roperij. ¶ Sexta iniq̄tas afflictō scz sctōꝝ angeloꝝ dicit: sic testē: xp̄o Lu. xv. Gaudiū ē angelis dei sup vno pctōre pniaz agente: sic ⁊ illis tristicia ac dolor de aie iuste auersiōe. Cū em̄ ex mulieris vanitate tm̄ multiplicet culpa. exaltet sup bia, annihilet, gr̄a. vilipēdatur xp̄i passio acerba. dstruatur eccia: ineficax fiat eoꝝ custodia. pdat gl̄ia ⁊ acquirat eterna pena: q̄tū putas illos sctissimos angelos de oib⁹ ꝓtristari: ac p ꝓsequēs oēs tales mulieres ⁊ earuz vanitates horrere: qō p̄uidēs in Esa. xxxiij. ait. Angeli pacis amare stabūt. iō. j. Coꝝ. xj. apl̄s ait. Debet mulier velamē hr̄e sup caput suū ppt angelos. i. ne aie illis cōmisse ꝓtaminent ⁊ ip̄i ꝓtra tales mulieres acrit̄ ꝓturbent. Septia iniq̄tas dicit trāsgressio sctāꝝ ⁊ iustarū legū. Solēt em̄ dñi p̄uidere: p leges ac statuta ne tāta vanitatū supfluaꝝ expensaꝝ in suis patrijs abusio inualescat: intelligētes q; nō solū in offensionez ⁊ in detrimentū aiaꝝ: verū etiā q; ex causis multis in graue dispendiū veniat ciuitatū ⁊ patriarū. vñ q̄ tantaꝝ sctāꝝ ꝓstitutionū statutaꝝ et legū fuerit trāsgressor ⁊ fractor p̄m Alexandr̄ de halis in. iij. ⁊ p̄m Tho. scda scde q. lxxxvj. mortalit̄ peccat. ix. dist. c. quicūq;. cū hmōi leges vim habeāt a lege eterna a qua diriuāt. sic ē ipamet sapia dei Prouerb. viij. ait. p me r̄ges regnāt ⁊ legū ꝓditores iusta decernunt: imo si ad q̄s ptinet p leges ⁊ statuta ac p obseruātias earum negligūt p̄uidere: rei in ꝓscia apud dominū oim illoꝝ iniquitatū recto dei iudicio reputant. sic dr. lxxxvj. di. c. faciētes. non caret scrupulo ꝓcessionis occulte: qui manifesto facinori desinit obuiare. Hec ibidem.

¶ De septē nocumētis per que probatur talis vanitas esse nociua proprie persone. Cap̄m. II.

Secūdo talis vanitas est nociua ppr̄io subiecto: vñ admiratiue ⁊ increpatiue tales vanas feias interrogat p̄s. dicēs Ut quid diligitis vanitatez: scz q̄ vobis nociua ē? Septē nēpe nocumēta opat̄ vanitas contra ppr̄iā p̄sonā illa scz abutente. Primū dicit elatio. scōm vagatō: tertiū abominatio: quartū obligatio: q̄ntū molestatio. sextū ruinatio: septimū diffamatio. ¶ Primū inq̄ nocumentum quod opat̄ vanitas ꝓtra p̄sonā vanā elatio est cum em̄ ex supbia vanitas oriat̄: necesse est vt

De vanis mulieribus

ex vanitate elatio subsequat. Superbia em̃ ē interius in affectu: sed elatio ē exteri⁹ in effectu. sicut de q̃busdã exp̃mit ap̃s ad Ro.j. dicẽs Superbos elatos: vanitas igit duplex officiũ hz in mẽte vana Primũ ē superbiã demõstrare: scõm est elationez a superbia generatã enutrire. Prio em̃ vanitas habet intrinsecã cordis superbiã demonstrare. sicut Hester.xiiij.attestat .tu scis dñe q̃ abhominer signũ superbie ⁊ vanitates q̃ quelibet vana mulier est superba. Audi igit o mulier vana ⁊ superba: q̃d Ecci.x.dicit. Initiũ hois pcti ē superbia: ⁊ q̃ tenebit illã replebit maledictis.i. pctis. Ex quo ptz q⁹ mulier superba ⁊ vana oĩb⁹ vitijs adimplet Nõne desiderat videre pulchra? ecce vana gl̃ia: nõne crutiat siq̃ pulchrior vel sibi similis reputet. Ecce iuidia dolẽsq̃ p̃ iuidia irascit ꝓtra illã quã pulchrior ē vel cõsilem sibi videt: ecce iracũdia: Cunq̃ illã in pulchritudinẽ supare nõ possit: nascit in de accidia: mens aut̃ eius tristis ⁊ accidia plena cũ diuina dulcedine sit p̃uata consolari querit p tpalia bona: ecce insatiabilis auaricia Cũ aũt pulchritudinẽ cõseruare vel augmentare desideret: q⁹ vñ habet corpus per gulã fouet: ecce gula: Cunq̃ gula delitijs enutrit: necesse est in fetidã luxuriã ruinare: ecce iã verificatũ est: quod Lu.xiiij.dr. Qui se exaltauerit sczp superbiã: hũiliabit sczp luxuriã: Hui⁹ smie est Greg⁹. xxj. Moral. Secũdo cõsideremus quõ vanitas habet elationẽ a superbia generatã nutrire ⁊ demõstrare. Audi Esa.iij. Qui de q̃busdaz vanis ⁊ elatis mulieribus ait. Elevate sunt filie syon ⁊ ambulauerunt extẽto collo: et nutibus oculorũ ibãt ⁊ gaudebãt ⁊ ambulabãt pedib⁹ suis: nõ modesto cõposito gradu incendebãt q̃ oia elationis manifesta sunt signa Felix ergo qui cũ tali muliere elata ⁊ superba poterit ꝓuersari: vñ versus. Fastus est in pulchris sequit superbia formã Scõm vero nocumẽtũ ē vagatio ⁊ tpis pditio: tãta nẽpe mẽs vanitate aia talis mulieris replet: vt apud pp̃riaz domũ ꝓsistere nequaq̃ possit: nisi vt ibi ornet ⁊ decoret ⁊ suã pulchritudinẽ itez atq̃ itez i/mo septies ante dom⁹ sue exitũ speculet. dum q̃ ibi corpe manet vaga mẽte in nullo occupatur nisi vel q̃ vacat ocio de fenestris seu ostijs seleccatorib⁹ suis oñendo: vel se ornat fucis. Quis aũt exp̃mere posset tps quo vel ornat caput vel corp⁹ aut faciẽ suã in speculo arte componit: ibi cõremplãs qualiter formet oculos lõgos ⁊ graues qua oculi pte p̃spiciendi sunt iuuenes amorosi: qua lubrica gesticulatiõe detrahendi: quis faciẽ suam deceat risus vel corpis gressus. O si tanta diligenti solertia atq̃ tanto tempe studerent placere deo q̃ta student placere mũ do: tanta sanctitate pollerẽt q⁹ quodã/modo multas sanctas virgines suparent. Demũ compta vt similitudo templi: imo vt verius dicam quasi meretrix pstibuli egredit ista demũ adit dei templũ. querit spectacula cũcta instabilis dissoluta et vagabunda. De quo p/uerbio.v.dr. Pedes eius ascẽdunt ad mortez et ad inferos gressus illi⁹ penetrant ꝑ semitam vite non ambulant: vagi sunt gressus illi⁹ et inuestigabiles. Et capitulo vij. idem itez de illa ait: vaga garrula quietis impatiens: nec valẽs in domo cõsistere cum pedibus suis: nũc foris. nunc in plateis nũc iuxta angulos insidiãs Ad quaz Hieremie.xxxj. dicit. Usq̃quo delitijs solueris filia vaga? Quidam de sanctis patribus cum vidisset cuiusdam mulieris vage ornatum flens alta voce ad dñm ait. Ignosce mihi omnipotens deus qui in hac muliere vnius diei ornatus: toti⁹ vite mee supat industrie ornamenta. Et iterum abbas pambo vidẽs i alexãdria mulierẽ ornatã ad quam dominus p̃sens in heremo descendebat amare fleuit et causam fletus interrogantib⁹ aperiens ait: duo me mouent ad fletum. vnum perditio eius: secundo quia non tantum studeo placere deo: q̃tuz ista studet placere mundo. Item hic transeo dẽ elemosynis ac pijs operibus. quibus tales vanitãtes amãtes sepe aduersant. nam que indutta erit sericis vestib⁹ atq̃ deauratis fulcita lapidibus p̃ciosis ornata: vanitatibus multis ⁊ aureis ⁊ argenteis: ⁊ alijs care emptis rebus si videret in transitu suo magna necessitate egentem non daret ei obulũ. Ad missam raro vl nũ quã accendit lumen: tantũ q̃ duz ornat incedit vel in ecclesia cõmorat raptum est cor eius cernentibus complacere. vt sepe dum est i missa ne dũ videat si sibi deficit lumen. verumetiã non aduertit cum eleuatur dominicũ sacramẽtum quomodo ergo pauperem perpendit egere in via: Et quod dementius est si quãdo talis mulier vana casu venit ad mortem tunc etiam abutitur pietate: nam vestes cum quibus multas spurcitias ⁊ peccata ⁊ scelera in ecclesia et alibi pluries perpetrauit quas horrere deberz sacris altaribus induendis seu ad faciendum planetas aut ad alia ecclesiastica pamenta relinquit: quasi a sacrato suo corpore non liceat nisi ad sacra mysteria transferri: et in signũ q̃ velit illa abuti post mortẽ sicut abusa fuit in vita statuit ibi sua arma apẽdi. imo q̃q̃ in testamento reliquit q̃ de suis crinibus derelictis cõficiatur corda ecclesiastice nole: vnd dicit Ecclesiastes quoniam quomodo verum dicis: Vanitas vanitatum ⁊ omnia vanitas. Tertium mulieris vane nocumentũ est abominatio Abominat em̃ de⁹ omẽs oraciones ⁊ supplicationes ⁊ postulatões suas. vnde apostol⁹. j. ad Thimo

ij. ait. Volo mulieres ornare i habitu ornato cuz verecundia z sobrietate ornantes se non in tortis crinib⁹ aut auro aut margaritis aut veste p̄ciosa. sed quod decet mulieres p̄mittētes pietatem p bona opera. Sup quib⁹ verbis glo. ait Sup bus habitus non impetrat. Sed nōne egēt huiusmodi vane femine plus q̄z alie gratias impetrare cū tot criminibus sunt irretite? qua tamē via gratiā et remissionē suoz peccami nū poterunt obtinere cū in eccl̄ia vbi solēt gr̄e impetrari in p̄ntia dn̄ici sacramēti ac aliaz multaz reliquiaz. et cozā gl̄iosa virgine et angelo⁹ dei sāctoz suis lasciuijs z vanitatib⁹ p̄mūt iuuenū aias xp̄i sanguine p̄ciosissimo redēptas? O si i ciuitate hac eēt mulier quedā q̄ in nulla solēnitate eccl̄iaz introiret: nūq̄d hereticā putarēt minus vtiq⁹ malū foret si vana mulier nūq̄ ad eccl̄iā iret: q̄ si in domo absq⁹ vanitate maneret Qz q̄ excusatione falerata se muniēt mr̄es q̄ nubiles filias in festiuis dieb⁹ qñ p̄ceptū ē audire diuina retinēt clausas: z tanq̄ anialia solū cozpe ipingenda absq⁹ nullo dei timoze vel sensu i domo nutriūt illas. z si qñ eas ad eccl̄iam ducūt veluti meretriculas illas ornātes in templi sedib⁹ statuūt eas: quasi bastialas in foro venales. Peccāt nempe qñ dieb⁹ debitis ad eccl̄iaz nō ducūt illas: sed grauiꝰ vtiq⁹ p̄ditoꝛē offendūt cū ad eccl̄iā ducūt eas quasi meretrices.

Quartū nocumentū vane mulieris est obligatio: scz ad restitutiōez dn̄i cui⁹ occasio est. detur q̄z q maritus talis vane mulieris habeat multa de male acq̄sitis. Vel que de iure ad satisfactionē sint obligata tūc si mulier nō consideras vnde talis suba venerit: aut q̄ tēdere sit necesse sit vltra dotis subuentiōez. multa in ornatu suo p̄sumēs. z sic reddit vir impotentem ad satisfaciendū: ipa sic non tm̄ peccat in talia p̄sumendo. verꝫ etiā de suis dotib⁹ aut de alijs q̄ licite acq̄rere p̄t satisfacere obligat. Dedit eñ efficacē occasionē illi⁹ damni. sed vt dicit extra de iniur. z dā. c. si culpa. Qui occasionē dāni dat damnū dedisse videtur: nec al's absolui seu saluari posset. iuxta illud ex de re. iur. li. vj. Nō dimittit pctm̄ nisi restituat ablatū. hoc nō p̄siderāt nec aduertūt mulieres vane z insensate. nec etiā multi p̄fessores eaz. sed de⁹ cūcta iusto iudicabit iudicio. Quintū ei⁹ nocumentū est molestatio. tantis deniq⁹ mulier vanitatū phaleris⁹ ad ornata cū leccatoꝛib⁹ se exhibeat p̄mptā cito adamat. difficile custodit q̄plurimi cupiunt nec facile tutū est in quo multoz vota suspirant. ali⁹ forma: ali⁹ malicia: ali⁹ facecijs. ali⁹ liberalitate molestat. Facile eñ expugnatur quod vndiq⁹ lasc̄essit. Arguūt nēpe venalem equū signa venalitatis in fronte: atq⁹ tabernam indicat circulus ante domū. scādaluz videntibus p̄stas. tuipe causa es molestie tue: adiuuet te saluatoꝛ: timeo casum. caue caue ite rū dico caue: fragilis es: et mundi atq⁹ demonū versutiaz atq⁹ p̄ditionuz ignara. amoꝛ quē tibi leccatoꝛ tu⁹ oñdit. scandalū tuū ē infamia tua. vituperiū tuū: p̄fusio tua occasio mortis tue. non solū spūalis sed forte etiā coꝛpalis leccatoꝛ tuus sicut p̄s. testat. Insidiat vt rapiat scz tibi oia supꝛadicta rapere pauperē iuuenculā et insipientem dum attrahit eam scz multipliciter alliciendo. Sextū nocumentū ē ruinatio: nūc aūt pphetia de te verificat. qua dꝛ Apoca. xiij. Cecidit cecidit babylon ciuitas illa magna: que vino ire sue fornicationis potauit omēs gentes. Babylon confusio interp̄tat et mulierez que seducta p̄pter vanitates suas cecidit in fedum luxurie opus manifeste designat: quia ex hoc omni p̄fusione digna ē Bisq⁹ cecidit q̄ clamat p̄pter duplicez eius ruinā scz p̄pter mentis consensum. z coꝛpis per luxurie opus: vel quia p̄mo cecidit a gloria dei. scdo cecidit a gloria et fama mūdi. quia licet videatur occultū non est tm̄. quia sicut dicit dn̄s. Mat. xij. Nihil opertū q̄ nō reuelet. Ciuitas iō magna nomiat p̄pter excellentiā elationis z sup bie sue Hec aūt vino ire fornicatiōis sue omēs gentes potabat: q̄n inebriantib⁹ vanitatibus z lasciuijs suis aspicientes ad luxurie insaniaz deducebat. vinum q̄z ire merito nuncupat propter multa mala iam dicta: et insup dicēda que ad indignationē z iram p̄tra illā vanā p̄uocat creatoꝛē. vnde ad talem vanā inebriatā mulierem aspicientes a dn̄o dicit Hiere. xv. Sume calicem vini feroꝛis hui⁹ scz lasciuiaz vanitatum z p̄pinabis de illo cūctis gentib⁹ z bibēt: scz per cōcupiscētie desideriū. z turbabuntur scz vt p̄ficient opus: et insanient: scz post operis cōplementū. Ideo ad te Babylon carnalis et vana. q̄a vanis leccatoꝛib⁹ in lutum fetide luxurie demersa es. Ad te inq⁹ sermonē suuz dirigit. xxxvij. c. Hirremias dicēs. Seduxerūt te et p̄ualuerunt aduersuz te viri pacifici tui. hoc est amoꝛosi sui demerserunt te in cenoꝛ: scz in luxurie fede: et in lubrico pedes tuos: scz ad iteꝛ ruinandum nisi p̄caueas in futurū Septimū nocumentuz mulieris vane est diffamatio. Maxima quidem etiam apud mundū mulieris diffamatio estimabitur. cum in muliere p̄dita honestatis fama nihilum remanet p̄ciosuz Licet eñ vir de luxuria diffametur z in hoc eius anima si vera sunt que dicunt detrimentuz maximum patiatur: apud seculū tamē ad multa vtilis esse potest: scz ad mercantias ad artes p̄ric cautelam ad iura z ad multa cōsimilia. At mulier cum veridice fuerit diffamata ad nihilū vltra nisi, vt mittatur foras et conculcetur ab

hominibus. Bath. v. Quatuor tamen cause esse possūt quare mulier siue vir diffamationem incurrit. Prima est ppria impudentia: secūda est diuina iustitia: tertia ē dyaboli astutia quarta ē dei misericordia. Prima diffamationis cā esse potest ppria impudentia mlieris qđ palam ostenditur Jhiere. iij. Frons meretricis mulieris facta ē tibi noluisti erubescere ideo scz diffamares vñ. Ecc. xvj. Fornicatio mulieris in excellētia oculor: ⁊ in palpebris eius agnoscit. Secunda causa ē diuina iustitia qua fit vt peccator in psenti ⁊ etiā in futuro seculo pfundat ppter scelera sua: vñ. Jhere. xvij. 6r. Duplici ꝓtritione cōtere eos dñe deus noster Et iteruz Naum. iij. Reuelabo pudenda tua in facie tua Tertia causa eē potest demonis astutia: q̄ quādoq̄ crimē in publicū deducit vt mens peccatoris desperet. ideo Jhere. in psona talis desperantis in. ij. c. ait Desperaui nequaq̄ faciā adamaui quippe alienos ⁊ sequitur causa. quō confunditur fur quando cōprehendit: sic cōfusi sūt scz tales. Quarta causa esse potest diuina misericordia qua fit vt qñdoq̄ peccatū alicuius manifestet: vt cōfusus ad dñm ꝓuertat vt dicitur Imple facies eor ignominia ⁊ querēt nomē tuū domine. Et alibi ipse ait dicens Dixit dominus ex basan ꝓuertam. Basan confusio interp̄tat conuertam in pfundū maris. id est cordis penitentiaz amaricati. Et iterū ad talē mulierē vanā atq̄ pfusam. Michee. iij. ait. Veni ves vsq̄ babylonem que cōfusio interp̄retatur: et ibi liberaberis ⁊ ibi redimet te de manib⁹ inimicor tuor. id est demoniorū ⁊ amasior tuorū. Ex hac eadem misericordia deus aliq̄n permittit vt mulier vana licet contra veritatez de turpitudinis ope diffamet: vt suas vanitates deponat ꝓpter quas fuit maxime diffamata: et merito quidē: vnde. j. ad Thimo. ij. sup illo verbo non in tortis crinib⁹ ⁊c: Glo. ait. Superbor habit⁹ nō rectafacit de se credi. Addūtur quoq̄ q̄ carnalis iuuenis qui de muliere vaga ⁊ vana desiderat id sperat: q̄ autē sperat id credit: ergo credit et sperat assequi q̄ de vana muliere animo ꝓcupiscit ardenti. id etiā cū socijs manifestat: desiderij implendi iudicia certi tudinis mōstrat. de illo se iactat: alter alteri palam facit. Interea simplex ⁊ vana mulier vt se corrigat ne cadat ex dei misedia diffamat. Ergo ꝓsideratis his septē malis ⁊ nocumentis q̄ vobis faciūt vanitates. vt quid diligitis vanitatem.

Qr vanitates mulierum et etiam aliorum tripliciter corriguntur.

Cap. III.

Tertio talis vanitas est pernitiosa contra ꝓximuum nisi per penitentiam corrigatur: Decipit em̄ ꝓximū. Ideo ppheta illā mendaciū vocat dicēs. Et queritis mendaciū .s. quo decipiatis ⁊ decipiami. Qroide talis vanitas correptione indiget. Tria em̄ sunt genera corrigentiū hominū vanitates Primū est cōscientiale: secundū ē iusticiale. tertiū est iudiciale

Primū igit̄ gen⁹ corrigentiū vanitates ē cōscientiale. In quo genere sunt oēs q̄ reducunt ad ꝓsciam vanitatib⁹ occupatos: int̄ qs sūt veraces ꝓdicatores: recti ꝓfessores: alij quicunq̄ iusti ꝓximi morū suor dilectores ⁊ correptores: quib⁹ omibus diuersimode tñ a domino. Mat. xviij. ꝑceptū est dicens. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eū ⁊c. Tal' vero correptio aliq̄d ꝓdest licet pax: quia pauci hoc fideliter agunt. Insup illis paucis pauciores pseueranter obediūt. quia in populis abijt timor dñi: vnde ps. ait. Non est timor dei ante oculos eor. Secūdum genus eor qui corrigunt vanitates ē iusticiale. In quo genere sunt ꝑncipes ⁊ dñi seculares seu quecunq̄ regimia secularia rectores ⁊ officiales ciuitatū atq̄ terraz q̄ omnes per leges atq̄ statuta ꝓuidere tenent tot vanis supfluitatib⁹ populor ex q̄bus tot sequunt mala sicut dictum est: aliter nō caret scrupulo concessiōis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. vt ptz. lxxxvj. di. ca. Faciētes: imo officiales ꝑiuri sunt nō faciētes iuxta posse seruare statuta ⁊ leges que ꝓtra talia ordinātur. q̄n ad hoc p iuramentū fuerit obligati. Talis correptio multū imo in sūmo ꝓdest. quia pli amplius q̄ cōscientias custodiunt bursas. Viror satis de dñis ⁊ rectoribus qui cum dei magno honore ⁊ sui atq̄ cum oñi lucro tpali ⁊ etiā spūali alior ⁊ suo cuz possint ꝓuidere nō curāt Tertiū genus corrigentiū vanitates est iudiciale: q̄ licet vt. s. ps. testat Deus sit iudex iustus ⁊ patiēs nec irascit̄ per singulos dies. tamen hodierno tpe per multa grauia iudicia aliter inemēdatas corrigit vanitates. ꝓpterea sepe patimur pestes guerras grādines et alias aduersitates sicut in fine. xlvij. sermonis de religione xp̄iana dictum ē plenius: ⁊ de hoc correptionis genere Jo. subdit. ve vnū abijt ⁊ ecce adhuc alia duo veniūt post hec. Tria siquidē clamat aquila volans per celū Apoca. xix. Ue ve ve habitantib⁹ in terra. scz vanitatib⁹ plena. que ve sūt guerre ꝓpestes ⁊ alia exterminātia subam tempalem. De his tribus ve iam abijt, vnum scz guerra vel pestis seu reuolutio status ⁊c. cōsimilia applica ad beneplacitū sed quia ꝓtemptorib⁹ deus semp addit grauiora flagella: ideo vno ve abeunte semper duo succedere facit: ideo subdit. Et ecce alia duo ve veniunt post hoc. Grauiorib⁹ enim

grauiores succedũt pene eo q̃ post graues graviores p̃cesserũt culpe: q̃tonempe grauior cõmittit culpa cum mens ad ꝓpositũ fuerit indurata: tanto ꝑm diuinã iusticiã necesse est vt etiã grauior supueniat pena: nõ que mẽtẽ est obstinatam flectat que se deo inflexibilẽ reddit sed que duritiã eius ꝓfringat sicut ait tanq̃ vas figuli confringes eos. Bens nanq̃ peccatoris deo rebellis q̃ leuiores penas ꝓtemnit: lõ condigne mereꝫ vt tanta succedat pena: q̃ta ad ipam cõfrigendã exigit sue duriciei culpa. Ex dictis iã patet vnde mundana vanitas originem sumpsit et quomodo eã diuinus spũs prefigurauit q̃ in quantã culpã q̃ penam mentes vanas adducit. A quibus omnibus eruat q̃ liberet veritatis amator formositatis donator: q̃ ad se redeuntibus pius susceptor: dñs iesus christus qui cum patre q̃ spiritusancto formosus p̃ filijs hominũ sup oia glorioſus q̃ benedictus viuit q̃ regnat in secula Amen.

Sabbato post dñicam de passione de laudibus virginitatis: q̃ duodecim domicellab⁹ matris dei.

Sermo XLVIII

Volumus iesum videre Joh. xij. et in euãgelio hodierno. Multitudinis deuotaꝫ virginũ charitate ardentiũ et sponsum suũ desiderantiũ atq̃ postulantiuꝫ: xp̃m verba sunt ista. Aiunt em̃ Volum⁹ iesum videre: nec vtiq̃ mirũ cuꝫ iuxta ꝓphete verbũ ipe sit speciosus forma p̃ filijs hoim. et in quẽ desiderant angeli ꝓspicere. j. pe. j. Ad hanc igit̃ visionẽ in p̃nti p fidem q̃ in futuro p spem nemo ꝓuenientus peruenire põt: q̃ mediãte virginis deuotione atq̃ affectione. Nam q̃to quis humiliter se sentit deuotiorem: familiariorẽ ad matrez christi: tanto maiorẽ spem habet in ea. acꝙ ꝓsequens in xp̃o huius spei maioritas excitat atq̃ inflãmat ad magis xp̃m amandũ et desiderandũ: q̃ ad magis etiã diligendum omia que sunt christi Sãcta igit̃ virgo mater est que cũ sit celi porta ad oia magnalia xp̃i animas sibi deuotas admiranda gratia inducit. Proinde ꝓpheta in ps̃. xliij. ait. Adducẽt̃ regi vgines ꝓ⁹ eã. Qđ vbũ potest esse aliud thema in p̃nti materia. In q̃bus sacratissimis verbis tres status sanctaꝝ virginũ beati virgini deuotaꝝ ꝓ ordinẽ describunt̃ Primus nature. secũdus gratie: tertius glorie Primus est status nature p̃parantis: ibi virgines. Secũdus ẽ status gratie ꝓformãtis. ibi post eam. Tertius ẽ status glorie premiantis. ibi adducent̃ regi. i. domino iesu xp̃o qui ẽ rex regum q̃ dñs dominantiũ. vt dicit Apoc. xix. ꝑ duos primos itaq̃ status pueniꝫ ad tertium: qui in verbo ꝓpositio a virginib⁹ postulatur cum aiunt. Volumus iesum videre.

Articulus. i. de triplici virginitate et de. xii. p̃conijs virginitatis q̃ q̃tũ virginitas matrimonio p̃feratur.

Primo circa p̃conũ v̄ginitatis considerandus est status nature p̃parãtis: quia ꝓpheta ait virgines: virginitas nempe prepat aiam ad videndum in p̃nti Jesum sponsum p fidem. q̃ in futuro per gloriam sempiternã. Triplex tñ virginitas distingui põt. Prima est corpalis. scõa est mentalis tantũ: tertia est mentalis q̃ corpalis. Prima ẽ tantũ corpalis de qua. xxxij. q. v. c. sicut em̃ Chrys. sup Math: ait. Multi em̃ corpore quidez castitati student adulteriũ quidtz cõmittũt voluntate cum dñs dicat. Qui viderit mulierẽ ad ꝓcupiscendum eaz iã mechat⁹ ẽ in corde suo. ergo voluntas sine opere frequẽter peccat. Et Hieron. vbi supra in ca. si paulus ait. cõtingit tamẽ ꝑm Tho. scõa scõe. q. xv q̃ cꝙ ex actu mentis cogitantis de corruptione carnis et intenderetis expiri delectatiõe carnis q̃ calo excitetur: et semen distillet q̃ tũc absq̃ dubio virginitas amissa ẽ. Si autem corruptio consistat in actu mentis consentientis: amittitur virginitas ꝑm illud formale quod habet in mente. non tamen ratione eius quod in ipa materiale est. vnde talis non potest dici virgo nisi materiale tantũ: et talis amissio v̄ginitatis repari potest nõ autem illa in qua etiã illud quod est materiale subtrahitur Scõa est virginitas tñ mentalis: vnde. xxxij. q. v. c. j. &. Qđ aũt pudicitia mentis violenter eripi non possit multoꝫ auctoritatibus comꝓbat̃ Est em̃ virtus animi que violentiam non sentit corpori nanq̃ vis infertur non animo: vnde quãuis corpus violenter corrumpat̃: si pudicitia mentis seruat̃ illesa: tamen castitas duplicat̃ sicut fertur btãm Lucã dixisse pascasio: si me inuitaꝫ feceris violari castitas mihi duplicabit̃ ad coronam. non em̃ inquinat̃ corpus nisi de consensu mentis: hec ibi. Tales tamen virgines licet virginitatem q̃ virginitatis laurcolam non amittant: tamen ꝓsecrari nõ debẽt. Cui⁹ ratio est. quia difficile est in illo actu ita reniti q̃ voluptas non alliciat ad aliquẽ consensum: vnde cũ de pleno dissensu ecclesie constare nõ potest ideo statutum est q̃ tales a consecratiõe debẽt humiliter abstinere. sicut ptz. xxxij. q. ij. ca. Ille autẽ famule. q̃. xv. q. j. Si quis non irat⁹. hꝰ sententie est thomas in. iiij. dist. xxxij. q̃ secunda scõe. cliij. Idem Albertus et Bonaventura. Sed q̃d de occulte corrupta cui⁹ cõsecratio

non potest sine scandalo intermitti. Dicendus scom Tho. ibi supra. q̄ occulte corrupte siue a viris siue ab aliq̄ cūq̄ modo velari nō debent qz ppter scandalū nō debet eccl̄ia sacramēta lia variare. Et sicut quidā dicūt pōt ad vitandum scandalū adhiberi aliqua cautela scz q̄ illa que nō sunt de substantia v̄ginalis veli fiant: sicut ē accensio cādelaz. z hmōdi occulte vitatis illis que de substātia sūt vtputa vera q̄ dicunt in impositione veli. z nomē virginitatis in nomē castitatis mutēt: z huic sentētie ꝓcor. Go. z ho. Tertia est virginitas mētalis z corpalis que videlicet incōtaminato corpe atq̄ mente in virginali pudicitia pseverat. vñ. xxxij. q. v. sicut em Crisō. sup. Matt. ait. Illa ē gloriosa continētia quā non trālsgredi pōt necessitas debilitatis corporis sed quā ꝓplectit voluntas sancti ppositi Secunda z tertia virginitas cōmendabilis est et magno ꝓconio exaltanda atq̄ sancto matrimonio ꝓponenda ē. Non tamē ppter arrogantiam in ꝓiugio positi vituperari debent. quia hoc phibetur di. xxx. si quis ppter deum: pōt tamen virginitas non tanq̄ ꝓceptū dari. ꝙ tanquā cōsiliū suaderi: vñ. xxxij. q. j. c. integritas corporis. Ambro. ait. Sola est em̄ virginitas que suaderi potest: impari non pōt: res est magis voti q̄ ꝓcepti. Hec virginitas per Ambro sūm in lib. de virginitate sic diffinit. virginitas est expers contagionis integritas. Et per Augustinū in libro de nup. z ꝓcupiscētia diffinit sic. Virginitas est in carne corruptibili. perpetua incorruptionis meditatio. Duodecim q̄ppe preconijs seu priuilegijs virginitas mrimonio prefertur: que sunt duodecim rationes q̄re est melior status virginalis q̄ matrimonij coniugalis: z possunt dici quasi duodecim stelle. i. corona alicuius virginalis vel duodecim lapides ꝓciosi: ponant prime quattuor Primo propter prioritatem: secūdo ppter societatez. tertio ppter localitatē: quarto ppter antiquitatē Addant alie quattuor. Primo ppter saluationem: secūdo ppter significationē. tertio ppter benedictionē. quarto ppter contemplationez. Subdant alie quattuor ratiōes. Primo ppter assiduitatē scōo ppē raritatē. tertio ppter durabilitatē: quarto propter fructuositatem.

De quatuor rationibus quare virginitas matrimonio ꝓferat Ca. I.

Ponamus p̄mas quattuor rationes quare virginitas matrimonio prefe ratur. Prima est propter prioritatē nam virginitas in statu innocētie a deo ordinata est. Nempe v̄go adā de terra virgine pnunciat creat⁹. vñ Gen. ij. dr. formauit igit dñs de⁹ hoiem de limo terre: z spiraculum vite spirauit i faciē ei⁹. Eua q̄ de virgine Adā formata ē. vñ Gen. ij. dr Adā nō inueniebatur adiutor similis sibi Immisit g̃ dñs de⁹ sopor in adā. cūq̄ obdormisset tulit vnā de costis ei⁹ et repleuit carnē p ea. et edificauit dñs de⁹ costā quā tulerat de adā in mulierē: z adduxit eā adadā. De mrimonio vero p⁹ virginitatē secuto. Gen. j. dñs ait. Crescite z multiplicamini et replete terrā. Qd quidē p̄m mgrm hystoriarū sine ꝓiunctione eoz fieri nō potuit: z sic de⁹ cōiugiū viri z mulieris fieri instituit: sed pus etiā a deo formata v̄ginitas p̄cessit Secūda autem rō ē ppē societatē. nā de⁹ virginitatē fecit in celo in ordine angelor: qz oēs angeli v̄gines z incōtaminati dici pñt: vñ Hiero. in p̄mōe ō assūptiōe ait. p facto i carne p̄ter carnē viuē ñ frena vita est: ꝙ celestis. vñ in carne angelicā gloriā acq̄rere ē maioris meriti q̄ hr̄e. Esse em̄ angelū felicitatis est: eē v̄o virginē virtus est. dū hoc obtinere viribus nitit cū gr̄a. qd angelus habet ex natura. hec ille. Matrimoniū v̄o inter hoies institutū est scz inter adā z euā: sic ex p̄cedentib⁹ ptz. Et Ambro. in li. de viduis ait. Supgredit virginitas ꝓditionē humane nature: p quā homines angelis assimilant. Maior tñ est victoria virginū q̄ angelor. Angeli em̄ sine carne viuūt v̄gines aūt in carne triūphāt Item Cyprianus de virginate. Virginitas inquit est sor angelor: victoria libidinum: regina virtutū: possessio omniū bonor. Tertia aūt rō est ppter localitatē. nam nuptie institute sunt in paradiso terrestri et tpali. virginitas vero in paradiso mystico et spūali. scz in eccl̄ia sancta. imo ipa virginitas paradisus merito dici potest. pinde dicit Cyprian⁹ in li. de virginitate ait. Flos est em̄ virginitas ecclesiastici germinis. decus atq̄ ornamentū gratie spūalis: illustrior portio gregis x̄pi. Quarta. rō est ppter antiquitatē. Nā virginitas nō solum fuit prior q̄ matrimoniū: sicut p̄dictū est. sed etiam quia prius est mulier virgo q̄ mater: ꝙ si peccatū non fuisset semp virginitas pmansisset: eo q̄ nunq̄ in mēbris illis corrupti extitisset. Nā taliter vsi fuissent talibus membris sicut manu z oculo vtebant. z absq̄ corruptiōe z tempore debito fuissent clausa z aperta. sicut et nūc oculus z manus absq̄ vlla lesione a nobis claudit z aperit. Proinde Augusti. xiiij. de ciui. dei ait. q̄ in statu innocētie potuisset vir vxorem cognoscere salua pudoris integritate. Et itez ō fide ad Petrū idē ait: si homo nō peccasset: mulier peret sine dolore: z et am viro permaneret.

De alijs quatuor ratiōibus quare virginitas coniugio ꝓferatur. Ca. II.

Addant alie quatuor rones quare vgi
nitas matrimonio pferenda e. Primo
ppter saluationez. Matrimoniu libe
rauit a gnali diluuio: s vginitas liberat a pcto
ppter qd diluuiu est factu. Na Gen. vj. dicit.
Dis qpe caro, corrupat via sua sup terra: mri=
moniu saluauit corpa. s virginitas aias: illud
liberauit a morte corpali: sed aliud a morte eter
nali. Sicut igit salus aie pfert saluti corpis: sic
virginitas mrimonio anteferet. Proinde. xxx=
ij. q. j. c. nuptie. Ambros ait. Nuptie terra re/
plet virginitas padisu. vn Esa. v. ad virgines
honesta t pudica ait. Letare sterilis q no pis.
Secdo ppter significatione: Na matrimoni/
um significat iunctione xpi t eccle: seu dei et
anie. Proinde apls dicit ad Eph. v. Viri dili
gite vxores vras sicut xps dilexit eccliam: et se
metipm tradidit p ea vt illa sctificaret: et sequi/
tur in fine capituli. Sacramentu B. i. sacr sig/
nu: magnu e: ego aut dico in xpo t in eccia. Sz
virginitas no e signu s signatu in ordine recto.
to tm pcellit virginitas matrimoniu qtu signa
tu signu pcellit. Proinde. iij. di. c Scripsimus
sacru psiliu ait. Nos aute t virginitate cu hu/
militate amictamur et ptinentia cu castitate t reli
gione deo acceptissima dicim: et renunciatio/
ne seculariu negociorum atq actuu cum humilita
te approbado laudam: t nuptiar vinculu qd
fm castitate pdurat honoram. Et iteru Leo
papa ait: xps virginitatis e fili. vez sup omia
que dici dnt hac virginitate pmedabile reddit
q i e saluator huani gnis de mundissima vgine
nasci sibi placuit: t qd ipe vgo in se pmansit: t
q p ceteris discipulu amauit que virgine d nu
ptijs carnis abstraxit. Intantu em ei vginitas
placuit spali hospitio vteru virginale accepit:
in q sibi nature assumpte nuptias celebrauit. Ha il
le. Tertio ppt benedictione: bndicede em sut
nuptie an carnale iunctione: Iz virgo trahat
cu viro q habuit alia vxore fm Tho. qd aute
ppt benedictoez agere hnt q bndicedi sut: ptz
xxiij. di. c. sponsus. Ubi dicit sposus et sponsa
cu bndicendi sut a sacerdote a pentib suis vel
a panymphis i. ab ancillis fm Glo. offerant.
Qui cu bndictioez accepint: eadem nocte p re
uerentia bndictois in virginitate pmaneant:
aliter tn ponit. xxx. q. ij. alr. Dicit em ibi de bi
duo vel triduo sed qlibz pdictoru capitoru co
siliu e fm glo. Talis aut bndictio ad multipli
catoez filioru valet: maxie si ad pdictoru psilio/
ru deuote t fidelit obseruet: ptra qsda carnales
t bestiales q velut animalia bruta aut canes fac/
ta dispensatione antea aliqn ad carnale copulaz
currut: hoc etia assentientib parentib insensa
tis: falsissime opinantes tanqz a dyabolo illusi
atq deluси dicentes q psumata copula carna=
li seu iugali facturis t alijs incantatoib non
possunt circa carnale copula impediri. Ex his
ptz q bndictio iugalis valet ad filioz multi=
plicatoem: sed bndictio t secratio virginalis
valet ad crescendu in gratijs t opibus bonis.
Un fm Tho. in. iiij. dist. xxxiij. in secratione
virginu sicut t in unctione regu t hmoi alijs be
nedictioib gra dat: nisi assit impedimentu ex
pte accipientis: no tn sacramenta dicunt quia in
stituta no sunt ad curationem morbi pti sic sunt
sacramenta hmoi Virgines in eccli. benedicun=
tur t consecrant t eis anul dat: q: fiunt spose
xpi: s in matrimonio fiunt sponse hois: pinde
ait beata agnes Anulo suo subarrauit me: ideo
ipsa renuit tpale sponsu pfecti filiu: ei pferens
sponsum xpm. Qua igit audacia qua temerita
te qua denicz impietate audent quida sceleste
cu talib xpi sponsis sacrilegiu ppetrare: consi
derent qd scriptu est. Aborit arrept monacha
qcunqz potit. Quarto ppter contemplatoez
ordinatur ein vginitas ad aie bonu: fm vitam
contemplatiua quod e cogitare q dei. sunt coniu
giu vero ordinatur ad vita actiua. i. ad huani
gener cotemplatoez: q: vir t mulier in matri
monio constituti necessario habet cogitare que
sunt mundi: unde. j. Cor. vij apls ait. Mulier
innupta virgo cogitat q sunt dei. i. habet apti
tudine cogitandi de bonis spualib t eternis:
vt sit scta. i. intacta corpe t spu. i. voluntate: q
aut nupta e cogitat q sut mundi quo placz viro.

De quattuor vltimis rationibus quare virginitas matrimonio ptefe renda est. Cap. m.

Subdantur vltime qttuor rones qua/
re virginitas matrimonio e pferen/
da. Primo ppter assiduitate. Nam
xps fuit i mundi nuptijs sel: vt scz ma
trimoniu approbaret psentia sua t sue sctissime
mris unde Joh. ij. scriptu e Nuptie facte sut i
chana galilee: t erat mr ihesu ibi: vocat e autez
ihesus t discipuli ei ad nuptias. In nuptijs ve
ro virginitatis e sp qsi castissim virginu spon
sus. vn Apoc. c. xiiij. dicit virgies em sunt t se
qunt agnu qcuqz ierit. Sic em ex pcedentibus
ptz pncipalior ps i virginitate e puritas t mu
dicia metis: qpa integritas corpis: t de h in
telligi pot: qd Ecci. ij. dr. Concupia spadonis
deuirginauit iuuencula. Spado qde dr qui ad
coitu ineptus est: vn t solo corpe mundu signi
ficare pot q inuencula. i. aiam sua p concupiam ex
malis cogitationib pdeunte corrupit. Ideo
apls. j. Cor. vij. sic dictu est ait. Mulier inu
pta t virgo cogitat. i. cogitare dz q sunt dei: vt
sit scta corpe t spu. Nec etia hec duo sola suffi
cere pnt: scz mundicia carnis t spus nisi etia ter

ciũ assit: scz q hec mũdicia nõ ppt mũdi glĩaz sed cũ vera hũilitate ad xpi gloriã habeat. Sic cut em virginitas ẽ imunitas a pollutiõe hominũ. sic hũilitas ẽ imunitas a pollutõe demonũ. Sic em demones miscent aiabus z eas corrũpũt p superbiã: sic hoies miscent corpib' zea dẽ corrũpũt p luxuriã. Qui igit veri z hũiles virgines eẽ volũt. cũ eis cõmorat xps q ipsum sequunt. sic Joh's subdit. hi sequunt agnuz q cũq ierit. i. sic agn' xps mund' pcessit nõ solũ a ptagiõe hũana p mẽtis z corpis virginitatẽ. sed etiã a ptagiõe dyabolica p maximã hũilitatẽ. Sic q hãc grãz a deo meritis xpi psecuti sunt. sequunt xpm in spũs hũilitate. z anie et corpis integritate z virginitate.

Scdo ppt raritatẽ. Nã oẽ raz caz: et omẽ carũ pciosum Pautiores cm sũt lapides pciosi q nõ pciosi z arbores domestice q silueſtres: pauci virginitatẽ appetũt vel pseruãt sic Mat. xx. dicit. Multi sunt vocati scz ad virginitatẽ s pauci sũt electi: nec imerito q dẽ cũ virginitas sit in cõsilio pfectionis: mrimoniũ vero sit in mõ pmissionis. vñ. xxxij. q. j. c. integritas. Ambrosius ait. Integritas corpis a nobis expectanda est quã ego p cõsilio suadeo: non p impio pcipio Ambro. Proinde Greg'. sup illud Gen. xix. cũ angel' in zodoma Loth loquit dicens. In mõte saluũ te fac: merito ait. Virginitas altus mõs ẽ ad quẽ angel' hortat: s quẽ videt se non posse ascẽdere maneat in segor. i. i legitimo mrimonio. q: meli' ẽ vti mediocri bono: q p arrupta libidinũ pcipitari. Est tñ aduertendũ q licet mrimoniũ ẽ in terra cuius virginitas tñ cõlor ẽ in glia sempitna. vñ Math. xxij. cũ em a mortuis resurexerit nec nubẽt nec nubẽt. Sm Gen. Nubere ppzie mulieres dicunt z viri ducere: s nos simplicit intelligam': q: nec nubent viri nec nubẽt mulieres. Et sequit. Sed sunt sic angeli in celis. Ratio pdictoz ẽ: q: cõnubia ppter filios z filias fiũt: filij aũt ppt successionẽ. successio ppter mortẽ. vbi igit nõ erit mors neq cõnubia sbsequent z sic tanq angeli: hoies virgines erũt in sempiternũ.

Tertõ ppter durabilitatẽ. Nã nuptie in fine seculi destruent. virginitas aũt in eternũ pseuerabit: sicut ex pcedẽti rõne luculent apparet. s q pmanenti' est meli' vtiq est.

Quarto ppt fructuositatẽ. supat em virginitatis fruct' nõ tantũ sup' fructũ matrimonij: sed etiã sup fructũ viduitatis. ideo Math. xiij. dñs ait. alia. f. semina ceciderunt in terram bonã et dabãt fructum aliud cẽtesimũ alid sexagesimũ z tricesimũ. In quib' q dẽ verb distinguit triplicẽ fructũ imeritoz gradũ. Prim' est stat' ziugalis p quem vitat illicit' cõcubit': licito tñ retẽto i actu matrimoniali.

Scds ẽ castitas vidualis: p quẽ de cetero dis zcubit' euitat'. vt anim' liberi' deo seruire possz. licet posset se mrimonio copulare

Terti' grad' ẽ castitas virginalis. q istis duob' pdictis supioz ẽ p quã dis zcubit' simplicit euitat'. vt scz ipa mens soli deo suo legitimo spõso p amorẽ spũalit copulet dicẽte apl̃o j. Cor. vij. Virgo cogitat q dei sunt: vt sit sctã corpe et spũ. Hec nota sm Nicol. de lyra. Tricesim' nũerus ptinet ad cõiugatos: q: tria bona seruauerũt matrimonij: fuct' q sunt fides ples z sacrm. z b ppter ternariũ. i. ppt remũerationẽ futurã vel tricenari' zsurgit ex denario ducto p trinarium z signat decalogi obseruantiam: cũ trinitatis fide qd quidẽ obseruãt in cõiugio copulati. Sexagenari' numer' cũsurgit ex ductu denarij p senariũ z ecõuerso: z signat obseruantiã decalogi cũ sex opib' pietatis. de quib'. j. Thimo. v. scriptũ est. vidua eligat. et sequit in opib' bonis testimoniũ' hñs: si filios educauit si paupes recepit: si sctoz pedes lauit: si tribulationẽ mẽtib' submistrauit. si omẽ opus bonum zsecuta ẽ. hec sex sunt q ptinẽt ad statũ viduitatis.

Centenari' vero surgit ex ductu denarij in scipm: z signat pfectã deducti onẽ legis euãgelij z ecõtra per eoz plenaz observationẽ. qd virgines ipe sezuãt et de talium fructu dr Ecci. xxiiij. Flores mei fruct' honoris z honestatis hec dicit de seipa virginitas btã. vñ Hieronim' ztra Jouinianũ: et nuptias recipim'. sed virginitatẽ q de nuptijs nascitur pferim': sicut ramo pferunt poma et fruct' Vere igit vt dr Pap. iij. Felix sterilis z nõ coinq̃nata et q nesciuit thorũ in delicto hẽbit fructũ in respectiõe aiaz sctaz. scz fructũ cẽtesimũ

Articulus scds d duodecim domicellis virginis matris dei cũ quibus angelo nunciante sociata erat.

Secundus est status gre cõformãtis de quo dicit ppha post eã. i. exẽplo virginis que grãm virginitatis cuz duodecim virtutib' adornauit: que dici possunt duodecim ei' angelice domicelle: quocunq ieret vel staret semp cũ illa morãtes z illã associantes. Primo aũt pme q̃tuor domicelle ponunt. Prima dicit dña clausura: scda dña audiẽtia: tertia dña verecunda. q̃rta dña prudẽtia. Scdo addunt alie q̃tuor. Prima dicitur dña timorosa. scda dña honesta. tertia domina diligẽtia: q̃rta dña prudentia. Tertio addunt relique quatuor. Prima dicit domia obedientia. scda dña ancilla: tertia dña desideriosa: quarta dña credẽtia. Hę oẽs dñe tãguntur in euangelio. Lu. j. de annũciatione virginis. cũ quib' oibus pdictis dñab' angel' reperit virginẽ mariã sociatam.

Sermo XLVII

De clausura quã exẽplo beate marie virginis seruare debẽt. Ca. I.

Prima domicella dicebat dña clausura. Hec aũt erat pertinaria btẽ ỽginis nullũ ꝙz in domũ ei⁹ sine illi⁹ licẽtia admittebat: vñ cũ missus eẽt angel⁹ Gabriel in ciuitatẽ galilee cui nomẽ nazaret ad virginez desponsatã viro cui nomẽ erat Joseph de domo dauid et nomen virginis maria: Sicut Lucas ait ad domũ ꝙz virginis cũ pueniſſet ad ostiũ illius pulsauit dicẽs illud Canti. v. Aperi mihi ſoꝛoꝛ mea ꝛm naturã: sponsa ſcz eterni pꝛis: statim domina clausura aſpiciẽs p fenestras ꝓſpiciens p cãcellos angelũ dei domeſtica angelorũ ſubitoꝙz virgini nũciauit dicẽs: angel⁹ dñi ostiũ pulſat ex pte dei postulans a te ingreſſum: ſtatimꝙz dña ait. Aperi i li dilecta mea. qꝛ vocem archangeli gabꝛielis agnoui: ꝓperat domicella ianuaſꝙz dom⁹ pandit: ⁊ tunc ſiẽ Lucas ait. Ingreſſus angel⁹ ad eã inuenit illã nõ vagã: nõ diſcurrentẽ p plateã: ⁊ p vicos circuientẽ p alienas edes. ſed in domo ꝓſiſtentẽ clauſam ⁊ quietã. Inhoc virgines ⁊ mulieres ⁊ potiſſime ſpũales: ſpũſſctũs edocẽs nõ circũcurſare p alienas domos: nõ hincinde ad ſpectacula mundi circũuagari: ꝫ in ſecretis thalamis atꝙz monaſterijs imoꝛari ad ꝓſeruandã virginitatẽ neceſſe ẽ. iõ dꝛ Eccl. xxij. Ubi man⁹ multe ſunt claude: qꝛ vtiꝙz theſauꝛ ſctẽ virginitatis amittere querit. q illũ in publico frequẽter gerit. Sic vtiꝙz Gen. xxxiij. de Dina exẽplũ patz que egreſſa vt videret mulieres nõ dicit viros regionis illius: rapta eſt a ſichem filio emor et dꝛmiuit cũ ea vi opꝛimẽs ỽginẽ: i õ ad talẽ ỽginẽ vagã dꝛ Hiere. xxxj. Reuertere ad ciuitates tuas iſtas: que vicz ſunt ꝓſcia ꝓpꝛia ſecreta camera: ſecreta cella atꝙz ſupna ibꝛim q ediſicat vt ciuitas: Et ſubdit ibidez. Uſqꝙquo diſſolueris filia vaga. vñ. xij. q. j. c. ait ſacrũ ꝓſiliũ tholetanũ. Omnis etas ab adoleſcẽtia in maluz pꝛia. Nihil eñ incerti⁹ ꝙz via adoleſcentuz ob ꝫ ꝓſiſtere optet: qꝛ igit etas illa ex nata a uida atz inexpta eſt ad quecũꝙz obiecta patulos ⁊ ſi tibũ dos ꝓparat ſenſus: atz fit quaſi piſcina q ꝙz porticus habẽs. vt dꝛ Joh. v. In qua iacet multitudo magna languentiũ. ſcz fragiliũ deſideriozuz et motuum carnalium cecoꝛum q̃ ſunt vbſꝙz lumine rationis. claudoꝛum quia in talibus regnat motus ſiue regula iuſtitie inoꝛdinati aridoꝛumꝙz diuine ſanitatis pinguedine carent Ideo ad quecunꝙz mala facile inclinatur.

Qꝛ virgines exemplo virginis matris diuinis et non vanis debent eſſe attente. Capitulum. II.

Secũda domicella dꝛ dña audiẽtia que doẽm ambiaſſatã miſſaz virgini auſcultabat attente. Et de hac ſubdit Lucas dicens. Et angelus virgini ait. Aue gratia plena benedicta tu in mulieribꝫ: que cum audiſſet Ecce dña audientia pñs eſt. qꝛ attẽtiſſime audiuit virgo btã nunciũ ſumi dei. ponderãs qd libet verbũ tante ſalutatiõis al⁹ inaudite. In ꝫ oib⁹ mulieribꝫ ⁊ maxie ỽginib⁹ relinquens exẽplũ: q nõ de mũdanis atz obſtinis dñi audire ꝓmões. cũ. j. Coꝛ. v. dicat apl⁹. Coꝛrumpũt bonos moꝛes colloq̃a bꝛaua: ꝫ de mundicia et puritate virtutũ ⁊ gratijs diuinaꝙz donorũ: atz de dei pñtia in oib⁹ opib⁹ ſuis. Eſt enim iuuenilis etas virtutũ ⁊ gr̃aꝙz ignara: ⁊ niſi adoleſcẽtib⁹ ſit pñs dña audientia: ꝫ ẽ niſi audiant doctrinã atꝙz ſalutis verbũ: p abrupta vicioꝛũ citi⁹ dilabunt: iõ dñm ſuplicit exoꝛare debẽt: atz angelicũ inſtructoꝛẽ cũ ps̃. dicentes Da mihi intellectũ ⁊ ſcrutatoꝛ legem tuã et cuſtodiã illã in toto coꝛde meo. qꝛ vt idẽ alibi ait Declaratio ſermonũ tuoꝙz illũiat ⁊ intellectuz dat puulis: vnõ ſi q̃s poſtulauerit in fide nihil heſitãs a dño merebit effectualit audire Intellectũ tibi dabo ⁊ inſtruã te. ſcz p doctoꝛẽ vel p inſpiratõez. aut p lectõez. in via hac q̃ gradieꝛi firmabo ſup te oc'oſ meoſ. i. gr̃az meã i te ſolidabo. ſõ dicat in te dña audiẽtia. Audiã q̃d loq̃t in me dñs de⁹: qꝛ vtiꝙz loquet pacẽ in plebem ſctã ꝙz tuarũ affectionũ. In ꝫ nẽpe culpabiles ſunt inſipide mꝛes: q̃ claues in domib⁹ retinẽt filias: nec p̃dicatiões nec miſſas nec etiã lectiones. vel aliq̃d boni curãt illas diſcere vel docere vel audire: ſed tñ cãtinellas carnales ⁊ vanas choꝛeas ducere. ⁊ ſe oꝛnare atz fucare ſe toto natu diſcere illas procurant: exq̃ fit ſepi⁹ vt illos nuptui tradãt omnino diuinoꝛũ ignaras et tanꝙz beſtiales ⁊ carnales: ⁊ omi vanitate et luxuria plenas: O infelices viri q̃bus tales indocte puellule ꝓiugio tradite ſunt. O infeliciores filij tali mare indocta nutriti. O inꝙz infeliciſſime ſocrus: quaꝙz edes ingreſſe fuerũt tales nurus: cum quibus pacem nunꝙz neꝙz requiẽ habiture ſunt.

De verecũdia quã virgines in beata virgine imitari debent: ⁊ ỽ viroꝙz conſoꝛtio fugiendo. Ca. III.

Certia domicella dicit dña verecundia. Hec edocebat virginem tenere oculos depꝛeſſos atz modeſtos nullumꝙz in faciem eius reſpicere virũ parũꝙz reſpicere mulieres. erubeſcere non tantũ i pñtia cuiuſlibet viri: ſed etiã ad vocẽ cuiuſlibet venuſto ruboꝛe pfundi. ideo euangelium de virgine ſubdit q turbata eſt in ſermone ei⁹.

De laudibus virginitatis

Quid nempe hec turbatio nisi mētis ⁊ corpis subita iuttatio quedā? alterata ē eī mēs ei⁹ excelsitudine inaudite laudis: corp⁹ in facie verecūdiā ruboꝛe demōstrauit ex auditu virilis vocis: putas ne q incaute se cōmittat colloquijs hoim q̄ turbat ⁊ erubuit in p̄mōib⁹ angelorū. In h̄ eī edocuit btā v̄go virgines ac iuuenes mlieres hāc sctāz verecūdiā imitari: ꝙuersatione viroꝝ effugere suspectū hr̄e oēm virilē sexū. Insolitū eī verecūdiā gignit. Hinc eteī ē qñ iuuēcule nō sunt ꝙsuete cū hoib⁹ ꝙuersari verecundiores fiūt: ac ecōtra qñ cū hoib⁹ mltū conuersant familiariores ⁊ domestice fiūt. Nā alia domestica pmittūt se tāgi atq palpari. Siluestria vo expauescunt hoim aspectū ⁊ vocez. O pudice virgines fugite viros: fugite vxoꝝ fratꝝ ꝙsortia: fugite ꝙsanguineos ⁊ cognatos fugite cōfratres etiā veterinos: qz oim p̄dictorū incauta ꝙuersatō: ignominiosā ruinā attulit multis. Nōne. iij. Regū. xiij. legit de thamar q ingressa est thalamū fratris sui amodo ab eo dein fuit violata: q̄d q̄so si ingressa fuerit thalamū alienū? Cauete igit oēm virilē sexū. etiam quodāmō paternū ꝙsortiū: qz vt ꝺr. Eccl: xvij. Homo sapiens in omnibus metuit.

Quātum taciturnitas ⁊ in sermōe examinatas deceat esse virgines: exemplo btē virginis palā eis demōstratur. Capitulu3 .iii.

Quarta domicella ꝺr ee dña prudentia Hec erat ꝙsiliaria v̄ginis gl̄iose oiacq cū hac domicella tractabat: hanc ꝙsulebat: hāc nusq̄ a se sepabat: nullū q cogitatū v̄bū vel actuz absq ei⁹ ꝙsilio attēptabat. Ideo ab omni culpa coꝛdis oꝛis ⁊ opis imunis fuerat: vñ eu āgelista ꝺ ipa dña subdit dicēs: q cogitabat qualis esset ista salutatio: vñ nāq cogitatio hec examinās ⁊ ꝙsiderans q̄lis esset salutatio ista nisi ex suadētis prudentia? q̄ non subito fidē dedit: sciens q Ecci. xix. scriptū ē: qui cito credit leuis ē coꝛde. Nec insup angelum dei abiecit: ꝟ mittentē ⁊ annunciantē atq opis magnitudinē añ rñsum prudent examinauit. In h̄ instruēs oēs ⁊ maxime iuuenes mlieres verba sua examinare: linguā custodire: ⁊ oīno loquacitatē hoꝛrere: vnde cū ꝓpha dicere debet Dixi custodiā vias meas vt nō delinq̄ in lingua mea Hoc eī ⁊ recta ratō dictat: et debita iusticia expostulat: ⁊ flagitat sermo examinat⁹: naz vbi ē maī⁹ p̄iculū ex defectu. ibi cauti⁹ est agēdū: nō eī cōiter viget in muliere rō sic in viro. Jō cū linguasit instrumentū rōnis hūane: vbi mino: ē rō ibi incautioꝛa sunt verba. Hinc ē q de facili p̄rūpunt mlieres in verba fatua ⁊ incōsiderata. Inde loquacitas ⁊ multiloquium ortū h̄nt: ex his generat ꝙcupia litigādi: ⁊ q̄a rō abest: iō deficit refrenatio rōnis. vñ ꝓtētiose garrulose ⁊ tumultuose in domo ⁊ in cōuiuentibus importabiles et in festo vtriscq p̄pijs: si nupte fuerint lz sint forma decoꝛa plūmq ex mltiloquio odiose. Hui⁹ aūt rō ē. qz ꝟm phm Rethoꝛicoꝝ .ij: Coꝛpis ꝙcupia ē rei q̄ abest: iō qñ aliq̄d possibile est ad hñdū: magis videt arduum magisq inaccessibile: ⁊ ampli⁹ eius ꝙcupia auget. Sic igit mlier si fuerit loquax nimis familiar reddit viro suo: iō q̄dā fastidiēte vilipēsione ꝓtēnit: ac ecōtra si fuerit taciturna: magis inaccessibil estimabit: ac p h̄ p̄ciosioꝛi dilectione amat ⁊ qz naturale vtiq ē q oē q̄ diligitur videt pulchꝝ: ido etiā si nō sit vxoꝛ magna formositate decoꝛa amabilis reddit. viro suo si fuerit taciturna ⁊ prudens.

Ve sctō timoꝛe qui exemplo virginis in puellis vigere debet ne ex securitate pcliteñ. Cap. ii.

Audant alie quatuoꝛ domicelle q̄ꝝ prima ꝺr dña timoꝛosa. hec dña ꝓtinue instruebat in omib⁹ timere deū sic ꝓuerbio. xx viij. ꝺr. Beatus homo qui semp est pauidus. Et itez ps. ait. q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe: quā abscōdisti timētib⁹ te. et de hac subdit euangelista q ait angelus dei virgini gloꝛiose. Ne timeas maria. Timebat nanq beata virgo non timoꝛe seruili sed timoꝛe reuerētiali: ex consideratione sue nihileitatis Timebat eī illo timoꝛe de quo ꝓpheta ait Timoꝛ dñi sanctus permanens in seculum seculi. dum tamē timebat ex se cōfoꝛtabat ex deo dicēte sibi angelo ad coꝛ illius in dño erigendum. Ne timeas: quasi dicat: ⁊ si habeas ex te timorem debes tamē in dño spem habere: sicut dicitur Esa. xlij. Qui sperābunt in domino mutabūt foꝛtitudinē. In hoc aūt timoꝛe docuit beata virgo puellas nr̄as ⁊ q̄slibet alias mlieres de sua fragilitate timere: occasiōes carnalitatū et oīum alioꝝ pctoꝝ effugere. temerariāq audaciā oīno hoꝛrere scieñ. qđ Ecci. xxij. ꝺr filia prudens hereditas viro suo seqnitur: p̄rem et virū cōfundit audax. Sunt nāq plecq q̄ q̄daz temeraria spe non in dño ꝟ de se cōfitentes p̄sumūt de ꝙstantia sua: atq volūtatis sinceritate q̄s vt seipas agnoscāt in ignominiosam ruinaz dñs iusto suo iudicio derelinquit: quas aplus j. Coꝛ. x. admonet dicens. Qui se existimat stare videat ne cadat. Siqua aūt vere sperat i domino nec dederit ruine sue occasionē: etiā instigante dyabolo ⁊ aliquo hoīe maligno p curāte: reperit se in discrimine sue sancte pudicitie amittendo tunc: sicut Susanna Dañ. xiij: Lotū coꝛ suum erigat ⁊ oculos leuet ad cōsūmatū

auxiliū saluatoris potiꝰ sustinens oēm obprobriosā ꝓfusionē in ꝓspectu mūdi. q̄ delinq̄re i ꝓspectu dei cum ipa sancta Susanna ⁊ pudica dicat. Meliꝰ est mihi absq̄ ope incidere i manus vestras q̄ peccare i ꝓspectu dei. Mittet q̄ illi dñs auxilium de sācto. sicut scriptuꝫ est Eccī.ij. Respicite filij nationes hoim ⁊ scitote q̄ nullus sperauit in dño ⁊ cōfusus ē. ꝑmansit in mandatis eius ⁊ derelictus est.

¶ Quanta honestate fulgere debent virgines exemplo beate virginis clarescere potest. ¶ Cap. VI.

Secūda domicella dicit dña honestas hec domicella docebat ꝟginē regulaꝫ honestatis corꝑis ornamenta ꝓtemnere: gēmis ꝟtutum ⁊ grāaꝫ decorare: nullo habitu sine gestu nec aliq̄ actu ꝓcupiscentie alijs ꝑstare: imo sāctissime honestatis exemplo cūctis eā cernētibꝰ motus ꝓcupiscētie refrenare. sicut Eccī.xxvj. ꝑncipalit de ipa ꝟgine dictū est. Gratia sup grām mulier sācta ⁊ pudorata grā q̄dem fuit in illa sāctissime pudicitie honestate nullū in se ꝓcupiscētie motū sentire. ꝙ grā sup grāaꝫ fuit in ipaꝫ videntibꝰ ꝓcupiscētie motus sedare. ꝙm Alexan. de halis. ido angelus ibi subdit dicens. Inueniſti eñ grām apd dominū: non tñ apud celū ⁊ mundū. In h autez beata ꝟgo instruit mulieres iuuenes exemplo suo sūma cuꝫ diligētia honestatē ſuare: cū custos ꝟginuꝫ sit honestas. hec eñ pudicitia seruat. corꝑus ⁊ animā omni venustate decorat famā multiplicat. ⁊ grām coraꝫ deo ⁊ hoibus augmentat. sicut de pudicissima atq̄ honestissima Hester. ij. c. scriptum est. q̄ cū in reginaꝫ eligēda esset ſpreto vastuoso ornatu quē soleꝛti cultu exquesierāt alie mulieres vt placerent Assuero regi: ducta est ad cubiculum regis et adamauit eam rex plusq̄ oēs mulieres habuit grām ⁊ miscōiaꝫ cum eo sup oēs mulieres: posuitq̄ dyadema regni in capite eiꝰ. erat eñ formosa valde ⁊ incredibili pulchritudie. omniū oculis gratiosa: ⁊ amabilis videbat scz ex honestatis ornatu Est eñ honestas ꝑpetuus honor. q̄si honoris status. Est eñ honestas ꝙm Isid. q̄ nihil turpitudinis hz. vñ. j. Cor. xix. apls ait. Oia honeste ⁊ ꝙm ordinē fiāt in vob qd verbū ꝟgines maxime ſuare debent.

¶ De circūspecta diligentia quam in omnibꝰ dictis vel factis exēplo beate marie virginis adolescētule seruare debent. ¶ Capituluꝫ. VII.

Certia domicella dr dña diligentia: h eñ dña gerebat diligentē curam totiꝰ domus ꝓsciētie ꝟginalis quō placeret deo innocens esset mūdo. et aio imunis seruaret ab omni peccato. hec solicita erat cum oi diligētia totius corꝑis ⁊ spūalis necessitatis ꝟginis ⁊ familie sue nihilq̄ sinebat trāsire inordinatū in tota illa celesti domo. vñ cum angelꝰ exꝑmeret grām quā beata ꝟgo inuenerat apud deum dices. ecce ꝓcipies in vtero tuo ⁊ paries filiuꝫ ⁊ vocabis nomē eius ihm: h erit magnus apd deū ⁊ filiꝰ altissimi vocabit. ⁊ dabit illi dñs sedem dauid ꝑris sui. ⁊ regnabit in domo iacob ineternū ⁊ regni eiꝰ nō erit finis. Tūc dña diligentia suggerēte et illa instruente dixit maria ad angelū. Quō fiet istud? ecce quō diligenter interrogat de fidi mō quasi dicat. scio q̄dē deum hre multos modos q̄bus h adimpleri ꝑt. Quis igit erit iste modus? ⁊ in h beata ꝟgo instruit mulieres nras. suum ꝓꝑiū spiritū atq̄ corꝑ cū oi diligētia custodire. idēq̄ in ꝓꝑio viro atq̄ in tota sua familia obseruare. h diligentia facit mulierē de simplici diligentē sapientē. ⁊ de inherti vtilem. de odibili gratā ⁊ de viro eius ignobili gliosum. sicut Prou. xij. dr Mulier diligēs corona est viro suo.

¶ De pudicitia virginali qua puelle exēplo beate virginis fulgere debēt. ¶ Capitulum. VIII.

Tertio q̃ vltimo subdemus quatuor ornamẽta vltima ꝓscientie mũde. Nonum ornamẽtũ. Primo inq̃ est aula dei. Aula aule ſm Catholicon est regia domus siue spacioſuz habitaculũ porticib⁹ quatuor cõclusum. Sic cõscientia mũda atq; virtutibus exornata est regia domus q̃ tam spacioſum habitaculũ vt cõtineant in se deũ. Prorinde regnũ dei illã dñs appellauit Lu. xvij. dicẽs Regnũ dei. i. cõscientia bona per quaz deus ꝓ gratiaz regnat intra vos est . In hac aula magna spũalia cõuiuia fiunt sicut dicit Prouer. xv. Omnes dies pauperis mali. q; qui pauper est virtutibus: q̃ habet ꝓscientiã lesam semp in amaritudine est. vt infra dicet. Et subdit. Secura mens quasi iuge cõuiuiũ id est assiduũ cõtinuũ q̃ ꝑseuerãs conuiuiũ experit: q; semp in cõtinua cõsolatõe q̃ leticia est. sicut in ꝑce. c. patet. In hac q̃ aula in exꝑssibiles iubilatões: et exultatões sunt. Unde glo. sup ps̃. pure cõsciẽtie comes est exultatio. In ea q̃ spaciatũ sursũ atq; deorsuz deambulat deus: dum cõscientiã inflãmat ad sui dilectionẽ . q̃ hũiliat ad sui ipi⁹ cognitionẽ. Decimũ ornamentuz. Scdo est habitaculũ spiritussancti. Unde Berñ. in q̃dam sermone ait. Bonũ habitaculũ parat deo cuius nec ratio decepta. nec voluntas peruersa. nec memoria fuit inq̃nata. que omnia facit cõscientia mũda. Merito igit in ea habitat spiritus dei: q; septẽ spũs dei dona: sicut Esaie. xj. ait. requiescit sup eum spũs dñi. spũs sapientie et intellectus: spũs consilij q̃ fortitudinis. spũs scientie q̃ pietatis: q̃ replebit eum spũs timoris dñi. Porro cõscientia mũda habet spiritũ sapientie in diligẽdo. spiritũ intellect⁹ in cognoscẽdo. spiritũ ꝓsilij in docẽdo. spiritũ fortitudinis in resistẽdo. spiritũ scientie in cõuersando. spiritũ spirũ pietatis in cõpatiendo. q̃ spiritũ timoris in reuerẽdo. Efficit ꝓsciẽtia mũda habitaculũ illius spũs. de quo dñs Jo. xiiij. ait. Paracl⁹tus aũt spũs. s. quẽ mittet pater in noie meo ille vos docebit omnia: q̃ suggeret oĩa quecũq; dixero vobis. In q̃bus verbis ponunt septez missiones spũssancti seu opatões ad quas operandũ venit spũs in discipulos christi: q̃ ad participandũ easdẽ operatões facit sibi habitaculum cõscientiã mundaz. Primo enim venit ad consolandũ mestos qõ notat cum dicit paraclytus: qõ idem est q̃ ꝓsolator qui cõsolat nos in omni tribulatõe nostra. ij. Corinth̃. j. Scdo ad viuificãdos mortuos: qõ notat cum dicit spũs. Nam vt dicit Joh̃. vj. spũs est qui viuificat. Tertio ad sanctificandũ imũdos: qõ notatur cum dicit sanctus. q; sanctificat. Uñ sanctus idem est q̃ mũdus. Quarto ad ꝓfirmãdũ amorẽ inter discordes q̃ odiosos qõ notat in h̃ q̃ pater denotat. Dicit enim pater eo q̃ naturaliter diligit nos sicut filium pater. Quinto ad saluandum iustos: q; subdit in noie meo qõ est iesus. qui salus interpretat. Ipse enim saluũ facit pꝓm suum a peccatis eor. vt dicit Math̃. ij. In noie igit iesu. i. salutis misit pater spiritũ sanctũ: vt ostenderet q; venit ad saluãdos gentes. Sexto ad docendũ ignoras. Unde subditur. ille vos docebit omnia. Sicut j. Jo. ij. scriptum est vnctio eius docebit vos de oĩbus. Septimo ad rememorandũ obliuiosos . vnde de hoc subdit. q̃ suggeret vobis. i. ad memoriã reducet oĩa quecũq; dixero vobis . Nec tm̃ spiritũ sanctũ mansurũ in bone cõscientie habitaculo repromisit: verũetiaz q̃ totam trinitatẽ apud illã mansurã spopõdit cum in eodẽ. xiiij. c. Joh̃. idem dñs ait Si quis diligit me sermonem meũ seruabit. q̃ pater meus diliget eum: et ad eum veniemus: q̃ mansionẽ apud euz faciemus. Undecimũ ornamentũ. Tertio est liber clausus q̃ signatus. Sicut enim liber diuersa folia seu mẽbranas habet. q̃ aliquis plures q̃ ꝺdam pauciores. Et iterũ cõtinet diuersas distinctões: diuersa capitula: diuersas orationes dictiões atq; punctuatiões. Et aliquis liber agit de virtutib⁹ aliusq; de vitijs. Unus de penis inferni alius de gloria paradysi. Atq; alius de negotijs mũdi. q̃ omnia signant atq; claudunt sub tabulis coopertis vel coopertorijs. Sicetiã cõscientia nostra iuxta tpis annorum pluralitatẽ vel paucitatẽ folia ꝓ annis habet. atq; ſm diuersos status gentiũ sunt varie distinctões morum. in ea etiã sunt capitula diuersarũ opinionũ. oratões sensuũ variaz. dictiones syllabe atq; punctatões sensuũ voluntatum q̃ motuũ distinctoz: vna cõscientia scri-

pturis .id est virtutibus plena est: altera vero vitijs est circūscripta. hec est quasi celestialis: alia infernalis: atq; altera lucris est plena mū/di. Et hec omnia ꝛ similia sub duabus tabulis vel coopertis vel cooptorijs. id est preterito ꝛ futuro tempore vsq; ad diem iudicij latent: ita q; de cōmuni lege etiā ipsis iustis in p̄senti vita quid est coram deo in eorum cōscientijs ignotum sit. Unde Job ix. de seipso ait. Etiā si simplex fuero hoc ip̄m ignorabat anima mea. Dauid quoq; per se orauit dñm dicens. Ab occultis meis munda me dñe: ꝛ ab alienis parce seruo tuo. Et iterū ad hoc idem Eccli. ix. ait. Nescit enim homo vtrum odio vel amore dignus sit. Et iterū apostolus de se. j. Cor. iiij. ait. nihil mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificatus sum. Ex quo patet quomodo ꝑscientie liber est clausus ꝛ signatus. Et q; si cōscientia nō accusat: non tamen assecurat. Porro hanc cōscientiam clausam ordinauit sapientia dei. sicut ꝛ finem hominis vt finem mundi: que cōmuniter ignorant. Quod ꝛ maxie fecit dñs ꝓpter tria. Primo vt quilibet etiam iustus sit semper in timore atq; tremore. scz ne ꝑscientia iniusta sit in oculis dei: que maxima firmitas est iustorū: sicut ꝓpheta ait. ꝑposuisti firmamentū eius formidinem. Secūdo vt semper curent atq; solliciti sint purgare atq; purificare cōscientiā suā: cum ꝛ ipsi sancti hoc idem egerūt .sicut ex p̄cedentibus ptz. Tertio vt tam in hoc q̄ in pleriscq; alijs recognoscāt se ignaros seu ignorantes: quod non modicū vtile est ad humanā superbiam cōprimendā ¶ Duodecimū ornamētum. ¶ Quarto talis liber cōscientie est in die iudicij aperiēdus: ideo scribēdus est aureo calamo meritorū bonorū. Et cum sit liber indelibilis scripture vide qualia in eo scribas: quia Fm illum librum in die iudicij iudicandus es. Ideo Dañ. vij. dicit iudicium sedit: ꝛ libri aperti sunt. id est. cōscientie singulorū oibus patefient. Et hoc diuina virtute seu in lumine glorioso iesu christi. Unde Apocal. xiiij. scriptus est. Et vidi ꝛ ecce nubem candidā: ꝛ sup nubem sedentem similē filio homis. Nubes siq̄dem hec hūanitas iesu christi est. Quia sicut nubes leuis est ꝛ superiora petit: sic ꝛ christi caro non peccato grauata omni carne superior fuit. nec tñ leuis dicit. verūetiam candida nominat: eoq; virtuosorū exemplorū iubare genus humanū illuxit seu illuminauit: vnde ꝛ per eandē carnez per quaz adhuc passibilē in mūdo apparuit ad homines sua veritate illuminādos: apparebit in iudicio iam glorificata ad homines abscōdita cōscientiarū aperiēdo ꝛ illuminādo iudicādos. ꝛ tunc in lumine iesu christi cuiuslibet cō/scientia oibus patefiet ꝓpterea. j. Corinth. iiij. cum apostolus p̄misisset nihil mihi ꝑscius sum sed non in hoc iustificatus sum. qui autē me iudicat dñs est: statim subiūgit dicēs. Itaq; nolite ante temp⁹ iudicare: quoadusq; veniat ad iudiciū. s. qui etiam illuminabit abscondita tenebrarū. ꝛ manifestabit cōsilia cordiū. et tunc laus erit vnicuiq; a deo.

¶ Articulus .iij. de turpitudine p̄ue conscientie: ꝛ de duodecim deformitatibus.

Tertio vero ostendit ꝓpheta ꝑscientie deformitatē cum subdit: ne perdas cū impijs deus animā meaz. Impij siq̄dem sunt: qui pietate bone cōscientie carēt. Unde timēs ꝓpheta ne eo inscio habeat coram deo cōscientiam malā: orabat dñz dicens. Ne perdas. scz per eternā damnationē cum impijs deus animam meam. Quam q̄dem deus perderet: si infectam mortali culpa illam coram oculis suis reperiret licet ipsam cōscientiā hoc lateret. Quia etiaz sit turpitudo cōscientie p̄aue: patere pōt per opositā descriptionē illius que in p̄cedenti articulo posita est. Proinde sic describi potest Conscientia p̄aua est titulus religionis seu dissolutōis templū cōfusionis. ager maledictionis. hortus malicie. reclinatorium anxietatū et amaritudinū. gaudiū demonioꝝ. arca fraudis. thesaurus regis babylonis. aula sathane. habitaculū spiritus neq̄cie. liber clausus ꝛ signatus. plenus vitijs in die iudicij aperiēdus ad sūmam cōfusionem.

¶ De quatuor primis deformitatib⁹ cōscientie p̄aue. ¶ Capm. i.

Primo ponamus quattuor deformitates cōscientie p̄aue. ¶ Prima deformitas. ¶ Primo cōscientia p̄aua est titulus irreligionis seu dissolutōis. In tñ enim cōscientia mala dissoluit interius animā: vt etiam per signa extrinseca patefiat Unde Hiero. super Ezech. ait. Vultu ꝛ oculo dissimulari nō pōt cōscientia dura: ꝛ lasciua. Oculus lucet in facie: ꝛ secreta cordis motu corporis ꝛ gestib⁹ iudicant. Et Eccli. xxvj. dicit Fornicatio mulieris in extollentia oculorū: ꝛ in palpebris illius agnoscet. Et idez in fine ait. Ex visu cognoscitur vir: ꝛ ab occursu faciei cognoscit sensat⁹ Amictus corporis ꝛ risus dentiū: ꝛ ingressus hominis enūciant de illo. Non tamen aliquis debet esse ꝓmptus ad temere iudicandum cum non liceat iudicare nisi que patent. Non autez ea que latent dicente dño Matth. vij. Nolite iudicare ꝛ non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini. ¶ Secūda deformitas. ¶ Secūdo est templum cōfusionis. Cor enim impenitēs. ꝛ cōscientia neq̄ qua au-

dacia qua temeritate qua deniq; impudētia le uare poterit faciē suā ante faciē dei? quomodo non erubescet cōfusione plena? Si tamen cōfu sio ex penitentia ortū sumit non obliuiscet̄ mi sereri deus. De hac duplici cōfusione Eccl. iiij ait. Est cōfusio adducēs peccatū: et est cōfusio que adducit gratiaz et gloziam. De hac vltima Job. xj. ait. Si iniquitatē que est in manu tua abstuleris a te. et non pmanserit in tabernaculo tuo iniustia: tunc leuare poteris faciē tuam absq; macula. Tabernaculū nostrū est cor nostrum. Sicut ppha ait. Sanctificauit tabernaculum suuz altissimus. In quo si pmanserit in iusticia: est templū et tabernaculū cōfusionis. Si enim iniq̄tatem que est in manu nostra abstulerimus a nobis: et nō pmanserit in tabernaculo nostro iniusticia: tunc leuare poterim⁹ faciem ad deuz sine macula. Quid per faciē nisi cōscientia denotat̄. sicut ppha ait. Arguā te et statuā cōtra faciē tuam. Sicut enim macule deformant faciē corporalē: sic etiā crimina et peccata deformāt faciem coram amorosissimo sponso deo. Proinde sponsam suaz maxime in facie examinat christus. Ideo Cant. ij. ait. Ostēde mihi faciem tuam. id est cōscientiā tuā. Et iterum cōmendans cōscientiā bonā subdit. Et facies tua decora. Porro sicut sponse in cubiculis examinant facies suas vt maculas purgēt sic et fideles anime hoc spūaliter seruare debēt In huius mysteriū Exo. xxxviij. dicit̄ q; mare ereum factū est de speculis mulieruz. xxxvj. di. §. ecce ad finem. Macule q̄dem in speculis vise in mari penitētie lachrymarū lauande sūt Unde Matth. vj. ait dñs. Faciem tuaz id est est conscientiā tuā laua. Specula q̄dem verba diuina sunt. Unde Jac. j. dicit̄. Si quis auditor est verbi et non factor: hic cōparat̄ viro cōsideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Consideravit enī se et abijt: et statim oblitus est qualis fuerit. Et iterū Origl. ait. Scriptura sacra mentis oculis quasi quoddā speculū opponit̄. vt interna nostra facies videat̄. ibi enim feda. ibi pulchra nostra cognoscimus.

¶ Tertia deformitas

¶ Tertio est ager maledictōis. Naz bona et mala in eo cōuertunt̄ ad malū. ¶ Prima quidem mala etiam si occulta sunt et a nemine visa molestant: et maculant cōscientam proprauam. Unde Ambro. in epistola ad cōstantiuz ait. Unusquisq; non intermittat opus pbabile: siue a pluribus videat̄: siue sine arbitrio sit. Abundat enim sibi locuples conscientia testis fugiat homo mala et obprobria: etiam si se crediderit non posse cōuinci. Nam clausus parietibus sit et coopertus tenebris siue cōscientie teste fuerit habet tamen suuz arbitrū quem nihil fallit. ad quē facta clamant omnia. Denicq; clamauit et vox sanguinis. Seipsum vnusquisq; ad animū suum seuerū iudicem sui vltorem sceleris et vindicem habet. Et ideo Socrates ait. Fallere poteris famam: cōcientiā nunq̄z. Unde Jsido. libro. ij. de sum. bo. ait. Omnia fugere potest homo preter cor suum. Non enim potest a se quisq; recedere. vbicunq; ierit conscientia reatus sui illum nō derelinquit q̄uis humana iudicia subterfugiat qui male agit: iudicium tamen cōscientie sue effugere non potest. Nam et si alijs celat quod agit: sibiipsi celare non potest qui nouit quod gessit. Duplex aūt in eo fit iudiciū: quia et hic cōscientie sue restu punitur. et illic perpetua pena damnat̄ Unde dicit̄. Abyssus abyssum inuocat in voce catharactarum tuaruz. Abyssum inuocare abyssuz est de iudicio ꝓscientie ire ad iudiciū perpetue damnatōis: in voce catharactarū. id est in predicatiōe sanctoz. ¶ Secūda quoq; bona que fieri possunt. scz animo bono et malo cōscientie male etiam conuertunt̄ in malū. sicut sunt orationes elemosyne et similia: quando quis operatur illa peruersa intentōne. Et ideo ad tales Matth. vj. dñs ait. Si lumen quod in vobis est tenebre sunt: q̄te erunt ipse tenebre. hoc est si bona que agitis mala intentione male conscientie mala sunt: q̄tomagis ea que peruersa cōscientia agetis impia erunt? Vide igit̄ quid in hoc agro seminaueritis: quia que homo hic seminauerit illa et metet. ꝑm apostolū ad Gala. vj. Nam qui seminat in carne. id est. cōscientia carnali: de carne metet corruptionē. id est. eternam damnationē. Ex oīmbus predictis cum sententia cōcludere possumus q; totum vitiosum geritur vbi cōscientie puritas non habet̄.

¶ Quarta deformitas. ¶ Quarto est hortus maliciarū in quo plantata est arbor scientie boni et mali. id est. proprius siue priuatus amor a quo cuncte malicie et mala origenem sortiunt̄: sicut dicit apostolus. j. ad Timoth̄. vj. Radix omniū malorz est cupiditas. Ibi fons descendens de terra amor mūdi in quattuor flumina diuisus. id est. in quattuor affectōes inordinatas distinctus. s. imūdanorz gaudia et merores et in mūdanorz spem atq; timorē. que more fluctuantiū et fluentiū fluminorz vexant et agitāt in multas malicias malas cōscientias. Proinde Prouerb. xij. dicitur est qui pmittit: et qua si gladio pungitur conscientie. promittit securā: et dat dubia. promittit fidelitatē: et dat proditionem. promittit gloziam: et dat ignominiam. Unde Esaie. xxx. Erit fiducia vmbre egypti in ignominiā. Ex quibus omnibus punigitur anima: et conscientia molestat̄. De talibus cōscientijs Job. xxx. ait. esse subsentibus delitijs cōputabant.

De secundis quattuor deformitatibus conscientie prave.

Capitulum.II.

Secundo addamus alias quatuor deformitates. Prima conscientia est reclinatorium anxietatum et amaritudinum. Secundū vero Bernhar. conscientia quadrupliciter distingui potest Prima est trā quilla ⁊ non bona. secūda est bona ⁊ non tranquilla. tertia est nec bona nec tranquilla: quarta est bona et tranquilla. ¶ Quinta deformitas. ¶ Prima inquam est tranquilla et nō bona: vt eorum qui in spe peccant: et in corde eorum dicunt q deus non requiret. Et talis est maxime adolescentiū. De hac conscientia Beneca ait. Mala conscientia sepe tuta est: secura vero nunq̄. Est enim hec tranquillitas insensibilitas quedam. omni vitio peior secundū Augustinuz. Immo et talis conscientia mortua dici potest. Unde Bernhardus in quodā sarmone ait. Quis magis mortuus est eo: qui portat ignem nec expauescit? ¶ Secunda autem est bona ⁊ non tranquilla: vt eorum q̄ iam conuersi ad dominū recogitant annos suos in amaritudine anime sue. Et de hac Esaie. xxxviij. in persona penitētis ait. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. ¶ Tertia est nec bona nec tranquilla: vt eorum qui in multitudine peccatorum desperant. et in sceleribus suis perseuerant. De tali cōscientia Ambrosi. in libro de officijs ait. Nulla pena grauior q̄ interioris vulnus conscientie male. Hoc magis fugiendum q̄ mors. q̄ dispendium. q̄ exilium. q̄ debilitatis dolor. Et iterum Isidorus. ij. libro soliloquiorum ait. Nulla pena grauior pena conscientie. Vis nunq̄ esse tristis: bene viue. Secura mens tristiciam leuiter sustinet. Bona vita gaudium semper habet. Conscientia autem rei semper in pena est. Nunq̄ securus est animus reus. Mens enim mala cōscientie ppria agitatur stimulis. Deniq̄ omnes in peccato iacentes. quod durius est ad caput habent: mollius vero ad pedes. Ratio enim et conscientia que sunt anime caput ex culpa affliguntur ⁊ cruciant. Et sensualitas que est pedes impie delectat. Quod est contra consuetudinem omniū excubantiū et dormientium. qui mollius ad caput ponunt. ¶ Quarta vero est bona ⁊ tranquilla: vt eorum qui spiritui carnem subdiderunt qui cum his qui oderunt pacem erant pacifici. De tali cōscientia ppheta ait. Factus est i pace locus eius. De hac etiam Ecclesia. xiij. ait in principio. Beatus vir qui non est stimulatus in tristicia delicti Felix qui non habuit tristiciam animi sui. O beata gens cuius dñs est deus eius: populus quem elegit in hereditatē sibi. ¶ Sexta deformitas. ¶ Secundo est gaudiū demonioz. Quod intelligens propheta de semetipo ait. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Sicut enim gaudium est angelis super vno peccatore penitentiam agente: sicut ex p̄cedentibus patet: sic gaudium est demonibus super vna anima per mortalem culpam cōscientiaz inquinante. Ut verificet illud poeticum nunq̄ risus adest nisi quem fecere dolores. De eorum quoq̄ leticia Prouerb. ij. dicit. Letantur scilicet demones cum malefecerint: ⁊ exultēt in rebus pessimis. In huius quoq̄ mysterium. scdo Regū. j. dauid ait. Nolite annunciare in geth. Et sequit. Ne forte exultent philistijm. id est. demones. quia non tantū demon ille qui peccatū suggerit alicui menti gaudet si cōscientia maculatur sed insuper omnes alij demones gaudent ⁊ letentur. Proinde Ecclesiasti. xviij. de carne inquit. Si p̄stiteris anime tue cōcupiscentias eius: faciet te in gaudium inimicis tuis qui demones sunt. Rationez quoq̄ subdens ppheta ait. Si motus fuero a loco meo ppio. Locus enim ppius ad quem anima est creata: et in baptismate collocat̄ est perseuerantia in cōscientia pura. Unde Ecclesiastes. x. ammonet dicens. Si spiritus potestatē habentis ascenderit super te. id est. supbia diaboli aliquo modo p̄ualuerit cōtra te: locum tuum ne diuiseris. id est. vide ne per mortalem culpam inquines cōscientiam tuam. Sed quia a nobis ipsis talem cōscientiā seruare non possumus. Ideo subdit propheta dicens. Ego autem in misericordia tua speraui. scilicet nō in potestate mea: que nulla est contra diabolum. Unde Job. xlj. dicitur. Non est potestas que comparetur ei. ¶ Septima deformitas. ¶ Tertia deformitas est arca fraudis. Hanc arcam. id est. conscientiam malam: et sceleribus plenam vocat ppheta ventrem. Proinde propheta. psalmo. xvj. ait ad dominū in persona talium. De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Peccata quidem que non confessa in conscientia manent deo quodāmodo absconduntur: et hec quasi non videre se fingit deus. vsq̄ ad horam mortis. Et de talibus Prouerbio. xxviij dicitur. Qui abscondit scelera sua. scilicet in cōscientia sua ad deum non dirigetur. Et subdit adimpletus est venter eorum. id est. conscientia eorum. De cruciatu talis cōscientie seu ventris dicitur Hieremie. iiij. Uentrem meum doleo ventrem meum doleo. Unde bis replicat hoc verbum: propter illius cruciatū in morte: sed magis p̄o die iudicij. Proinde Bernhardus. in quadam epistola ait. Non est tutum

De statu conscientie male.

labijs hominum cõmittere gloziam tuam. arte vtiq; sine claue ⁊ sine sera nulliq; oimode clau se nocere volenti. Non tutum plane sed stultũ thesaurũ tuũ recondere: vnde resumere nõ va leas cum volueris. Sanum vas ⁊ incõcussuz est cõscientia. ⁊ secretis seruãdis idoneũ nullis patens insidijs. nulli violentie cedẽs nulli ocu lo vel manib⁹ accessibilis. excepto dũtaxat spi ritui qui scrutat etiã alta dei quicquid in ea po suero securus sum: qz non perdam seruabit vi/ uo: defuncto restituet. hec ille. Conscientia igit est fidelissimus custos: qui nihil perire permit tit eoz que cõmendaueris ei. Vide igit qualia ei cõmendes: ne forte cõmendas ei mortẽ tuaz scz ipsam mortalẽ culpaz: qz in vltimo vite tue tibi restituet eam in tui perditionẽ. ¶ Octaua deformitas. ¶ Quarto est thesaurarius regis babylonis ¶ Porro tres ciuitates habet ille rex babylonis in regno suo: ex qbus cõgregat thesauros suos recõdẽdos in gazophylatio cõ scientie praue Que mystice signate sunt. p tres paruulas ciuitates quas edificauerũt pharao ni filij israel. vicz phyton ⁊ ramasse. sicut scptũ est Exo. j. Et tertia fuit on que interpretat so/ lis ciuitas: vt ibidẽ dicit. Sm translationẽ. lxx he tres ciuitates que tributũ reddũt babylo nie regi sunt auaricia: luxuria: ⁊ superbia. De q̃ bus. j. Joh. ij. dicit. Omne qd est in mũdo. cõ cupiscentia carnis est. vel cõcupiscẽtia oculoz aut superbia vite. ¶ Prima igit ciuitas dicitur phyton ⁊ interpretat os abyssi. vel os pfundũ Et hec est cupiditas que impleri nõ põt. Pro inde Eccli. xliij. dicit. Insatiabilis est oculus cupidi. Et Eccs. v. c. ait. Auarus nõ implebi tur pecunia. Et hec ciuitas reddit regi tributa magna. s. impietates rapinaz furtoz vsurariũ et omniũ ptractuũ simulatoz ⁊ iniquoz dece ptionũ. ¶ Secũda ciuitas vocat ramasse. que interpretat cõmotio tynee. Per tyneã eni que de veste nascit ⁊ illam cõsumit designat illece bra carnis: que de carne nascit. ⁊ illaz cõsumit non tñ in futuro per gehẽnã. sed etiã in presen ti per multiplicẽ culpaz ⁊ penam. De culpa. j. Corinth. vj. ait apls. Qui fornicat in corpus suum peccat. De pena Bern. ait. Malus ver mis luxuria: quo nullus alius nocentioz. In gredit enim blandiẽdo. mordet ridẽdo: trans/ fozat delectando: perimit cõsentiendo. Unde Prouerb. xxiij. Ingredit blande sed in nouis/ simo mordebit vt coluber: ⁊ vt regulus vene/ na defundet. Unde Hiero. in quadaz epla ait. Libido transacta semp sui relinquit penitudi nem: ⁊ nunq̃ satiat. ⁊ extincta reaccendit. vsu crescit ⁊ deficit. nec rationi paret que ipetu du citur. Hec etiã ciuitas reddit tributa maxima suo regi. s. fornicatiões virginũ deflorationes. adulteria. sacrilegia. stupra. incestus. peccata cõtra naturã ⁊ similia. ¶ Tertia ciuitas dicit ciuitas solis per quã superbia designat que sem per appetit lucere ⁊ apparere. Hec quoq; maxi ma tributa reddit pfato regi. s. ambitiões. par cialitates. vanitates. fastus. pompas. elatões et cõsimilia. Henicq; omnia tributa predictaz ciuitatũ recondit babylonis rex in gazophyla tio cõscientie praue. Tam charũ diabolus ha/ bet thesaurũ cõscientie male: vt oñia quecũq; in mũdo sunt preter illud p nihilo spernat. In cuius mysterium Gene. xliij. rex zodomozum ad abraam dixit. Da mihi animas: cetera tol/ le tibi.

De tertijs ⁊ vltimis quattuoz deformitatibus conscientie male.

Capitulum. m.

Tertio subiũgamus vltimas quattuoz deformitates cõscientie praue. ¶ No na deformitas. ¶ Primo nanq; est aula sathanę. In hac enim aula omnia sue impietatis of/ficia exercere facit: atq; p suos officiales ⁊ satel lites frequẽtare. Que aũt officia in hac cõscien tie aula exercẽda dispẽsat. ostendit Petrus ra uẽnas exponẽs illud Matth. iiij. Ductus est iesus in desertũ dicens. Diabolus mali auctor nequitie origo. rerum hostis. corruptor seculi hominis semp inimicus. ille laqueos tendit la psus parat. foueam fodit. aptat ruinas stimu/ lat corpora. pungit animas. cogitatões sugge/ rit imittit iras. dat virtutes odio vitia q̃ red dit amori. errores serit. discordiã nutrit. pacez perturbat. affectus dissipat. hũana violat. tem ptat diuina. Hec eni omnia per satellites suos in aula cõscientie male toto conamine frequen tare cõtẽdit. De hac q̃ aula ⁊ demonũ officijs ibi frequẽtatis: etiam Cyprianus ait. Lata et spaciosa itinera vite letalis illic illecebre ⁊ mor tifere voluptates illic diabolus blandit vt fal lat: arridet vt noceat: allicit vt offendat. ¶ De cima deformitas ⁊ septem spiritibus nequã. ¶ Secũdo est habitaculũ spiritus nequioris. Porro sunt pscientie quedã que relicto secula/ ri statu saltem apparẽtie exterioi demũ recidi/ uatione seu tepiditate plabunt in nequiora vi tia. Et de tali conscientia dicitur Matth. xij. Cum imundus spiritus exierit ab homine. id est a conscientia seculari: ambulat per loca ari da. id est secularia ⁊ mundana querens requi em ⁊ non inuenit. scz iuxta malicia ⁊ desideriũ suum. Tunc dicit reuertar in domũ meã. id est in conscientiaz vnde exiui. Et veniens inuenit vacantẽ. id est ociosam: scobis mundatã. id est a vili spurcitia seculari alienam ⁊ ornatam scili cet apparentiam regulari. Et vt ostendat chri-

stus q̄ prefata tepiditas. ⁊ simulatio bonitatis sunt radices spiritualiū peccatoꝝ: ⁊ q̄ aperiūt hostiū spiritibus nequā: ideo subdit. Tunc vadit ⁊ assumit secum alios septem spiritus neq̄ores se. Quia de temptatione carnali ⁊ seculari vertit se ad temptanduꝫ de spūalibus culpis. Uel q̄ recurrit ad aliquos spūs superiores: q̄ maius officiū ⁊ maiorē astuciā habent ad decipienduꝫ in neq̄oribus ⁊ spūalibus malis. Qui septem dicunt ad designandū vniuersitatez et multiplicitatē spiritualiū peccatoꝝ. Uel quia cōmuniter ad septem p̄ncipalia ⁊ spiritualia de quibus statim dicimus reduci possunt. Et seqūtur. Et intrantes habitant ibi scz in cōscientia per effectuꝫ. ⁊ cōformitatē malicie sue. Et fiunt tunc nouissima hominis illius peiora priorib⁹ scilicet ⁊ quo ad culpam: ⁊ quo ad penam. Hz qui sunt hi septem neq̄ores spiritus distinguamus. Primus est spiritus p̄sumptionis. secundus est spiritus ambitiōis. tertius est spiritus incōpassionis. quartus est spiritus fraterne inuidiationis. quintus est hypocrisis spiritus ⁊ simulatōis. sextus est spiritus obstinatiōis: septimus est spiritus maligne impugnationis. hi dicunt septem spiritus nequiores. quia talia peccata spiritualia plus de nequitia ⁊ malicia habent: q̄ carnalia. licz illa quo ad aliquid sint viliora ⁊ turpiora. Et hi omnes fuerūt in pharizeis: sed ⁊ nunc reperiunt in pharizaicis viris. ¶ Primus in q̄ est spiritus p̄sumptionis scilicet de bonitate: sanctitate: ⁊ religiositate. De talibus erat ille pharizeus de quo Lu. xviij. dñs ait. Q̄ stās hec apud se orabat dicēs Deus gratias ago tibi: q̄ non sum sicut ceteri hominuꝫ: raptores: iniusti: adulteri. velut hic publicanus. Jeiunio bis in sabbato: decimas do omniū que possideo. Similiter ⁊ ille q̄ Lu. vij. temere iudicabat christū ⁊ magdalenā. ¶ Secūdus vero est spiritus ambitionis ⁊ inanis glorie. De talibus Matth. xxiij. dñs ait Omnia opera sua faciunt vt videant ab hominibus. Amant enim p̄mos accubitus in cenis et p̄mas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro: ⁊ vocari ab hoibus rabbi. ¶ Tertius est spiritus incōpassiōis: ⁊ incōpassiue cupiditatis. Unde Lu. xvj. cōsulente christo fieri amicos de māmona iniq̄tatis subdit Audiebant hec omnia pharizei qui erant auari. ⁊ deridebant eum. ¶ Quartus est spiritus fraterne inuidiatōis. De quo Matth. xxvij. de pilato dicit: ⁊ de christo. Sciebat enim q̄ per inuidiam tradidissent euꝫ. ¶ Quintus est hypocrisis ⁊ simulatōis. Contra quem christus inuehit Matth. xxiij. vbi octies cōminat ve hypocrisis ⁊ simulatis dicens: q̄ similes sunt sepulchris dealbatis: ⁊ q̄ mūdant solū quod de foris est calicis et parapsidis: atq̄ quinquies vocat cecos: vt mystice iudicet eos in cōscientia: ⁊ in omniuꝫ diuinoꝝ sensu obcecatos et tenebrosos. ¶ Sextus est spiritus obstinatōis. Contra quem agit dñs Matth. xxj. dicens in parabola duoꝝ filioꝝ quoruꝫ vnus dicit se facturum iussa patris ⁊ nō fecit. Et subdit q̄ publicani ⁊ pctōres precedent vos in regno dei. Quia illi verbo ioānis crediderūt: ipsi vero hoc videntes nec penitentiā postea habuerūt ¶ Septimus est spiritus maligne impugnatōnis. De quo Matth. xxiij. dñs ait. Ecce ego mitto ad vos pphetas ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis crucifigētes. ⁊ flagellabitis in synagogis vestris: ⁊ psequemini de ciuitate in ciuitatē. ¶ Undecima deformitas. ¶ Tertio vero est liber clausus ⁊ signatus. Qui quādo scribit de meritis malis tunc stilo ferreo designatur. Sicut Hiere. xvij. c. scriptū est. Peccatū iude scriptum est cum stilo ferreo. ⁊ vngue adamātino id est. in corde ⁊ conscientia obstinata. Indelibilis hec est igitur scriptura. Uide igit̄ qualiter in ea scribis: quia ſm hunc libꝝ cōscientie iudicandus es. Sicut enī estiuo tempore nidus in arbore ppter folia non videt̄. sed in hyeme defluētibus ab arboribus foliis circūstantib⁹ patet sic dum pdurat estas p̄sentis vite apparere nequeunt cōscientie mala seu vicia. niduſq̄ diaboli qui in nostra cōscientia hospitat̄. Sed adueniente hyeme. i. quādo venit iudicij dies tunc apparebūt peccantiū nidi ⁊ patefient conscientie male. Tunc sicut dicit̄ Esaie. j. Erubescetis super hortos quos eligeratis: cum fueritis velut quercus defluentibus foliis. ¶ Duo decima deformitas est aptio librorꝝ. ¶ Quarto hic cōscientie liber est in die iudicij aperiendus. Nam tunc singulis aderit vis diuina sicut in fine p̄cedentis arti. dictū est: et tunc hac virtute fiet vt omnia merita vel demerita sibiipsis ⁊ ceteris inotescāt. Primo enim sibiipsis ppria inotescant: vt in pmptu habeant singuli cogitatōes ⁊ accusantes vel etiam defendentes. Reducent enim ad memoriā singulorꝝ cogitationes: affectōes: operatōes: atq̄ intentiones ad ostensionē diuine iusticie ſm statum illum. Et ad ostensionē diuine miscōie ſm statū p̄teritū vel transactū. Ad ostensionē diuine iusticie in retribuēdo singulis: ad memoriā reducent̄ bona ⁊ mala in quibus finaliter pmanserunt: q̄ illa sola retributōe eterna digna sunt Ad ostensionē diuie miscōie. de peccato rememorabunt̄ mala bonoꝝ a quibus sunt miseriter liberati: ⁊ bona malorꝝ que i eis deus misericorditer opatus est. Scōo aūt inotescēt omnibus alijs singula singulorꝝ. ⁊ gesta et cogitata bona ⁊ mala Et extūc nota erunt oībus

De statu conscientie male.

et aperta: ꝛ hoc ad certã liberationẽ meritoꝝ: que scienter in omni bonoꝝ ꝛ maloꝝ actionũ recognitione ita vt singuli de singulis meritis alioꝝ valeant iudicare. Ostenso quipe malorum in bonis erit ad manifestationẽ misericoꝝ die ꝓius facte. Ostensio verbo bonoꝝ in eis erit ad manifestationẽ iusticie qua digne a domino premiant. Ostensio vo bonoꝝ in malis erit ad ostensionẽ, miscẽte in pñti seculo sibi facte. Ostensio enim maloꝝ eisdẽ erit ad manifestationẽ iusticie: qua digne a dño cõdemnant. De his Origl. ait. Nudabit pctõis nostri cõscientia ꝛ aperto corde videbunt littere pctõꝝ que stilo ferreo: ꝛ vngue adamãtino scripte sũt atq; vniuersa scrutantiũ multitudo leget in pectore nostro signatas imagines pctõꝝ. Aperietur nihilominus alius liber qui dicit liber vite: cuius virtute omnia ista fient. qui in forma diuinitatis non videbit nisi a bonis In forma vero humanitatis in qua sniam ꝑmulgabit videbit tam a bonis q̃ a malis: licet in eadẽ forma terribilis reprobis blandusq; videbit a iustis. O felix ꝓscientia que tunc corã districto iudice se reperiet inocentẽ ꝛ mundã habentez testimoniũ dei ꝛ omniũ iudicandoꝝ quietã in se lucidã corã vniuerso mundo. Talis erit deo placita, angelis grata: oibus sanctis gratiosa ꝛ amorosa. Ipsa erit mensura premij. plenitudo gaudij. solaciũ celi. O q̃nto gaudio replebitur. dum intellectus satiabit lumine plenissime veritatis memoria certitudine imensissime maiestatis, volũtas dulcedine suauissime bonitatis tñ equidez omnes beate cõscientie gaudebũt. q̃tum amabũt: tñ q; amabũt q̃tuz cognoscẽt Oremus te dñe illumina cõscientias nr̃as imũda ab oibus inq̃natoib⁹ eas: in oculis tuis gratifica illas. spiritualiũ gaudio reple illas: hic ꝑ gratiã. vt tandem per gaudiũ sempiternũ atq; gloriã: gaudiũ earuz plenũ sit. Tu qui cõscientiarum mundarũ es amator: ꝛ speciosus glorificator ꝛ premiũ viues cum patre ꝛ spiritusancto glorioſus ꝛ amorosus, per infinita secula seculorum Amen.

Feria. iii. post dñicã palmarũ. de triplici statu cõscientie male ꝛ illuminatione ꝛ reformatiõe eiusdem.

Sermo. LIII.

Existimasti iniq; essem tui silis: arguã te: et statuã ꝓtra faciem tuam pſ. xlix. Secũm enim Origenez. li. ij. super epistolã ad Rhoma. Conscientia est spiritus qui anime velut pedagogus quidã sociatus est ꝛ rector: vt eam vel de melioribus moneat, vl de occultis castiget ꝛ arguat: de hoc enim .j. Corinth. ij. apostolus ait. Quis enī scit hominũ que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et iterũ ad Roma. viij idem ait. Ipse enī testimonium reddit spiritui nr̃o: qz sumus filij dei. Uerũ ſm quosdã sumit hic spiritus ꝑ spũali quadã operatõe: seu ꝑ quodã spirituali dono id est. ꝑ synderisi. sicut in .j. arti. ꝓcedentis sermonis patuit: nec sumit ꝑ natura anime. Hoc dicto igit modo sumẽdo spiritũ ipse est in mysterio: qui anime rõni inferiori in criminib⁹ inuolute inqt Existimasti inique. i. neq̃ter q; ero tui similis. Arguã te ꝛ statuã cõtra faciẽ tuam. In quibus mysticis verbis tres status cõsciẽtie male describunt. Primꝰ est status deceptionis. ibi. Existimasti iniq; ero tui silis. Secundus est status reprehẽsionis. ibi. arguã te. Tertius est status cõfusionis. ibi. et statuam cõtra facem tuam.

Articulus. i. de multiplici excecatione: ꝛ extremitate conscietie male et illuminatione illius.

Primus est status deceptiõis. Fit enī ꝑ synderiſ seu ipsa cõscientie scintilla ad rationẽ inferiorẽ: in qua cadit deceptõ seu error. Existimasti inique q; ero tui similis. id est. q; reciꝑã sicut ꝛ tu errores ꝛ deceptões Non enī sicut dicet infra arti. iij. c. j. in ea cadere potest error seu deceptio quedaz: quẽadmodum rõne inferiori: sicut etiã ibidẽ patebit De hoc igit statu deceptõis tria ad ꝓsens consideremus. Primo cõscientie cecitatẽ. Secõ conscientie extremitatẽ. tertio cõscientie serenitatẽ seu claritatem.

De septẽ sigillis quibus anime claudũtur peccata sua: ne videat: aut intelligat ea. Capln. i.

Primo inq̃ cõsideremus cõscientie cecitatem. Deinde nõ tñ cõscientie liber siue sit cõscientia bona siue mala clausus est ꝑ naturã: verũetiã opante maligno spiritu cõsciẽtie inimico obseratus ꝛ clausus esse põt ꝑ multiplicẽ culpã. Nõ Apoc. v. iobi mystice demõstratũ est Ideo ait. Uidi in dexterã sedẽtis sup thronũ libꝝ scriptũ intus et foris: signatũ sigillis septẽ. Hic lib. ſm tropologicũ intellectũ cõscientia est. qui in dextera dei sedẽtis super thronũ ideo esse dicit: qz omnis conscientia ꝓz oculis dei sũmi. Deinde Esa. xlix dñs ad cõscientiã ait. In manib⁹ meis descripsi te. glo. vt semp videam te. Quod quidem hic clarius a ioãne subinfert cum subditur. Scriptum intus ꝛ foris. Quia interiora: ꝛ etiam exteriora patent oculis summi dei. Sicut ad hebreos. iiij. apostolus ait. Omnia autez nuda ꝛ

aperta sunt oculus eius. Unde Eccl'.xxxix. dicitur. Nec quicq̃ absconditū est ab oculis eius sed quia illa que de mala cōscientia patēt corā deo. animę peccatoris ꝛ iuste sępius occultata sunt Ideo de libro p̃dicto merito subdit' .signatum sigillis septem Propter septē causas quas secreto iudicio dei ꝓscientie excecant': nec videre nec intelligere possunt a semetipsis maculas suas. Quod ꝺdem timens ꝓpheta ait. Ab occultis meis mūda me dñe. Hec aūt septem sigilla breuiter distinguamus. Primū est negligentia. scōm superbia. tertiū singularitas. quartum pusillanimitas: quintū ignorātia. sextum affectio ꝓpria. septimū ꝓplexitas. V Primus sigillū est negligētia. Porro sepe cōtingere solet vt in cōscientia mortalis sit culpa. imo qñq̃ in ea multa sunt crimina lapsa: que ꝓpter inq̃sitionis negligentiā ignorant'. O quot sunt hodie qui negligūt vel nesciūt: qꝛ non curant discutere cōscientiā suā: atq̃ a peritioribꝰ inquirere p̃termittūt: ꝛ cum tali cōscientia indiscussa ꝛ inq̃nata ꝓsumūt accedere ad sacrā cōmunionem. Hoc aūt q̃ti periculi atq̃ discriminis sit ostendit Rich'. de me. vil. in. iiij. di. c. ix. dicens. Qꝛ ignorans esse in mortali culpa cum tñ in ea sit: ꝛ sacram eucharistiā sumit duplici ex causa pōt hoc ignorare Primo ex insufficiētia scōo ex negligētia. V Primo inq̃ ex insufficiētia non ex omissione debile negligētie quā per se ꝛ cōsilia peritoꝝ tenet' homo diligētius adhibere. Sed qꝛ de lege cōmuni certus esse non potest vtruz peniteat digne: sicut Eccs. ix. ait nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit Et talis sic accedēs ad sanctā cōmunionē minime mortaliter peccat. Ex quattuor bona ex tali cōmunione cōsequi potest si deuote sumpserit eam. Primo qꝛ meret' sic cōmunicādo. scōo qꝛ ex hoc potest fieri de atrio cōtritus'. tertio qꝛ ꝝm Augl. virtus sacramēti deuote sumpti peccatum reducit ad memoriā penitētis. De quo pōt ꝛ dz penitere ꝛ particulariter ꝓfiteri: q̃rto qꝛ si nunq̃ de tali culpa memoriā habet virtute huius sacramēti sibi dimittit'. Proinde ꝝm Tho. hoc sacramentū ablutio scelerū notatur Vel qꝛ illa scelera impedit: vel qꝛ virtute illius sacramēti deus illa que nō sunt in bois cōsciētia vl' que sunt oblita dimittit'. Aliter quicūq̃ hoc susciperet sacramentū exponeret se periculo mortalis culpe qđ falsum est. V Scōo autē cōtingit hoc ex negligētia omittēdo debitā diligentiā in se examinare ꝛ debita cōsilia postulare. Forte etiam fuit negligēs in audiēdo verbum dei: vnde illuminari poterat quid sit malum ex debito fugiendū: ꝛ quid sit bonū ex debito operandū. omisit q̃ ꝛ negligēs fuit quere re cōfessorē peritū ꝛ diligentē. qui eum diligenter dirigeret ꝛ instrueret in p̃dictis. Negligēs q̃ fuit in captare tempus cōueniens ad diligētem cōfessionē: sed ꝓlongauit eam vsq̃ ad quadragesime finem. ꝛ etiā tunc imꝑparatus ꝛ inexaminat'. atq̃ inconsideratus ad illam accessit ex cōsuetudine potius q̃ ex virtute. Propter hec omnia ꝛ cōsimilia non recolit nec illū penitet integre de cōmissis. Propterea cōmunicādo peccat mortalit'. qꝛ ꝝm Sco. talis est ignorantia crassa ꝛ supina: que est ꝓtra apostolū .j. Corinth'. xj. dicens. Probet autē seipsum homo: ꝛ sic de pane illo edat ꝛ de calice bibat. qui enim mānducat ꝛ bibit indigne: iudiciū sibi mānducat ꝛ bibit non diiudicās corpus dñi V Secundū sigillus est superbia: qua fit vt nolit humiliare homo intelligentiā suam ad credendū melioribus ꝛ sapiētioribus se. iuxta illud apostoli scōo Corinth'. x. In captiuitatē redigētes omnē intellectū in obsequiū christi. Et iterum de talibus ad Rhoma .j. dicit'. Obscuratū est insipies cor eoꝝ ꝛ dicentes ꝛ sapiētes esse stulti facti sunt. Hic est fumus de quo Apocal'. ix. Job'. ait. Ascēdit fumus de puteo abyssi. sicut fumus fornacis magne: ꝛ obscuratus est sol et aer de fumo putei abyssi. In quacūq̃ enim mente superbia diaboli viget: radios solis diuine sapientie ab ea prescidit ꝛ puritatē eius que sicut aer peruia debet esse radijs sapientie dei obtenebrabat seu obscurabat. Diabolus enim sicut corpus terrestre atq̃ opacum terrena videlicz non celesti sapiētia plenus radios eius sapientie a se repellit ꝛ se mētibus imitatoꝝ suorum obiciens. vmbram superbie sue illis imprimit vt plus sibi q̃ fidei aut plus sibiq̃ peritioribꝰ se credere velit. Unde merito tales inconscientia decipiunt' Et huiusmodi erat ille de quo dicitur Hieremie. xlix. Arrogātia tua decepit te et superbia cordis tui extulit te. Unde Augustinus. Superbia meret' illudi. V Tertiū vero sigillū singularitas dici potest'. qꝛ sez homo sequens suum. ꝓprium sensum se alijs non cōformat: nec cōmunes bonoꝝ atq̃ peritoꝝ vias imitari dignat'. Et de tali conscientia ꝓpha ait. Extermiauit eam aper de silua: singularis ferus depastus est eam Ait enim exterminauit eam .id est. extra terminos cōmunes posuit eā aper de silua .id est. singularitas mentis. Ac econtra de mente humili Gene. xlix. scriptū est mystice Issachar asinus fortis accubans inter terminos. Issachar enim dominū memoratās interpretat': ꝛ signat humilem imitatorē christi: qui memor est humilitatis christi dicentis ad patrem suum Luce. xxij. Pater si vis transfer calicem hunc a me verūtamen non mea voluntas fiat' sed tua. Hic est asinus fortis dei voluntatem: non in suo sed in alioruz iudicio ferens.

De statu conscientie male.

Propterea accubat ⁊ requiescit in termino: et iudicio perito⁹ ⁊ maio⁹ suo⁹. Atq; de singulari subiungitur. Et singularis fera depastus est eam. Quia talis singularitas ꝓsumit omne lumen ⁊ iudiciū cōscientie bone. Sicut euenit pharisco Lu. xviij. de quo dñs ait. Pharise⁹ stans apud se orabat dicens. Gratias tibi ago deus: qz non sum sicut ceteri hoium. raptores iniusti. adulteri. velut etiā hic publicanus. Je iuno bis in sabbato: decimas do oiuz que possideo. Et publicanus a longe stans nolebat nec oculos suos ad celū leuare: ꝙ percutiebat pectus suū dicens. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Et que sit differētia inter iudiciū singularitatis ⁊ iudiciū humilitatis: subiūgit dñs dicēs Amen amen dico vobis: descēdit hic iustificatus in domū suā. i. ⁊ non ille ¶ Quartū sigillū est pusillanimitas. qua. s. homo ꝑm iudiciū rationis non timēda timet: et ex pusillanimitate errante iudicio rōnis iudicat esse timenda que timeri non debēt. Et de talibus ꝓpha ait. Illuc trepidauerūt: timore vbi nō erat timor. Qz qz tales animatiua exhortatōe indigent. Ideo Esa. xxxv. cōuersantes cum talibus admonet dicens. Dicite. s. talibus pusillanimes cōfortamini ⁊ nolite timere. s. hoc inani timore: qui ad deceptionez cōscientie diabolo operāte anime dominat. Aduertendū tm̄ est q; sicut ex precedenti sermone arti. j. c. iij. patere pōt. Aliud est cōscientia: ⁊ aliud est cōscientie timor. Similr aliud ē qd ex pusillanimitate homo animo deliberato credat q; spuere in ecclesia sit mortale atq; aliud est qd de hoc timeat: nec tm̄ firmiter illud credat. Nam in primo casu sicut infra dicetur qui cōtra ꝓscientiā ageret mortaliter peccaret. In scdo vero casu non. Quia nō est a diffinitiua sententia rōnis: nec tm̄ hmōi omitteret quicqd sciret diuine beneplacitū voluntati.

¶ Quintū sigillū ignorātia est. Magni enim periculi status est ignorātia. Et vt quidam de sanctis patribus ait. Nullū maiorē amicū diabolus habet in ꝑsenti seculo nequā: q; ignorantiam. Hoc qdem sigillo claudunt ⁊ decipiunt omniū infideliū mentes: saracenor⁹: thurcor⁹: iudeor⁹: hereticor⁹: ⁊ innumerabilis multitudo christianor⁹. Proinde Rich. in quodā sermone ait. Dorte inferi due sunt: vna est ignorātia boni: alia vero est cōcupiscentia mali. Et ite⁹ xxxviij. di. c. ignorātia scriptū est. Ignorātia mater est cunctor⁹ erro⁹. Unde Isidorus ait. Ignorātia mater vitio⁹ ⁊ nutrix est Ignorās quotidie peccat ⁊ ignorat. Unde Greg. in moral. ait. Qui candorē lucis ignorat: etiā obscura lucidis approbat. Unde Aug. super ps̄. Nemo est insanabilior eo: qui sibi sanus videtur. Quare in quolibet statu in ecclia dei: ⁊ in quolibet reperies innumerabilē multitudinē ignorare que illis sunt necessaria ad salutez ꝑm statum suū que ignorātia a culpa mortali nō liberat neq; excusat. Sicut habet extra de iniur. et. da. c. si culpa. Et de talibus ad Ephesios. iiij. ait aplus. Ambulāt in vanitate sensus sui. tenebris obscuratū habētes intellectū alienati a vita dei per ignorātiā que est in illis. Sed audiant omnes tales quid dicit. j. Cor. xiij. Si quis ignorat ignorabit. Hec sunt virgines que ignorātes ⁊ nescientes deū ignorant ab eo. Quibus vt dicit Matthei. xxv. dicet dñs. Amen dico vobis. Nescio vos. Et qd mirabilius est Multi multa sciunt. ꝑm Bern̄. sed seipos nescisunt. Similes oculo q multa videt. sed seipm non videt. Contra quos Greg. ait. Eoipso vehementius decipit quo seipm nescit. Quot insuper sunt qui credūt in cantatiōibus. ariolis. augurijs somnijs breuib⁹ temporū obseruationibus diebus egyptiacis encenijs munitōib⁹ rerum. sortibus. artibus notorie. ⁊ plerisq; similibus. In qbus tm̄ est excecata cōscientia eorum vt nedū a seipsis credant se decipi ⁊ errare: verumetiā ꝓdicatorib⁹: cōfessoribus atq; doctoribus impugnātibus suprādicta oīno rebelles fiunt. Nō credētes se hoc modo errare: nec volentes de ꝓterito intelligere se errasse. Et de talibus. ij. Pet. ij. scriptū est. Hi velut irrōnabilia pecora sequunt in his que ignorāt blasphemantes in corruptōe sua peribūt hmōi q; per elymā magū designant. De q Actu. xiij. dicit Q volente paulo ꝓdicare: elymas resistebat ei paulus autē repletus spiritusancto intuens in eum dixit. O plene omni dolo: ⁊ omni fallacia fili diaboli. inimice omnis iusticie. nō desinis subuertere vias dñi rectas. Et nunc ecce man⁹ dñi sup te: ⁊ eris cecus: ⁊ nō videns solem vsq; ad tempus. Et ꝑfestim cecidit in eo caligo ⁊ tenebre. Elymas vo q excecatus erat maleficiū interpretat: vt mystice innuat q; diuio iudicio cōscientie in talibus excecant. ¶ Sextū sigillum est affectio ꝓpria ⁊ ꝓprius amor. Cui sicut infra patebit cōscientia faciliter se inclinat. demū q; iudicat qd affectat. Ideo seneca ait. Perijt oīne iudiciū: cum res transit in affectū. Et licet omnis inordinata affectio a priuato ⁊ proprio amore sumat originē: necnō faciliter ad suum sensum cōscientiā trahat: nihilomin⁹ amor triplex ipsam cōscientiā excecat. Primo amor tpalis substātie. scdo amor carnalis cōcupiscētie. tertio amor mūdialis excellētie. ¶ Primo excecat cōscientiā amor tpalis substātie. Q qt vsurarij ab ipsa cupiditate in cōscientia excecati. ꝑm cōscientiā suam lucrū iniuste recipiūt de vsuris: atq; ingratos reputant mutua suscipiētes si de illis nō remunerāt eos. Quot etiā ho/

die ꝓficiunt vsuriros ꝓtractus Vendũt temp⁹ similia opanť vt illis videť cũ cõscientia bona Hec igiť tẽpozalia sunt in mysterio calida ster/ cozа: q̃ tobie. ij. excecauerũt tobiã. ¶ Scdo ve/ ro excecat amoz carnalis ꝓcupie. Be q̃ Ebzíť. loquens de ꝓpheta dauid ait. Cõcupiscentia excecauit eum. Hec est dalila que situla interp̃ tata Que Judicũ. xvj. sampsonẽ q̃ interpretať. sol ꝑdidit: ꝛ eius excecatiõis causa fuit. Tertio vero multũ excecat amoz mũdalis excellentie. Sicut patet Apocaľ. iij. de illo cui dictũ est. Et dicis quia diues sũ ꝛ locupletat⁹: ꝛ nulli⁹ egeo Et nescis quia tu es miser ꝛ miserabilis ꝛ paup ꝛ cecus ꝛ nud⁹. Hoc quidẽ vitio excecanť in ꝓ sciẽtia partiales. Et maxime guelfi ꝛ gybellini q̃ cum sint cozde oze ꝛ ope ꝑtiales: vel saltẽ ali/ quem illoz triũ modoz nullã faciũt sibi ꝓsciẽ/ tiam nec in cõfessione nec in vita nec i morte esse in tali statu. Et sic excecati ineternuz piclitanť sicut supza. ꝟmo. xxv. ꝛ. xxvj. plenius dictum est: ꝛ sicut de multis alijs criminib⁹ dici põt Septimum vero sigillũ est ꝑplexitas. Scõm ei Bonãuen. in. di. xxxix. Conscientie triplex di/ ctamẽ est. Aliquando dictat quod est ꝟz legem dei: aliquando aliquid qđ est preter legem dei aliq̃ aliq̃d qđ ẽ contra legem dei. Et loquitur hic de dictamie p modũ p̃ceptionis vel ꝓhibi= tionis: non p modũ cõsilij vel ꝑsuasionis Pri/ mo ergo ꝓsciẽtia dictat qđ est ꝟz legẽ dei tunc simpliciter ligat ꝓo eo q ad illa homo ligatus est per ipsã diuinã legẽ ꝛ cõscientiã q̃ illi concoz dat ligatam ostendit. ¶ Secundo vero si dictat aliquid qđ sit ꝓeter legẽ dei: tunc etiaz ligat q̃ diu manet: vnde vel tenet homo ad quod ꝓsciẽ tia dictat implere: vtpote si dictat q necessariũ sit ad salutẽ festucam leuare vel ꝓsciẽtiam depo nere obligatur. Quia agentes cõtra ꝓscientiam diuinã offensã incurrũt. ex. de. elec. c. ꝑpetue. li. vj. xxviij. q. j. ¶. ex his: ex. de. resti. spoľ. c. litte/ ras. ꝛ de. ꝑscrip. c. vl. ¶ Tertio aũt si dictat illđ qđ sit cõtra legẽ dei: vt occidere patrẽ fornicari ꝛ sim ilia. Tunc est triplex modus dicendi. Primus ꝟm Bonauẽ. vbi supza qui ait: q talť conscientia non ligat ad faciendũ vel non faciẽ/ dum: sed ligat ad se deponendũ ꝓo eo q talis ꝓscientia erronea sit. repugnans diuini legi: et necessario q̃diu manet ponit hominẽ extra sta tum salutis. Et tõ ipsã deponere necesse est. Siue homo facit qđ sibi ꝓsciẽtia dictat: siue oppo situm eius moztaliter peccat. Unde si dictat cõ scientia q homo debeat fornicari vel non ꝟi foz nicetur moztaliter peccat. tunc si fornicatur stã te tali ꝓsciẽtia: moztaliter peccat. Non quidem ratione operis quod non facit: sed quia deũ cõ/ temnit dum credit sibi dictante conscientia q il lud nephas opꝰ deo placet. quod tamẽ sibi nõ placet. Et de hoc patet exemplũ. Gen. xix. de duabus filiab⁹ loth: credẽtes benefacere si cuz patre suo dozmirẽt: cuz etiã non liceret tempo= re illo patrẽ cum filia: vel etiã filium cuz ꝓpria matre cõcumbere. ¶ Secũdus aũt modus di cendi est: ꝟm Petrũ de candia qui ait. Q erro nea conscientia etiã in his que sunt cõtra deũ di ctans ligat ad faciendũ: sed per accidens et ꝟm quid. non p se ꝛ simpliciter sicut cõsciẽtia recta ꝑ accidens inq̃. Quia non ligat ad faciẽdũ inquantũ erronea: sed inquãtũ creditur esse iu sta ꝛ recta. Scõm quid in quã. Quia nõ ligat semp: ꝛ in omnẽ euentũ: sed q̃diu habẽti ei cre ditur esse recta: Ad deponendum aũt etiam eã se non obligat: quis nec hoc dictat. Tertiꝰ ve ro dicendi modus ẽ ꝟm ꝙualensem: q̃ vtranq̃ opinionẽ ꝓcordat dicens. Q erronea ꝓscientia duo includit. s. errozẽ ꝛ ꝓscientiã Ratione pri mi ligat ad deponendã eam: vinculo diuini p̃ cepti. Unde aplus ad Eph̃. iiij. ait. Deponite vos ꝟm pristinã ꝙuersationẽ veterẽ hominez: qui cozrumpiť ꝟm desideria errozis. Ratione vero secũdi ligat vinculo ꝓsciẽtie ad faciendum id quod dictat. Nec tamẽ est simpliciter talis homo ꝑplexus: quia põt ꝛ debet deponere illã et illo simpliciť ligať ꝛ ꝓpius ꝛ magis ad de ponendũ q̃ ad faciendũ. Et si de illa p se iudica re nescit debet ꝓsulere pitiores: ꝛ vbi sibi deest hũanũ ꝓsiliũ: debet se p oõnem ad deũ cõuer= tere. Hanc questionẽ inter questiones suas op time atq̃ plenissime ꝑtractat p̃fatus ꝙualenꝰ de ꝑplexitate. etiam vide di. xiij. c. j. et. ij. ꝛ dis. xiiij. per totum.

¶ De duplici conscientie extremita/ tesz de conscientia nimis larga ꝛ ni= mis stricta. ¶ Capitulum. II.

Secũdo vero ꝓsideremus ꝓscie extre mitatẽ. Duplex est eñ ꝓsciẽtie extre mitas. Prima quãdo ẽ nimis larga secũda quãdo ẽ nimis stricta ¶ Pri ma quãdo est nimis larga Et hec cõsciẽtia ge/ nerat in ania peccatũ i spiritũ sanctũ scz p ꝑsum ptionẽ de dei misericordia. Cõtra tales ꝑsumẽ tes Eccl. v. dicit. Ne dixeris peccaui ꝛ q̃d mi hi accidit triste: altissimus est eñ patiens reddi tor. De ꝓpiciatu peccatoz noli esse sine metu: nec adijcias peccatũ supra peccatum. Et ne di cas. Misericordia dei magna ẽ: multitudinis peccatorũ meorum miserebiť. Et tunc subdiť ibidem. Et non tardes ꝙuerti ad dñm: ꝛ ne dif feras de die in diẽ. Subito eñ veniet ira illius ꝛ in tpe vindicte disperdet te. Et itez dr Eccl. viij. Eteñ qz non cito ꝓfertur sniа cõtra ma los. filij hominũ perpetrant mala absq̃ vllo ti more. ¶ Secunda vero cõsciẽtia nimis stricta

et hec generat aliud peccatum in spiritū sanctū scz desperationē Scōm vero Gco. in .iiij. suo di abolus pcōrib⁹ in vita sua peccādo facit spera re in misericordia dei In fine aūt vite eoꝝ ostē-dendo multitudinē magnitudinē ingītitudinez ⁊ turpitudinē pcōꝝ in desperationez inducit eos atq; cōpellit: ita q; oīno resurgere a malo ꝓtempnant. Et de tali despato dr. Pꝛoū. xviij. Impius cū in pfundū pcōꝝ deuenerit ꝓtem-nit. ⁊ sequit eū ignominia ⁊ opꝛobriū in sempi ternū. Sic despuit cayn Gen. iij. dicens. Ma ior est iniq̄tas mea q̄ vt veniā merear. Sic eti/ am dispauit iudas: q̄ vt dicit Mat. xxvij. abi ens desperat⁹ laqueo seip̄m suspēdit. Cōtra igi tur vtrāq; ꝓscientiā ⁊ psumētez ꝓpter latitudi/ nem: ⁊ desperantē ꝓpter artitudinē Ecc. v. ait Mise ricordia ⁊ ira ab illo cito aꝑoximant. Ait em̄. Miscōia. s. in volētes desperare licet peccatores fuerint ⁊ voluerint peniteri. Et ira scz in volentes p̄sumere ab illo. scz deo cito ap/ poximant. Et subdit ⁊ in pcōres scz vtroq; modo predicto extremos ira illius. Et iterum xvj. c. ait. Miscōia em̄ ⁊ ira est cū illo. Mise/ ricordia. scz in volentes desperare. ⁊ ira. s. i vo lentes p̄sumere. Et sequit. Potens est exora/ tio et effundēs iram: quia potens est apud deū exoratio peccatoris ⁊ desperare volētis: Et. s. potens est/deus: effundēs iram. s. ꝓtra audaci/ am de sua miscōia p̄sumentis. Et subditur de vtraq; ꝑm miscōiam suā sic ⁊ correctio illi⁹ ho minē ꝑm opera sua scz/p̄sumptuosa vel despa/ ta iudicabit. Hę igitur duplices ꝓscientie extre me puersitates Mat. xij. esse dicunt irremissi/ biles in pñti seculo ⁊ in futuro. Nō quia dimit ti nō possunt: sed ꝓpter quattuor dimituntur. Primo quia nunq̄ aut raro dimittunt in hoc seculo quantū ad culpā ⁊ modicum. Et quasi nihil dimittit eis in futuꝝ quantū ad penam. Secūdo quia non legitur alicui fuisse dimissa: ꝓpter quod dicunt irremissibilia. Sicut etiaz melchisedech dicitur fuisse sine patre: quia non legitur de eius patre. Tertio quia aduersatur fontis charitatis qui est spūssanct⁹. Quarto p pter homis impotentiā. Quia vix potest se ho mo prepare ad talem gratiam. quē tantoꝝ sce lerum moles premit ad damnationem eternaz Itē preterea presumptio facit dicere malū bo/ nū: desperatio autē bonum malū. Unde vtra/ q; irremissionis maledictione meret plecti De qua Esa. v. dicit. Ue qui dicitis malū bonuz ⁊ bonū malū. Malū est presumptio quaz illi assu munt: bonū est spes quā desperati respuūt Et de eisdē subdit. Ponentes tenebras lucem et lucē tenebras. Ponentes amarū in dulce. et dulce in amarū. Que eodē sensu ⁊ ordine expo ni habēt. Notandū est tamen q; si in vtraq; cō scientie extremitate imineat graue periculuz. et vtraq; extremitas fugienda ⁊ horrenda sit: lar ga tamen periculosior est sicuti naturali exem-plo pater. Asserūt em̄ naturales q; quedā ania lia latas habent venas. ⁊ quedā strictas. Illa que habent latas citi⁹ veneno interimūt: atz ñ sic velociter ea que strictas habēt venas eo q; artitudo venaꝝ meatū ad cor habeat retarda re: ne ad illud venenuz tam cito decurrat. Sic etiam contingit moraliter de ꝓscia larga ⁊ stric-ta ⁊ de veneno mortalis culpe.

De apertione septem sigillorum cō scientie tenebrose et obcecate: et quo modo per septem gratias illustratur. Cap. III.

Certio ꝓsideremus ꝓsciētie serenita/ tem vel claritatē. ex qua. scz vndiq; illustrat et reformat. Primo em̄ il-lustrat cecitas. scōo reformat extre mitas'. Primo em̄ videamus quō illustrat ce-citas: de hoc em̄ Apoca. x. in principio dicitur Vidi angelū fortē descendentē de celo amictū nube: et iris in capite eius. sed facies eius erat vt sol: ⁊ pedes ei⁹ tāq; colūna ignis. ⁊ habebat in manu sua libellū apertū: Et posuit pedē suū dexterū super marc: sinistrū aūt super terram. In quibus sacratissimis verbis septem gratie exprimunt oppositę septē sigillis p̄dictis p q̄s tenebrose cōscientie illustrant. ⁊ per effectuz in hoc angelo denotant Prima est gratia strenui tatis. secunda humilitatis. tertia cōmunitatis. quarta magnanimitatis: quinta luminositatis se xta amorositatis. septima claritatis. Pri ma gratia. Primo quidē ꝓtra negligentiā dat gratia strēnuitatis. De quo Jo. s. ait. Vidi an gelū fortez. Quis est hic angelus nisi angelica grā: ideo angeloꝝ misterio ad illuminatōnem humane ꝓscie disponsata? Hic em̄ dicit fortis ab effectu: eo q; ꝑueniens gratia ad/negligenti-am ꝑpulsandā mentē excitans. strēnuitatē in-spirat: vt homo diligenter discutiat ꝓsciam su am. Et hic est ille spūs veritatis: de quo Joh. xvj. scriptum est. Cum venerit ille spūs verita-tis arguet mundū. idest mūdanā aniam de pec cato. scz negligētie: quia videlicet in exalando ⁊ discutiendo inquinatā ꝓsciam suam negligēs fuit Secōa gra Secūdo contra supbiā dat grā hūilitatis. Unde de ea subdit Jo. ibi. s. de scendentem de celo Quia talis grā non solū de sūma celorum datur: verūetiam quia altitudi/ nē spūs ⁊ mentis superbiā ad suiipius cōside/ rationē inclinat. Et hoc ꝓpter p̄cedentē stren nuam sui considerationem a domino dispensa/ tur Pꝛoide Jaco. iij. dicit. Superbis ds resist⁹ hūilibus aūt dat grām scz sue cognitionis. Et

iterū Apoc. iij. ad talē humilē xp̄s ait. Ecce dedi coz̄ te ostiū scz ꝓscie tue apertū: vt. s. possis examinare teip̄m. Et subdit. Quia modicā habes virtutē. i. habes hūilitatē: que facit hoiem seip̄sum parū z modicū reputare ¶ Tertia. gr̄a ¶ Tertio ꝓtra singularitatez datur gratia cōitatis Nā ingress⁹ hō ad seip̄m vbi se singularē extimabat modicitatē nihileitatē z culpabilitatē ꝓsideraſ singularē se repit in pctis atq; cōitati bñ viuentiū se ꝓformet. Et de hoc Job subdit. amictū nube. Nubes eñ densa ē. z cōiter pluit: In cui⁹ densitate densitas tenebroſe et dense ꝓscie denotaſ In cui⁹ p̄sona ꝓp̄ha ait Conp̄hēderūt me iniquitates mee: z nō potui vt viderē. s. ꝓsciam meā densaz z tenebrosam. In pluuia vō denotaſ cōpunctio lachrymosa Nā ꝓscia recogſcēs seipam: reſoluiſ in pluuiā lachrymoſe cōpunctiōis. Unde de se p̄p̄ha ait Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte dū dicit mihi q̄tidie. i. ꝓscie mee. vbi ē de⁹ tu⁹. scz quē tm̄ offendisti In pluuia cōiter facta q̄ pluit dñs sup iustos z iniustos. vt dr Math. v. Cōis ꝓuersatio cū cōscie puritate cū bonis et malis merito iudicaſ. iuxta illō ap̄li ad Ro. xij. Non alta sapientes ꝫ hūilib⁹ sentiētes. s. in his que sunt contra deum ¶ Quarta gratia Quarto ꝓtra pusillanimitatē infundit gratia magnimitatis: que ex descēdēte pluuia lachrymaz ꝑpter exhortationē ꝓscie ortum hz Job Joh. subdit. Et iris in capite eius. Iris eñ timorē dei signat. Ad cui⁹ intelligentiā ē notandū q cū noe exp̄tus fuisset exterminiū mundi p diluiū gñale: tot⁹ tremefact⁹ ne iteꝛ diluuiū i undaz q̄tidie: ꝗz Josephū ozauit deū ne hꝫerz Propterea mot⁹ dñs cū eo pepigit fedus. q; n vltra fieret diluuiū sup terraz. Unde Geñ. ix. dñs dixit ad noe z ad filios suos. Arcū meum ponā in nubib⁹ celi: z erit signū federis inē me et inter terram Ex quo quidem cōprehendi p̄t q; iris est signū duoꝛ iudicioꝛ ¶ Primo iudicij facti p aquā: sed iā non vlter⁹ faciendi ne timeatur. Scōo iudicij futuri per ignē. vt expecteſ et timeaſ. In hoꝛ mysteriū duos colores iris p̄cipaliſ habet. s. ceruleū qui aqueus est z est exterioꝛ que pterijt: et rubꝛ ineſt igneus et est interioꝛ quia ē futurus. s. in vltimo iudicio mūdi. Et i hꝫ iris p̄figurat timorē. Caput igitur angeli. nec supꝛa iridē leuabaſ nec ad terram viliter z pusillanimiter inclinabaſ vt magnanimitas mystice p̄figuretur: que inter p̄esumptionē z pusillanimitatē in medio ꝓstituta Ab iride. i. a timoꝛe compꝛimiſ ne p̄sumat: z a terra erigitur ne in pusillanimitatē ruat. Ex q̄ patet q; magnanimitas est spontanea reruz difficilium aggressio inter p̄sumptionē z pusillanimitatē diuinitus cōstituta: z hec est que a cōscia pusillanimitatē excludit ¶ Quinta gratia ¶ Quinto contra ignoꝛātiā illuminositatis a deo datur. Unde de hoc Jo. subdit Et facies eius erat vt sol. Quid p faciē ꝑm Greg⁹. nisi noticia designaſ? ꝑ faciē eñ maxime hoies se inuicem recognoscunt sol quoq; indicat lumen dei Facies igiſ huius angeli dicit esse vt sol: quia cōtra cōscientie ignoꝛantiā. diuinū lumen eius celit⁹ infundit vt in tali lumine intelligat z cognoscat peccata sua que antea sibi occulta erāt Ut verificeſ qđ ꝓpheta inquit. In lumīe tuo videbim⁹ lumen. s. in ꝓscia nr̄a. Pꝛo hꝫ lumine p̄s. oꝛabat dñm dicēs. Faciem tuā illumia sup seruū tuū. Et iterū ait. Illumina oculos meos ne vnq; obdoꝛmiā in moꝛte. s. moꝛtalis culpe. Et i p̄sona talis illumiati: atq; de tali dono vō regnantis Eccl. ij. dr. In sapiētia el⁹ luxit ania mea. i. cōscia mea: z ignoꝛantias meas illumiauit. ¶ Sexta gratia ¶ Sexto cōtra affectionez p̄p̄riā seu p̄p̄riū amoꝛē: est gratia amoꝛositatis siue etiam ardentis charitatis. Et de hac Jo. ait. Et pedes eius tanq; colūna ignis. In pedibus eñ affectiones notantur: quibus ania de statu ad statū ꝓficit quasi de loco ad locuz. Hi sunt pedes quos Job. xxix. optabat lauari butyro: quis mihi inquit tribuat vt sim iuxta mē ses p̄ristinos Et sequit. Quādo lauabā pedes meos butyro ꝓ Pꝛoꝛo tūc pedes butyro lauantur. cū affectiōes deuotionis vbertate impinguanſ. Hi siquidē pedes tūc sunt sicut columna ignis: cū in eis simul cū cōstantia et rectitudine ad ip̄m deū est ardoꝛ diuini amoꝛis p quem extinguiſ p̄prius amoꝛ quo ꝓscientie excecanſ. Septima gratia. ¶ Septimo cōtra pplexitatē est gratia claritatis Et de hac Jo. subdit dicēs Et habebat in manu libellum apertū. Triplex est eñ pplexitas. vt oēm pplexitatē iudicem⁹ hāc claritatis gr̄am declarare ¶ Pꝛima vō pplexitas ē intelligentie verboꝛ sacre scripture que q̄nq; videnſ sibiinuicē repugnare hāc p plexitatē docet soluere hec gr̄a p distinctionez z ꝓsideratōez causaꝛ dicēdi vtrūq;. ¶ Secōa pplexitas faciēdoꝛ De qua ap̄s ait ad Rho. viij. Quid oꝛem⁹ sic⁹ oꝛtet nescim⁹. Hāc q̄s docet soluere hec gr̄a p spūssancti inspiratōem qui est vnctio docēs de oibus p meritū oꝛonis Unde dr Jac. j. Si q̄s aūt vestrū indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improꝛpat z dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hesitans. Et iterū. ij. Paraſ. xx. Cum ignoꝛemus quid facere debeamus residui vt oculos nr̄os dirigamus ad te dñe.

¶ Tertia vero perplexitas est ineuitabilitas peccandi. De qua in p̄cedenti dictum est Et hanc perplexitatem hec gratia docet soluere p depositionem erroneę conscientie.

De extreme cõsciẽtie reformatiõe

Secundo videamus quomõ extrema ꝓsciẽtia reformatur Due eñ bone affectiones principaliter ꝓscientiã extremã reformãt. s. spes et timor Unde spes reformat desperationẽ: ⁊ timor reformat ꝓsumptionẽ. Et de his duob⁹ dicitur a Joanne. Et posuit pedez suũ dextrũ super mare: ⁊ sinistrũ super terrã. Quo siquidem huius angeli pedes due predicte reformationes affectionis sunt quibus in ꝓsciẽtijs extremis angelica gratia ꝓficit ad reformationẽ eaꝝ Pes dexter ẽ miscõia dei: qua relinquentes ꝓscientie artitudinem ⁊ desperationẽ ꝓmouemur in bonũ Et hunc pedẽ posuit angelus sup̃ mare. Mare eñ agitatur ꝑ turbines ⁊ ꝓcellas: ⁊ amaruz est cũ potaꝝ. Et ꝑ hoc stricte ꝓsciẽtie amaritudo ⁊ veratio signata ẽ Ad quam Hiere. Thren ij. ait. Magna ẽ velud mare ꝓtritio tua. Pes vero sinister ẽ timor ꝺ iustitia dei: quo reliquẽtes ꝓscie largitatẽ atq; ꝓsũptionẽ retrahimur a mortalib⁹ culpis. Et hũc pedẽ posuit angelus sup̃ terrã. i. sup̃ largã ꝓsciam ⁊ terrenã: cõpescẽs ꝑ timorẽ suã ꝓsumptionẽ. De his duob⁹ pedibus spũal⁹ ꝓpha vtriq; ꝓscie extreme ait Spera in dño o ꝓsciẽtia arta: ⁊ fac bonitatẽ o ꝓscia larga: Ꝓro hac gr̃a ꝓsciaz extremã reformante acq̃renda ⁊ impetrãda: Mat. xiij. docebat orare nos dñs dicẽs: Orate ne fiat fuga vr̃a hyeme: vel sabbato. Hyemeeñ fugiũt a facie dei. id ẽ fugere arbitrañ: q̃libet de dei mia despantes ꝓpter ꝓsciẽtiã artã. Sabbato ꝙo fugiũt. s. de iusticia dei: de dei mia ꝓsumẽtes. q̃ quiesce/re in pctis eligũt: false ꝓsumentes de mia eius. Cũ igit̃ ꝓscientie extreme hoc quadruplici mõ reformate dicere poterũt cũ ps̃. Adorabimus in loco vbi steterũt pedes eius. Loc⁹ siq̃dez pedũ christi luminosa atq; reformata ꝓsciẽtia est. Que ex vna ꝑte cauẽs artitudinẽ ⁊ desperationẽ: sperat in miscõia dei ⁊ ex alia ꝑte cauẽs largitatẽ et ꝓsumptionẽ timet iusticiaz eius. Et in hoc solũmodo vere adorat̃ dñs: q̃ cũ tali conscientia illuminata ⁊ reformata honorat̃.

Articulus .II. quomodo syndere/sis cõscientiam erroneam tripliciter arguere solet

Secundus ꝙo male ꝓsciẽtie status ẽ reprehensionis. Quia ait synderesis ad ꝓsciẽtiã erroneã arguam te scz de erroribus tuis. Synderesis eñ ẽ aduersarius ille de quo Mat. v. dñs ammonens ꝓscientiaz dicit ei: Esto consentiens aduersario tuo. id est. synderesi: dũ es in via cum eo. id est dũ peregrina es in presenti vita fac ꝑ eius instinctuz: ne forte tradat te aduersari⁹ tuus iudici. s. iusto qui est deus: ⁊ ne iudex tradat te ministro. id est. demoni infernali. ⁊ in carcerẽ. s. inferni mittaris. Amen dico tibi non exibis inde donec reddas nouissimũ quadrantẽ. Quasi dicat. Sed quia nunq; reddes: ideo inde nunq; egredieris. Ꝓro tunc cõscientia predicto mõ suo aduersario cõsentit cum se ab omniũ offensione dei custodit. Hoc est cum conseruat ad deum fidem spem ⁊ charitatẽ obedientiaz atz omniũ mandatoꝝ implet̃ionem ad scip̃m sensuum mortificationẽ: custodiã cordis ⁊ oris. ⁊ odiuz carnis ⁊ ꝓprie volũtatis. Ad primũ fraternalem dilectionẽ pietatẽ patientiã atq; humilitatem. Ad vsum mũdanarũ rerũ tempantiam et sobrietate. Ad omnia sacra custodiã reuerentiam ⁊ humilẽ seruitutẽ et cetera cõsimilia Arguit tamen talis aduersarius cõsciẽtiã erroneam maxime quo ad tria. Ꝓrimo vero arguit eam quo ad suuz principiũ: secũdo quo ad suũ ꝓcessum. tertio arguit eam quo ad suũ terminum.

Unde error cõscientie initiũ sumit et vnde non conscientie originem hãbet Cap. I.

Primo quidem synderesis arguit erroneã conscientiam quo ad suũ ꝑncipiũ. Ad cuius intelligentiã aduertendũ est q; ꝑm Aristoł. vij. ethic. ratio in eligendis ac fugiendis quibusdam vtitur et dicitur sylogisimus. In sylogismo autem tria ꝓsiderauñ ꝑm tres ꝓpositiões: ex quaruz duabus tertia cõcluditur. Sic est etiaz in ꝓposito dum ratio in opandis ex vniuersalib⁹ ꝓcipijs circa particularia iudiciũ assumit: ⁊ vniuersalia ꝑncipia iuris ad synderesim spectant. Rões autem magis apꝓpriate ad opus ad habitus pertinent: ideo synderesis in hoc sylogismo quasi maiorẽ ministrat: cuius consideratio est actus synderesis. Sed ratio superior vł inferior ministrat minorẽ: quia eius ꝓsideratio est eius actus. Sed ꝓsideratio conclusiõis elicite ipius conscientie consideratio ẽ. Verbi gratia. Synderesis hanc maiorem ꝓponit: omne malũ vitandũ est. tunc ratio superior hãc subsumit. Adulteriũ est malũ quia diuina lege ꝓhibitũ: siue ratio inferior assumit istã quia malũ cum sit iniustũ ⁊ inhonestũ. Conclusio autẽ est hec: adulteriũ ideo esse vitandum: ⁊ hec ad conscientiam ꝓtinet: Pertinet autez hoc indifferenter ad conscientiã: siue sit de ꝓterito siue de ꝓsenti: ⁊ ꝓcauet ꝺ futuro Ꝓterea quoq; respicit vt quando cõscientia mentẽ de hoc quod sibi cõscientia est reprehendit. Sicut est de malo cõmisso vel de bono omisso. Ꝓsẽtia vero respicit: cõtradicendo ei cuius per cõsciẽtiam habemus oꝓortum. Futura quoq; precauet et respicit: vt quãdo instruit vł stimulat

mentē ad ea facienda vel vitanda ad que ꝓsciē
tia iudicat nos teneri. Qꝫ autē cōscientia exten/
dat se ad hec tria tempora: satis palam colligi
potest ex descriptionib⁹ ⁊ diffinitiōib⁹ syndere
sis et cōscientie. De quibus in sermone ꝓceden
ti. ar. j. ij. ⁊. iij. dicebaꝫ. Ex his igitꝫ patere po/
test ꝙ hoc nomen cōscientia componitꝫ ex hac
ꝓpositione con. ⁊ hoc noīe sciētia. Unde ꝓsciē
tia dicit duo. Primo scientiā ⁊ sm hoc ꝓscien
tia est habitus naturalis non solū cognitiuus
sed etiam motiuus. Inclinat eīm animā ad ꝓse/
cutionē boni: et fugā mali. Sicut supra patere
potuit in primo arti. ꝓcedētis sermonis. Secū
do cōsciētia dicit acceptionē ex parte rationis
quod notaꝫ in hac ꝓpositione con. ¶ Primo
igitur modo put ꝓsciētia scientiā in se includat
habet se sicut supius ⁊ cōiungitur synderesi ⁊
semper est recta. Secundo magis cōiungitꝫ ra
tioni et sic se habz sicut inferius: ⁊ hoc modo
recipit errorem ⁊ cōturbationem. In sciētia au
tem ex parte inferiori bene potest cōtingere er
ror. Nam ratio cui ꝓscientia iungitur ex parte
inferiori sicut predictū est habet versari circa p
ticularia in quibus ꝓtingit sepe errare. Ex his
patet ꝙ n on ex synderesi contingit ꝓscientiā er
rare: sed per errorē rationis. Sicut patet in he
retico cui dictat cōscientia ꝙ pmittat se potius
comburi q̄ꝫ ꝙ iuret: quia ratio supior puer sa ē
in hoc ꝙ credit iuramentū simpliciter ꝓhibitū
ꝓpter hec oia synderesis cōsiderato principio
erroris conscientie ait illi. Arguā te. scza princi
pio tui erroris.

¶ Qꝫti criminis sit erronea conscien/tia multipliciter demonstratur.

¶ Capm. II.

Secundo synderesis arguit erroneaz
cōscientiā quo ad suū. Scōm eīm cō/
ualensem in questionib⁹ disputatis
Quia enim errare in conscientia pecca
tum est cum erronea conscientia sit lex iniqua.
Ideo suū conditorē non excusat a culpa. iuxta
Esa. x. Ue qui condunt leges iniquas. Con/
scientia eīm erronea lex est iniqua: ideo simplici
ter non excusat, sed magis peccatum aggra uat
aut facit. Ad huius tamen intelligentiā notant
dum est: ꝙ cōscientia tripliciter errat. Primo
in differētia: indicans esse ꝓhibita vel precep
ta. Secundo econuerso ꝓhibita vel precepta:
iudicat esse in differētia. Tertio iudicans eē p/
hibitiōes precepta: vel ecōuerso. In primo ca
su non excusat: sed illa queat ⁊ cōdemnat. In se
cundo vero et tertio casib⁹ considerandū est ꝙ
cōscientia erronea includit duo. Primo cōsciē
tiā putatiuā. secūdo errorē. Ex primo vero ex/
cusatur peccatū ꝓ tanto ꝙ minus cōtemnit qñ
putat fornicari non esse peccatū: ⁊ ideo fornica
tur. Sed pro tanto aggrauat: quia libidinosius
⁊ securus peccat. Et de talib⁹ dicitur Hiere. ii
ij. Sapiētes sunt vt faciāt mala. Quo ad scōm
distinguendū est. Cū eīm omnis errans sit igno
rans vt dicit Augu. in enchr. xvij. Triplex er
ror est sic etiā est triplex ignorantia. Prima est
eīm ignorantia negationis. secūda est priuatio
nis. tertia est dispositionis. ¶ Prima inq̄ est
ignorantia negationis que dicitꝫ simplex nesciē
tia mandatorꝝ. Et de hac ait Aug⁹. in libro de
gratia ⁊ libero arbitrio ꝙ excusat: sed nō sic ex/
cusat vt sempiterno igne non ardeat: si ideo nō
credidit quia non audiuit: sed forte vt min⁹ ar/
deat. Et sic patet ꝙ nō excusaꝫ a mortali culpa
sed forte vt min⁹ sit ⁊ vt minus puniaꝫ. Forte
dicit licet minus ꝓtemnat ꝓpter cōscientiā: tñ
libidinosius ⁊ securius ex hoc in peccato se im
mergit. Et ideo nocet tantū ex parte vna q̄ꝫtuz
excusat ex parte altera. ¶ Secū da est ignoran
tia priuationis. quia scz priuat cognitionē eorꝝ
que scire necesse est. Et hec est illorum qui scire
nolunt Et talis ignorantia non excusat: ꝙ accu
sat. Unde sup illud Luce. xiij. Seruus qui co
gnouit voluntatē domini: ⁊ nō se ꝓparauerit ⁊
non fecerit voluntatē eius: plagis vapulabit mu
ltis. Ibi glo. ait. Qui scz scire nolunt ⁊ pos
sunt nō ignorantes sed cōtemptores iudicātur
¶ Tertia est ignorantia dispositōiis scz quan/
do quis non tantū nescit nec scire vult: sed etiā
dispositionē vel habitū nesciendi induit: qua
veritatem impugnat. Et de talib⁹ Job. xxiiij.
ait. Ipi fuerūt rebelles lumini nescierūt vias ei
us: nec reuersi sunt per semitas eius scz qz tales
raro illuminantꝫ exigēte eorū culpa. Et hec ig/
norantia est ꝓprie in cōsciētia erronea: quia dl
ctat cōtra phibitiones ⁊ precepta. Hec autez
est illa ignorantia: de qua. j. Corinth. xiiij. apo
stolus ait. Scribo vobis dñi mandata. Si q̄s
autem ignorat ignorabitꝫ. Glo. id est. reꝓbabi
tur. Et hec ignorantia minus excusat ⁊ plꝰ ag
grauat. Et ideo conscientia erronea simpliciter
non excusat sed in aliquibus magis aggrauat:
scz quo ad cōtemptū discendi: ⁊ libidinē delec
tandi. De malicia etiam tertie ignorantie latiꝰ
dictum est supra sermone. xxj. arti. iij. c. vij. per
totum. Incidenter ꝓpter supius dicta merito
queri potest vtruz erronea conscientia plus li/
get q̄ꝫ preceptū prelati de indifferentib⁹ quę ꝓ/
cipere potest. Dicendū sm ꝙsdam vbi. s.
Qꝫ obediens prelato contra cōscientiā aut cap/
tiuat cōscientie iudiciū: affectum vel effectū: vt
subdens se prelati precepto aut facit contra con
scientiam ⁊ affectum voluntatis: obediens pre
lato timore animi vel amore inordinato In ꝑ=
mo casu faciendo contra conscientiam non pec

cat sed meretur. Licet cōscientiam deponere nō posset vel non deponat. Sicut non valens re/spondere rationibus ꝓtra fidem catholicā illatis: captiuans tamen voluntatem ille obediēs deo merek. iuxta illud apostoli. ij. Cor. x. In captiuitatē redigens omnē intellectū iobsequium christi. In secūdo vero peccat: sed minꝰ q̄ si faceret contra preceptū prelati Primo quia agens contra preceptū prelati magis ꝓtemneret deū quia ꝓtemnens prelatum. non autē cōtemnens ꝓscientiā erroneam ꝓtemnit deū. Unñ Bernñ. de precep. ⁊ dispen. c. ix. ait. Deus sibi coequari quodāmodo reputat prelatorū reuerentiā ⁊ ꝓtemptuz. ꝓtestans eis qui vos audit me audit: ⁊ qui vos spernit me spernit. Si autem dicatur q̄ hoc est verum quādo ꝓscientia subditi scit; preceptū prelati esse ꝟm deuz. quod nescit errans. Respōdet Bernñ: Quicquid homo vice dei precepit quod nō sit certuz deo displicere: haut secus oīno accipiendū est q̄ si deus precipet Secundo q̄ talis prelatum imo totum collegium magis offendit ⁊ scandalizat q̄ si contra' ppriā ꝓscientiā faceret. Tertio quia se magis ad malū disponere solet ⁊ ad inobēdientiā: ⁊ ad rebellionē ⁊ ad sequendū ppriū. ⁊ ad peruertendum veritatis iudiciū. De quo dicitur Esa. v. Ue qui sapiētes estis in oculis vrīs ⁊ coram vobismetipīs prudentes. Hec qualēk.

Q Per septez gradus in profundū peccatorum erronea conscientia ruit. Capl'm. iii.

Certio quo q̄ ipsa synderesis ipsam conscientiā arguit quo ad suū terminum: qui quidem est peccatoꝝ profundum. De quo Prouerbio. xviij Peccatoꝛ cum in ꝓfundum peccatoꝝ venerit contemnit. Septez eñ sunt gradus p quos erronea ꝓscientia ruit in ꝓfundū peccatoꝝ atq̄ errorū. Est eñ peccatum erronee conscientie. Primo importabile. secūdo graue. tertio leue quarto insensibile. ąnto delectabile. sexto desiderabile: et septimo defensabile Primo inq̄ est peccatū conscientie importabile. Qñ ēs eñ insueta peccatis ⁊ maxime si qñq̄ assueta fuit in bonis. cum grauiter peccat apparet illi adeo importabile onus: vt viuens in infernum sibi descendere videak. De talibus ait psal. Descēdant in infernum viuentes Esa. xxxviij. in persona illius qui consenserit mortale culpe inquit Ego dixi in dimidio dierum meoꝝ. vadam ad portas inferi. Ad portas quidem inferi vadit qui delectatur citra consensum. In illas quidē ingreditur. qui consentiendo cōtra' deum peccat. Secundo fit peccatuz conscientie graue. Nam lapsu temporis non iam importabile reputatur: sed tamen graue. Et ad hoc inquit ꝓpheticū illud. Iniquitates mee supgresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt super me. Tali quidem bene consulit Esa. lviij. vbi dicit. Solue fasciculos deprimentes. ſ. ne ad deteriora descendas. Tertio vero fit leue Nam aliquo tempore in criminibus ꝓseueras iam leue reputat: quod prius graue extimabat De hoc ponit exemplū Salomon Prouerb. xxx. dicens. Talis est via mulieris adultere. q̄ cum comedit tergit os suū dicens non sum operata malum. Quarto autem fit insēsibile: eo q̄ iam onus peccati amplius non sentit Et de talibus Hiere. v. ad dominuz ait. Percussisti eos scz p̄dicationis ver-bo seu flagello ⁊ nō doluerunt: attriuisti eos scz per graues infirmitates et rēnuerunt accipere disciplinā. scz nequaq̄ ad penitentiā cōuerti volunt Quinto vero delectabile per assuefactionē peccandi Et in talium persona Hiere. ij. dicitur. Desperaui ne quaq̄ faciam. scz q̄ me separem a tanta delectatione. Adamaui quippe alienos. id est res transitorias ⁊ mundanas: ⁊ post eas ambulabo. ſ. tractus a delectatione earuz. Sexto vero efficitur desiderabile: Ad talē ꝓscientiam Esa. lvij. dicitur Obsisti legatos tuos procul. id ē desideria tua ad diuersa cōcupiscibilia mundi: ⁊ humiliata es vsq̄ ad inferos. id est vsq̄ ad vilissima ⁊ turpissima que crutiant. In multitudine vte tue. ſ. male laborasti: nec dixisti: Aui escam scz talia desiderare. quod omni predictorum deterius est. Septimo ⁊ vltimo ē defēsabile scz tanq̄ bonum et iustum. Et de talib' ps̄. ait ad dñm. Apone. id est. permittes apponi iniquitatem super iniquitatez quod fit p iniq uitatis defensionem ⁊ excusationem. ⁊ nō intrent in iusticiam tuam. Deleantur de libro viuentium et cum iustis non scribank. Quod timens ps̄. ait dicens ad dominū. Non declines id est. non declinari permittes cor meuz in verba malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. Hi sunt de quibus apostolus ait. ad Eph. Tenebris obscuratum habentes intellectum. alienati a vita seu a vita per ignorantiaz que est in illis ꝓpter cecitatem cordis ipoꝝ: q̄ desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem imūdicie omnis in auaricia Tales conscientie sunt putei qui mystice signati sunt in puteis iacob: quos repleuerunt philistijm. Philistijm interpretat' ceciderūt; seu cadentes potione seu ruina duplex. Eo q̄ tales potione inebrianter: seu inebriate culparū dupliciter ceciderūt. scz a dei timore: ⁊ a mūdi pudore. q: nec deū timēt nec hoies reuerenk.

Articulus tertius de multiplici cō

fusione quam in morte ⁊ in generali iudicio a synderesi conscientie male pacientur.

SEcundus quoq; male cõscientie status dici potest status confusionis. Quia synderesis ait ad cõscientiam multiplicit̃ inquinatam: et statuam te contra faciem tuam. Ubi alia littera habet: Et ponam ante oculos tuos. Quasi dicat Nõ solum arguam te: sed faciaz etiaz te argui ō peccatis tuis que ponam ante oculos tuos: vt q̃si quedam persone arguant ⁊ ꝓfundant te: Et ad talem conscientiam dicitur Hieremie.ij. Argu et te malicia tua ⁊ auersio tua increpabit te. Et Eccl.xxxij.ait. Suis infectionibus arguetur. Domin⁹ quoq; per Hiere.xiij.tali conscientie ait. Ego nudaui femora tua contra faciem tuã et aparuit ignominia tua.adulteria tua ⁊ hynnitus tuus.scelus fornicationis tue. Quod saltem in puncto mortis ⁊ in die iudicij adimplendum est Ait ergo synderesis ad conscientiã criminosam. Et statuam ꝓtra faciem tuã. Contra eiñ faciem cõscientie statuet tria genera peccatorũ maxime in puncto mortis ⁊ in iudicio generali. Primo peccata cordis. secũdo peccata oris.tertio peccata operis.

De peccatis cordis a synderesi male conscientie confundentur.

Cap̃.I.

PRimo inq̃ synderesis statuet cõtra conscientiam malam peccata cordis scilz omnes impias delectatiões cogitationes ⁊ consensus: omnia desideria mala. voluntates peruersas infidelitates presumptiones: desperationes: timores: male humiliantes et amores male inflãmantes oẽs suspitiones: inuidias: iras: rixas: odia. exultationes de aduersis primi cõtemptus pauperum amicorũ: personarũ acceptiones: omnes perfidias: ineptas letícias: seculi tristicias. impatientias: auaricias: superbias: obstinatiões malas: accidias: inconstantias: hypocrisias. omnes amores placendi: timores displicendi: verecundias de operibus bonis: omnes ꝑuatos amores singularitates ꝑprij sensus: dignitatum ambitiones: cõtemptus ammonitionũ impietates atq; crudelitates. ⁊ consimilia peccata cordis. Tunc quidem confundetur cõsciẽtia cauteriata. De qua habetur. lxxiij. di. In nom⁹ ne patris. Unde etiam ait apostolus.j. Timoth̃.iiij. Cauteriatam habentium conscientiam: Est enim cauteriũ ferrum quoddam a cauendo dictum: quo corumpitur cutis ⁊ vritur caro. Per ferri duriciem in malo obstinatio designatur: atq; per eius igneitatem ardor malignitatis ⁊ concupiscentie iudicatur. Cauteriata igitur, conscientia est que inuenitur corrupta praua cogitatione: ⁊ adusta igne male cõcupiscentie. ⁊ obstinata duricia malicie scilicet glosam ⁊ Nicol.de ly.

Confusionem patientur a synderesi conscientie male de peccato oris

Caplm.II.

SEcundo vero statuet synderesis cõtra conscientiam malam suam peccata oris. Videlicet crebras iuratões: periuria: blasphemias: veritatum impugnationes. contra deum murmurationes: adulationes: mendacia. maledictiões infamationes: impugnationes agnite veritati atq; fraterne gratie charitatis. oẽs discordie seminationes: pditiones. falsa testimonia: mala consilia: derisiones. peruersiones factorũ bonorum: omnia vaniloquia: multiloquia: stultiloquia: turpiloquia: omia verba supflua: curiosa. iactantia. omnes peccatorũ defensiones vel excusationes. cantus lasciuos componere vel canere: cõmendationes malorũ: aduocationes in iniustis causis: omnes calumnias. ⁊ libellorum famosorũ editiones. O quid tunc actura est conscientia. impudica que in presenti seculo plus timebat deprehẽdi ō culpa q̃ timeret culpam. Minus timebat dei offensam q̃ peccati infamiam. Sed veniet inq̃ tempus quãdo iuxta ꝓpheticum verbum recognoscet̃ domin⁹ iudicia faciens in operibus manuum suarũ cõprehensus id est cõphendet̃ peccator Et iuxta dictũ Ezech. vij. In omni facie ꝓfusio scz erit: que videlicet semper duratura erit sicut dicit̃. Eccl.xx. Confusio eorum cum ipsis sine intermissione.

De peccatis operis synderesis cõfundet conscientias malas.

Capitulũ.III

TErtio vero contra ipam malã ꝓsciẽtiam synderesis statuet peccata operis scz oẽs gulositates: ebrietates luxurias: imundicias: spurcitias: incestus. stupra oẽs simonias: sortilegia: incãtatões: ariolas solẽniũ dierũ. violatiões. indignas cõicationes. votorũ fractiones: apostasias oia scandala primorũ: omnes vsuras: furta: rapinas. tempis venditiões. ludos iniustos: deceptiones. iusticie venditiones. Oẽs vanitates superfluitates: curiositates: nouitatum inuentiones. Oẽs rebelliões cõtra maiores: oppres

De dominico sacramento

siones supra miores. Oēs q̄q; sensuuz abusi ones ⁊ corruptiōes. Oia homicidia: sacrilegia veneficia: incendia: maleficia. Oēs iniquitates iniustaz guerraz. piclitatū atq; sectaz. Oēs taxillorz ⁊ merciū ꝓhibitarū venditiones: op/ tatiōes ⁊ coicatiōes. Oēs executorū infidelita tes ꝓtra pentes rebelliones Oēs spurcitias cō iugū: ⁊ abusiones iniustas voto; fractiones ⁊ sententias iniustas. Merito igitur Apoc. iij. suadet ꝓscie spūs veritatis dicentis. Uestimē/ tis albis induaris: vt nō apareat cōfusio nudi/ tatis tue Uestimēta quidē non tm̄ corpus ipsū exornant: verū etiā ⁊ calorē naturalē in huma no corpe fouent. sic etiā vita iusta ⁊ habituat ⁊ homiez honestate ornat: ⁊ calorē dilectionis in quo spūalis vita ꝓsistit fouet. Hec vestimenta tunc merito sūt alba: cū ꝓscia bona luce innocē/ tie fuerit irradiata. Et tunc non apperebit in ho ra mortis vel in iuditio ꝓfusio iudicatis sue: q; nec corā deo ꝓfundet: nam fecit qđ placere deo nouit. Nec corā vniuerso mūdo erubescere po/ tuit. quia nulla inhonestate aspectū ꝓximoz offendit. nec aliqua enormitate seipsā ledit. que etiam volūtatē deo in oibus suis opibus atten dit: ⁊ ꝓscientie puritatē seruauit. Quā nobis mi/ sericorditer largire dignetur in p̄senti p̄ gratiaz ⁊ in futuro per gloriam mūdaz. ꝓscientiaz. spō sus ⁊ amator atq; premiator. Qui cū patre ⁊ spi ritusancto triunphat glorioſus id celis p̄ infini/ ta seculoz secula Amen.

Feria. v. in cena dñi ō corpore ieſu xpi ⁊ de mirabilib⁹ eius que contigūt circa hoc sacramentum. Ser. LIIII.

Memoriam fecit mirabiliū suoz miſericors ⁊ mi serator dñs. escam dedit timēti bus se. psal. cx. Qm̄ amorosus ieſus christus totus amore flagrabat inter oia stupenda sue feruide charitatis āmirabilis po/ testatis ⁊ largiflue liberalitatis fuit instituō hu ius suauissimi sacramēti videlicz p̄ciosissimi cor/ poris ⁊ sanguinis sui. Nā nō solū apostolis su/ is seip̄m dedit in cibū. Sed etiā instituit ⁊ pote statem dedit veris sacerdotib⁹ ap̄loz successo/ ribus q; istud venerabile sacramētū cōficerēt ⁊ vsq; ad mūdi finem haberēt vez sacrificiū: cibū ⁊ viaticū ac memoriale dignissimū sue sacratis/ sime passionis ⁊ mortis. Hoc siquidē sacramē/ tum ꝓpter altissimā suā dignitatē fuit virtuosis/ simis actib⁹ figuratū: sacrificijs mysticis p̄mō/ stratū ⁊ signis multiplicibus reseratū. Pri/ mo quidē virtuosissimis actib⁹ p̄figuratuz fuit sicut in oblatione abel. Gen. xiij. Nam sicut il/ le cū esset sacerdos dei altissimi offerrebat domi no panē ⁊ vinū: sic et xp̄s cū speciebus panis ⁊ vini hoc instituit salutare sacramentum: teste ꝓpheta qui ad christum ait. Tu es sacerdos in eternum: s̄m ordinez melchisedech. Ad hoc idem deconse. distin. ij. ca. accipite. Similiter in oblatione fidelissimi ⁊ obedientissimi abrae: quā fecit de filio suo ysaac Gen. xxij. hoc sacra/ mentū patet Secundo fuit sacrificijs mystic/ p̄monstratū: sicut in imolatione agni paschā lis. Exod. xij. Nam sicut ille agnus extitit p̄o salute populi imolatus. sic etiam agn⁹ dei chri stus p̄o salute populi christiani quotidie imo latur in crucis ara hoc est in altari quod signi/ ficat crucem. Similiter omnia que offerebatur in lege veteri: hoc sacrificiū p̄mōstrabant

Tertio fuit signis multiplicibus reseratum: sicut in mana quo i deserto nutriti sunt filij isra el Exo. xvj. ⁊. xvij. Nam sicut ille cibus aboīa bilis fuit indignis dicentibus. Anima nr̄a nau seat sup cibo isto leniſſimo ⁊ dignis sūmo dele/ ctabilis. habens omne delectamētū et omnē sa porē suauitatis. Sicut dicitur Sap. xvj. Sic ⁊ ille cibus est summe noxius indignis: ⁊ summe ꝓficuus dignis. Fuit insuper reseratuz i aqua que Nume. xx. ⁊ Exo. xvij. de petra fluxit: et i melle quo illumiati sunt oculi ionathe. j. Reg. xiiij. Insuper aduertendum est q; sicut ex p̄ce/ dentibus patere potest figura huiusmodi vene rabilissimi sacramenti p̄cessit. Primo tempo re legis naturalis in sacrificio melchisedech: q̄ sicut fit adhuc in sacramento deo obtulit panē Secundo tempore legis scripte agnus paschā lis tenuit huius typū ⁊ manna: quo a deo filij israel in deserto pasti sunt. Tertio tempore le/ gis gratie s̄m magistrū sniaz i. iij. di. sanguis qui fluxit de latere christi. In hoc autez sacra mento potest homo cōsiderare. Primo signuz visibile, secundo effectum gratie. tertio rem ip/ sam que est christus: quarto modum offerendi et virtus quaz representat. ⁊ a qua ipsa depen deat Primo si consideremus signum visibi le ⁊ sic typum eius tenuit sacrificium melchise dech. Secundo si effectum gratie ⁊ sic in man na p̄figuratum fuit. Tertio si rem sacramenti que christus est: qui ꝓprie dicitur agnus in a/ gno paschali p̄figuratum. Quarto si moduz offerendi ⁊ virtutem quā representat: et a qua ipsa dependet in crucis oblatione et sanguinis effusione. Et sicut tūc sanguis eius in cruce ob latus est deo. sic ⁊ hic in eius oblatione Omēs vero alie figure que ad hoc sacramentū applica ri p̄nt: ad aliquem istoz modoz reduci possūt Iste tm̄ quattuor tanq; magis ꝓprie antono mathice sumunt. Dauid, q̄ de hō sacro diuini/

tus illustratus breui verbo ꝫ magno mysterio eius sublimitatē nouit dicēs. Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ ꝛc̄. In quib⁹ sacratissimis verbis ostendit ꝓpheta hoc sacramentū esse restituatiuū imaginis trinitatis que ania est ꝛ hoc ꝫtū ad oēs potentias ei⁹ que sunt mēoria intelligētia ꝛ volūtas. Primo ē memoriale. scdo admirabile. tertio ē delectabile. Primo est memoriale mēoriale q; memoriā fecit. Scdo ē intelligentie admirabile: q; mirabiliū suoꝝ. Tertio est voluntati delectabile: q; misericors ꝛ miserator dñs escā dedit timentibus se. Primū qui dē testimoniuz amoris. scdm in velamentū stuporis. tertiū in alimentū dulcoris.

Articulus primus q; ꝓpter tria ē hoc sacramentum nostre memorie reformatiuum.

Primo quidē hoc sacramētū est memoriale. s. memorie quia memoriā fecit. et maxime memoriale est triū. Prio christi dilectiōis. scdo sue passiōis. tertio nostre sanationis.

Q; hoc sacramentū est memoriale sue dilectionis qua christ⁹ dilexit nos Capitulum. I.

Primo inq̄ hoc sacramentum ē memoriale sue dilectionis. q; dilexit nos et lauit nos i sāguie suo a pctis nr̄is Apoca. s. Solet vtiq; homo cū est in magno amoris feruore ex vehemētia dilectiōs facere magna. Quia ꝝm Gregl. charitas opa magna si ē magna. Et q̄nto maior est tanto maiora satagit operari Sicut etiā in carnalib⁹ amatoribꝫ patet Quātomagis in filocapto iesu. Nā sicut Joh. ait. xiij. Sciens iesus quia venit eius hora vt transeat de hoc mūdo ad patrē. cū dilexisset suos qui erāt in mūdo in finē dilexit eos. i. maiora signa dilectiōis oñdit eis more. s. vere amantis ꝛ amici cordialis. Nā que in fine mutuoꝝ recessuū inter amicos. in signum ꝑpetue amicitie ac memorie celebrant: fortius ꝛ firmi⁹ memorie imprimunt ꝛ charioza tenent atq; seruātur. Adhoc insuper amorosi pr̄is: qui in suo fine testamentū hereditatis bonoꝝ condit et relinquit filijs suis. Insuper ꝛ quasdam singulares informationes tradit: quasi quoddā memoriale dilectiōis. Sed notanter in accusatiuo casu Jo. inquit in finem dilexit: vt ex hoc modo loquendi innuat manifeste q; non ad hanc vitā hic statuēdā: sed ad ꝑducendū eos per hoc sacramentū in finē eterne vite dilexit eos. In illo feruoris excessu quando paratus erat ꝓ nobis in mortē tradere vitam suā: ab excessu amoris magis opus agere coact⁹ est: q̄ vnq̄ operatus fuit ab origine mundi dare nobis corp⁹ in cibum ꝛ sanguinē suuz in potum. Ideo in ꝑsona christi ad dñm ꝓpheta ait dicens. Zelus domus tue comedit me. i. imensus animaruz zel⁹ ꝛ zelās amor me cōmestibilē feeit. Ut igit mēs ꝑcipiat fructuz tanti amoris: tria ei necessaria sunt. Primū ē vigilantia que mentē sollicitet ad ꝓsideratiōnē tanti amoris: vt dicere valeat cū ps̄. Deꝰ deus meus ad te de luce vigilo. Scdm est ꝓcupia: que mentē inflāmet ad amorē tante dilectiōis. vt cū ps̄. dicat. Quēadmodū desiderat ceruus ad fontes aquaruz Et illud. Sitiuit ania mea ad deū fontē viuū: quādo veniā ꝛ apparebo ante faciē dei? Et omibus creaturis dicat illud Can. v. Nūciate dilecto q; amore langueo. Tertiū ē cōplacētia que mentē delectet ac q̄tet in amore amantis vt dicere valeat illud. Can. ij. Dilect⁹ meus mihi ꝛ ego illi q̄ pascit inter lilia: donec aspiret dies et inclinent vmbre. Et itez in eodē ait. Sub vmbra illius quē desiderauerā sedi: ꝛ fructus eius dulcis gutturi meo. O q̄ viscerosa caritas xp̄i iesu. O ardens amor fornace cordis sui O admirāda imensitas tante dilectionis. O inq̄ latitudo incōphēsibilis tāte dignationis vt tāto amoris ardore erga nostrā p̄auitatē flagraret q; suam carnē in cibū ꝛ suū sanguinē in potum nobis tam largiflue largiret.

Quer dñicum sacramentū cōtinue recolitur et innouat memoria passionis christi. Cap. II.

Secūdo hoc sacramentū est memoriale acerbissime christi passionis. Ad quie si ꝓsideremus tria in hoc sacramento. Primo institutionē. scdo reformationē. tertio susceptionē. Primo si ꝓsideremus eius institutionē: quia in memoriā passionis ei⁹ instituit illud xp̄s. Nō etiā oñdit ipe Lu. xxij. dicens Hoc facite i meā cōmēorationē: hoc ē mee passionis repñtationē. Et itez. j. Cor. xj. apls patent ait. Quotiēscunq; eīm māducabitis panē hunc ꝛ calicē bibetis: mortē dñi annūciabitis donec veniat. In quib⁹ verbis apostol⁹ ponit tria de hoc sanctissimo sacramēto. Primo vsū. scdo signum. tertio ter minū. Primo inq̄ ponit vsum cum ait. Quotienscūq; eīm manducabitis panē hunc ꝛ calicē bibetis. Licet eīm i cibo ꝛ potu recolat passio iesu xp̄i: magis tñ exprimit passio ei⁹ in ꝓsecratiōe sanguinis. q̄ in ꝓsecratiōe corpis aut panis. Nā corpse q; p se ꝓsecrat sanguis effusionē ei⁹ a corpore manifeste demonstrat. Effusio sanguinis quia penale est: penaz indicat. Propterea ponit vas recollectiōis. s. calix signās christi passionem. Secundo ponit signuz cū ait: mortem dñi an-

nũciabitis. Nõ em̃ tm̃ benefitiũ tradi debet oblitioni Proinde Eccl. xxix. ām̃oet dicẽs. Habe tiam fideiussoris ne obliuiscaris. Tertio addit terminũ. s. donec veniet. s. ad iuditiũ dñs sic etiã exponit. de. cõse. di. ij. c. iteratur. Usq; tũc em̃ duratur est hoc sacramentũ sicut ipse dñs ait Math. vl. Ego vobiscũ sũ omnib⁹ diebus vsq; ad ꝯsumationẽ seculi. Tunc em̃ terminus eius erit quia non sub velamine accidentiũ. sed facie ad faciẽ tunc ꝯtẽplabimur deũ. Ex his pz q; ad hoc istud sacramẽtũ ꝯficit. vt ex frequẽtatione ipsius intuẽtes ꝯtinuo xp̃i sanguinem effusũ: sic de xp̃o passo nr̃a memoria repleat. q; nostro semp fixus sit in corde qui semel pro nobis fix⁹ fuit in cruce. In hoc etiã dat nobis ꝯsti plenã possessionẽ sue passionis t mortis. vt q̃tidie delinquentes lauemur ꝯtinuo suo sanguine: t quottidie reficiamur in suo sãcto corpore. quasi non sufficerit amoroso iesu ad inebriati sui amoris ostensionem q; semel sanguinẽ suum sacrũ ꝓ nobis realiter effudit i ligno: nisi in nob quottidie effũdat sub sacramẽto: t itez quodã modo moriatur Unde d. ꝯse. di. ij. c. quid sit dicitur. Christus in seipso immortaliter t incorruptibiliter viuens itez in hoc mysterio mort quia scz mors eius repsentatur Forma sacramenti Secundo cõsiderem⁹ huius sacramenti formationẽ. s. qua ꝯficitur. Nempe omnia clamant christi passionẽ. Nam t numerus dictionum que ponuntur in ꝯsecrationis forma quinarius est sicut patet in ꝯsecratione calicis seu vini. Nam sicut per quinq; vulnera christi sanguis principaliter emanauit: sic etiam per quinq; verba pficit ꝯsecratio ista. Que quidẽ sunt hic. Hic ẽ calix sanguis mei. Reliqua vero vba cõsecrationis calicis secundũ aliquos magnos doctores etiam sunt d consecrationis forma. Unde in talibus verbis pars tutissima est intentionẽ suã intentioni ecclesie conformare. atq; applicare ꝑm Sco. in. iiij. di. viij. Forma autẽ tota in aliquo euangelistarũ non reperit sed a beato petro ista qua ecclesia vtitur tradita phibetur. In forma autez cõsecrationis hostie etiã numerus quodãmodo quinarius est: licet forte hec dictio em̃ non sit de substãtia forme sed copulatio ad predictas locutiões Insuper t ipse formandi hostiam modus: qui interferrea ignita constringitur t decoquitur: christi passi memoriam exprimit Nam ferrũ igneũ fuit ipsa crudelitas iudeoz contrario christo. Ferruz insuper plus ignituz fuit imobilis charitas christi. que flagrabat pro nobis morti tradere semetip̃m. Primi ferri figura in christi corpore relicta est: duz vulneratus clauis confossus spinis turpat⁹ sputis. ligatus vinculis velatusq; oculis atq; plenus iniurijs non remansit in eo species neq; decor. Secundi ferri quodãmodo non remansit figura dum mortem nostrã moriendo destruxit et vitam resurgẽdo reparauit. Susceptio sacramenti Tertio cõsideremus huius sacramenti susceptionẽ. id est modũ quo suscipitur: t intelliges eius passionis amaritudinez memorari. Nam ipsa hostia per manus sacerdotis frangitur: per dentes teritur atq; i stomachũ mittitur occultãda. Per hoc em̃ mystice figuratur fractio t attritio corporis iesu christi atq; in morte consũmatio: et occultatio in sepulchro. Et ad idem habetur d cõsecra. dist. ij. ca. dum frangitur. Per omnia igitur supradicta clamet iesus in mente sua illd Threno. iij. Recordare paupertatis t trãsgressionis mee. t absinthij t fellis. Et tu ania mea responde dilecto tuo iesu christo illud Threñ. iij. Memoria memor ero: t tabescet in me anima mea.

Q Dominicum sacramentum datum est nobis in medicinaz nostre spiritualis infirmitatis

Capitulum. iij.

Tertio hoc sacramentuz est memoriale nr̃e sanatiõis Tãta em̃ infirmitas ꝓpter pomi mortiferi corruptionez per primos nostros parentes hũano generi diffusa est: vt incurabilis esset: nisi ei optima medicina subueniretur: quã facere nõ poterat nisi prudentia saluatoris. Unde Eccl. xxxviij. Altissimus de terra. id est. de virginis carne creauit medicinaz: et vir prudens nõ abhorrebit illam: Nempe hostis antiquus p venenum cibi vetiti tria mala in homine operatus est. Primo in anima tenebras ignorantie. Secundo in corpore morbum cõcupiscentie. Tertio mortem eternaz in vtroq;. Contra hec tria instituta ẽ corpus christi medicina. Proinde assiliatur triplici dulci cibo t medicinali. s. melli ꝓpter primum. ficui ꝓpter secundum. vue ꝓpter tertium: Prima sanatio Primo em̃ ad sanandum cordis oculos t ad expellendũ tenebras ignorantie: dedit dom⁹ hoc venerabile sacramentũ figuratuz in melle. Unde Prouerbio. xxiiij. Comede fili mi mel quoniã bonum est. Mel siquidem dulce: corpus christi significat. quod vtiq; bonũ est: quia tenebras nostre mentis ꝓpulsat: t eam lumine diuino illustrat. In cuius mysterium. s. Regum xiiij. Jonathas ait. Uidistis quia illuminati sunt oculi mei: quia gustaui paululum de melle. Et iterum Esa. vij. dicitur. Butyrum t mel comedet: vt sciat reprobare malum t eligere bonum. Propterea sicut ait prophete Accedite ad eum et illuminamini Secunda sanatio.

Secundo ad sanandũ in corpe morbũ cõcupiscentia: domin⁹ dedit hoc sacramentũ figuratum in ficu. Unde Hiere. xxiiij. Uideo fic⁹ bonas valde: Quia dulce corpus xp̃i dei ⁊ hominis per eas sig̃tur. He bis bone sunt valde: q̃a mentẽ ⁊ corpus a morbo ꝯcupiscẽtie praue sanant. Uñ. iiij. Reg. xx. ⁊ Esa. xxxviij. Esaias offerri iussit ficcuũ massam: quã cũ possuisset super vlcera regis: vlcus regis sanatũ ẽ. Ulc⁹ nẽpe regis ꝯcupiscẽtia est carnis: Sed ficuũ massa corpus est dñi nostri iesu christi ꝯtinẽs oim bonoꝝ suauitatem. scz ad medicinã desideriorũ malorũ. Tertia sanatio. Tertio ad sanandũ mortẽ in vtroq; dedit dñs hoc sacramẽtũ figuratũ in vua. Unde Lu. j. Benedict⁹ fructus ventris tui qui est corpus xp̃i. Quod fructus est vite ⁊ vitis valens ad destructionem mortis eterne ⁊ ad acquisitionẽ vite sempiterne. Sicut Prouerb. iij. dicit̃. Lignũ vite ẽ his qui apprehenderit eã: ⁊ qui tenuerit eam beat⁹ est. Unde Hylari.⁹ Accepta carne dñi et hausto sanguine: id ꝑficit̃ seu efficitur vt nos in ipso ⁊ ip̃e i nobis sit. Hec igit̃ ẽ causa vite nostre: que in nobis carnalibus per carnẽ christuz qui bis nobis vera vita est manentẽ: habeam⁹ per eũ victuri ea cõditione qua viuit ip̃e per patrẽ qui in eo est. Jigit̃ comedite amici mei ⁊ bibite et inebriamini charissimi vt dicit̃ Cañ. v. c.

Articulus. ii. de mirabilibus dñici sacramenti Et diuiditur iste articulus in tres partes.

Secundo hoc sacramẽtũ est admirabile scz intelligentie. Unde ꝓpheta subdit. Mirabiliũ suorum. Tripliciter em̃ mirabile ẽ. Primo in consecratione. secũdo in institutione. tertio in perceptione. In primo em̃ relucet mirabilis dei potentia. In secundo mirabilis dei sapientia In tertio mirabilis dei clemẽtia ⁊ beniuolentia

Prima pars articuli secundi d̃ tribus mirabilibus in quib⁹ apparet admiranda dei potentia in institutione sacramenti huius.

Primo quidem est admirabile intelligentie hoc sacramentũ in cõsecratione. Et in hoc relucet admirabilis potẽtia dei ⁊ maxime q̃ ad tria. Primo quo ad transubstãtiationẽ seu cõuersionẽ. secũdo mirabilius quo ad extẽsionẽ: tertio mirabilissimũ quo ad locationem.

Quadruplici ratione probatur possibile esse conuersionem substantie panis in corpus christi

Capitulũ. i.

Primo inquã mirabilis ẽ q̃ntũ ad cõuersionẽ seu transubationez: qꝛ panis ⁊ vinũ mutant̃ ꝟm suã totam naturã ⁊ subam ⁊ ꝟm suã totã formam manens solũ ꝟm sua accidẽtia. Sed qꝛ hec vna de p̃cipuis veritatib⁹ nr̃e fidei ⁊ sũme necessaria ad credendũ: qꝛ in ea ꝯsistit p̃ncipalissimuz fundamẽtũ catholice fidei: ⁊ ecclesie sctẽ: ac diuini cult⁹ et gratie: idcirco fide indubitabili ẽ tenenda ac deuotiõe celebri ac alacri amplectenda. Et licet catholica fides nõ indigeat rõnib⁹ nr̃is nec in hmõi rõnib⁹ fundet̃: sed poti⁹ ip̃az rõnem stabiliet eleuet ⁊ illustret: nihilomin⁹ ad cecitatẽ infideliũ cõuincendã: ⁊ ad cõseruandũ aciez intelligẽtie nr̃e. atq; ad veritatẽ intelligibiliter ꝯtemplãda: necnõ ad filiũ ac deuotoruz solamẽ afferre nitimur quadruplicem rõnem. Prima ẽ rõ manuductiua. scd̃a est rõ compatiua. tertia est rõ sequestratiua: quarta ẽ rõ distãtiua. Prima inq̃ rõ ẽ manuductiua ex euidentia noue ptãtis que talis ẽ. Impossibile quidẽ est creaturã min⁹ assil̃ari deo in his que sũt maioris nobilitatis ⁊ virtutis ⁊ in his ad q̃ de⁹ totam virtutẽ nature ⁊ intentionẽ inclinat ⁊ ducit. Sed nihil in creatura nobilius repit̃ q̃ rõ et dignitas causalitatis ⁊ effectiue ꝟtutis Proinde Dionisius. iij. de angelica hierarchia ait Ex diuini⁹ omniũ est deo coopari. Dñs em̃ fere totaz naturã ⁊ fere oẽs causales virtutes miro modo inclinat ⁊ ducit ad opus alicui⁹ ꝯuersionis: ⁊ hoc quasi per quosdã grad⁹ semp i altius ꝓcedẽtes. ⁊ ꝯuersioni totali magis ac magis approximantes. Quintuplex gradus. Initiũ igit̃ mutationum sumendo a loco inferiori Prim⁹ gradus ẽ naturalis seu artificialis alteratio. scd̃s in focatio: terti⁹ generatõ. q̃rt⁹ incorpatio. q̃nt⁹ trãsformatio. Prim⁹ mutationũ grad⁹ ẽ naturalis seu artificialis alteratio: per quã subiectũ de vno accidẽte in aliud vertitur et mutat̃ Scd̃s gradus ẽ ignitio vel infocatio: qualis in ferro est seu in cãdente ere. seu in auro liquefacto. Hoc siquidem ampli⁹ iportare videt̃: q̃ solam alterationẽ accidentalem

Tertius gradus ẽ generatio ꝑ quam aliquo modo d̃ vna substãtia fit alia: ꝑ hoc q̃ materia vertit̃ ab vna forma substãtiali in aliã. Sic̃ patet de gallina ꝑ cubationẽ ꝯuertẽte ouũ in pullũ. Quartus ẽ incorpatio. Qualis fit ꝑ vim nutritiuam ⁊ augmentatiuã ꝑ quas cibus cõuertitur non solum in aliam formam sed etiam aliquo modo ꝓut est possibile creature inpriorem partem corporis seu carnis. Quintus gradus est trãsformatio: quia per amorẽ amãs sic transformat̃ in ipsum amatũ qd̃ quasi i ip̃o est ⁊ idipsum. Unde et a christo Math. vj. dictum est Ubi ẽ thesaurus tuus: ibi ẽ ⁊ cor tuũ

rum. vnde Esa. xliij. Ego sū ipe qui deleo iniquitates tuas ppter me. Delent autē macule de corde venialiū peccatorū ex charitatis feruore cum quo sumit corp christi: et hoc quia dicto feruori cōtrariant Econtrario delentur etiā quādoq; mortalia quādo nō ex negligentia. sed ex memorie insufficiētia ⁊ labilitate oblita sūt. Sicut patet de cons. di. ij. c. ante benedictionē. vbi dicit q; q manducauerit hoc corpus fiet ei remissio peccatorū Vbi glo. ait. non solum venialiū sed etiam mortaliū quod intelligit modo p̄dicto ¶ Secūdo valet ad mitigādum stimulū carnis. In hui⁹ mysteriū Exo. xvj. scriptū est. Panē quoq; ros iacuit p circuitū castroꝝ. Glo. Panis celestis in similitudine roris ⁊ pluuie apparuit: quia corp⁹ christi a feruore viciorū refrigerat. Ideo ps̄ ait. Tu dominaris potestati maris: motū autez fluctuū eius tu mitigas. Mare significat multas miserias carnis: motus autē eius stimulos carnis ¶ Tertio valet ad resistendū cogitationibus p̄auis. vnde Can. j. dicit. ata iusti. Fasciculus mirrhe dilectus meus mihi. Mirrha siqdem corpora fuat illesa. quia dilectū dominū suscipimus sicut fasciculū mirrhe eo q; passionē ei⁹ ad memoriā reuocam⁹ Preterea hoc sacramētum roborat habitū gratie. ex quo tanq; ex armatura anime mens a p̄auis cogitatiōib⁹ defensat. Ideo ps̄. ait. Nā ⁊ si ambulauero i medio vmbre mortis. nō timebo mala quoniā tu mecū es. Et iterū idem ait. Domin⁹ fortitudo plebis sue. ⁊ protector saluationū christi sui est. Sed nūqd corp⁹ christi debet dari amētibus. Respondet q; de amentibus distinguēdū est. Primo eñ modo amētes largo modo dicunt qz debilē mentez habent. sicut dicit inuisibile qd male videt. tamē aliquo modo dociles sūt eorū que ad fidem ⁊ deuotionē sacramenti pertinere p̄bant: ⁊ talibus non oportet corpus xp̄i negari. Secūdo sunt qdam qui oino carent iudicio rationis. ⁊ tūc aut isti fuerūt tales a natiuitate. ⁊ istis dari nō debet. qz non possent ad deuotionē induci que requirit ad sacramētuz hoc. Quis qdam contrariū dicunt Aut incident in amentiā post fidem ⁊ deuotionē sacramenti: ⁊ tūc debet eis dari nisi timeat periculum vel de vomitu vel de spuitiōe vel aliquid hmōi. Et hoc patet p illud qd habet. xxvj. q. vj. c. is qui. vbi dicit. Is qui in infirmitate penitētiā petit si casu ad eū sacerdos inuitat⁹ veniat oppressus infirmitate obmutuerit: vel i freneſi auersus fuerit. dent testimoniū q; euz audierūt. ⁊ accipiat penitētiā. id ē. absolutiōez ſm glosā. Et si cōtinuo credit moritur⁹ recōsilieꝝ p manus impositionez: ⁊ infundat ori eius eucharistia: si supuixerit moneat a predictis testibus petitioni sue satisfactū. Et subdat penitentie statutis ⁊ legib⁹. q̄diu sacerdos qui penitentiā dederit. pbauerit. cū hoc cōcordat Alexā. de halis ⁊ Tho. in. iiij. di. ij. in fine De demoniacis. Addit etiā Tho. ibidē de demoniacis cōmunio nō ē deneganda. nisi forte sit certū q; p aliquo crimine a diabolo torqueāt De talib⁹ loquit diacon⁹ in. iij. lib. de ecclesiastica hierarchia dicēs. Energomini etiā ab inspectione diuinoꝝ arcent. vñ statim post euāgeliū in p̄mitiua ecclesia p vocē diaconi cū cathecuminis excludebant. Vel dicēduz ē ⁊ melius q; ipe vocat energuminos illos in qb⁹ adhuc viget virtus demonis ppter peccatū originale nondū exstirpatū: eo q; nōdū baptismi gratiā cōsecuti sunt. qbus exhibet exorcism⁹ post cathecismū ante baptismū. Unde ipe ponit eos secūdo loco post cathecumios. Insup Cassian⁹ ait. Qui ab imūdis vexant spiritib⁹ cōmunionē sāctā a seniorib⁹ nr̄is nūq; inuenimus interdictā. Preterea. xxvj. q. vj. c. q; recedūt in fine dr. amētib⁹ etiam q̄cūq; pietatis sūt p̄ferēda sūt. ⁊ loquit ibidē de recōciliatōe ⁊ d cōmunione sacra hec ſm Tho. vbi supra. Dz Alexā. de halis ait q; sunt qdaz energumini q; exigentib⁹ peccatis suis iudicio dei arrepticij facti sūt. de qbus frequēter accidit q; p̄ūpunt i blasphemias ⁊ i alia q̄ absq; dei ꝓtumelia fieri nō p̃nt. ⁊ talib⁹ non ē dandū corp⁹ xp̄i. Quidam ꝯo energumini sūt q; nō modice religiōis fuerūt. ⁊ tñ diuina ꝓmissione ad maiorē eoruz purgationē ⁊ meritoꝝ augmētatōez qbusdaz tpis iteruallis vexant a spiritib⁹ imundis q; ꝯ deuotio i nullo diminuitur neq; refrigerescit feruor. de qb⁹ pmpta sūt exempla. ꝑ forte non expedit ppalare talia: ꝑ talibus q̄ opportunitas se offert dari debet: vt ꝫ vexatiōes malignī spūs forti⁹ ualescāt. de hmōi intelligit Cassianus. vñ dicit Cāto magis ac magis inimicus insultabit obsesso: q; tuz eū celesti medicina viderit segregatū. Hec Alexan. de halis.

¶ Q; p hoc sacramētū digne sumptū tria bona spiritualia in hoie augmentantur. ¶ Cap'm. II.

Secūdus effectus huius sacramēti est bonoꝝ spiritualiū augmētatio Sicut Prouerb. xij. dicit. Qui bonus hauriet sibi a domino gratiam ⁊ merito q̄dē: quia ipe est fons omnis gratie ⁊ ꝫtutis. vnde sacramētū eucharistia. id est. bona gr̄a noiat. Ioh. Ecci. xxiiij. ipa eucharistia d se ait. In me ois gratia vite ⁊ veritatis. in me ois spe vite ⁊ virtutis. Transite ad me oēs q̄ ꝯcupiscitis me: et a generationib⁹ meis adimplemini. Tria autē inter alia bona multiplicant p hoc sacramētū

De varia sumpti. corpo. xpi

Primus est decor castitatis. Secundū est feruor charitatis. Tertiū est sapor suauitatis. Primū inq̄ ē decor castitatis. vnde Dan. j. dicit. Apparuerūt vultus eorū meliores vultibus puerorū ⁊ corpulētiores p̄ omnib⁹ pueris q̄ vescebant cibo regio Glo. vultus eor̄ quos panis satiabat qui de celo descendit apparuerūt meliores. scz castitatis decore. Unde ⁊ pueri illi casti fuerūt. Proinde merito dicit Can. vij. Q̄ pulchra es ⁊ q̄ decora charissima in delicijs. Sicut em̄ nutrimēta plurimū faciunt ad decorem corpis: sic etiaz delitie spūalis cibi ad pulchritudinē castitatis. Sm̄ em̄ Alexan. de halis in. iiij. Talis cōmunicatio sacramētalis et spiritualis simul valet ad cognoscēdā diuinā bonitatē siue largitatē in reficiendo: q⁹ dedit corpus suū ad spūaliter ⁊ sacramētaliter manducandum vt vtrūq̄ scz corpus ⁊ aiam reficeret. vnde estimo q⁹ incētiua carnis sedant̄ ex manducatione sacramētali. hec ille. Secūdū bonū est feruor charitatis. vnde Eccli. xxxij. dicitur. Gemula carbūculi i ornamēto auri. Glo. ardentia gēmar̄ p̄ncipatū tenet carbunculus sic dictus: q⁹ est ignitus vt carbo: et significat corpus xpi. q⁹ cor accipiētis ornat castitate et inflāmat charitate. vñ ps. xxij. ait Ignis a facie eius exardescit: carbones succēsi sūt ab eo. Et iterū ait. Impinguasti in oleo caput meuz id ē. mentē meā feruēti deuotiōe inebriasti. Et calix meus inebrians p̄clarus est. id ē. illuminās intellectū ⁊ inflāmans affectū talis em̄ sūptio sacramenti scz spūaliter ⁊ sacramētaliter valet ad trāslationē de humanis ad diuina. Ideo Innocēti⁹ ait. Sapientia dei que se p̄ visibilia manifestat. volēs euidenter ostēdere q⁹ ipa est cibus animar̄ carnē assūptam p̄posuit i eduliū. vt p̄ cibum humanitatis inuitaret ad gustū diuinitatis. vnde ait ps̄ Gustate ⁊ videte quoniā suauis est dominus Totū ergo se xps exhibet nobis vt sicut diuinitate nos reficit quā spūaliter corde gustam⁹. ita humanitate nos reficiat quē corpaliter ore comedimus vt ita de visibilib⁹ ad inuisibilia de tēporalib⁹ ad eterna. de eternis ad celestia. et de humanis ad diuina nos transferat. Ego sum inquit panis viuus q̄ de celo descēdi: ecce cibus diuinitatis ⁊ panis quē ego dabo caro mea ē. ecce cibus humanitatis. Tertiū bonus est sapor suauitatis. vñ Sapie. xvj. de domio scp̄tū est. Angelor̄ esca nutriuisti populū tuū et paratū panē de celo p̄stitisti eis sine labore: oñe delectamētū in se habētez ⁊ oñis saporis suauitatē. substantiā em̄ tuā ⁊ dulcedinē tuam quā in filios habes ostendebas. ⁊ deseruiens vniuscuiusq̄ volūtati ad quod quis volebat cōuertebat. Et it erū Can. v. anima iusti inq̄t. Comedi fauū cum melle meo ⁊ bibi vinū meū cum lacte meo. id ē. bibi ⁊ comedi corp⁹ et sanguinē domini nostri ihu xpi cuz sapor̄oso affectu ⁊ luminoso intellectu ad anime mee spūalē cōsolationē. hec est em̄ suauitas de qua ps̄ ait De petra melle saturauit eos: q⁹ tales deuote mētes sugūt ineffabilē dulcedinez eius. Unde Aug⁹ ait. Participatiōe corpis ⁊ sāguis christi homo viuit nō sumens sacramētū tm̄ quod ⁊ mali faciunt. sed p̄tingens vsq̄ ad spūssancti p̄ticipationem: vt in corpe domini tanq̄ membrum maneat ⁊ eius spiritu vegetet. vnde Innocenti⁹ ait. Panis angelor̄ factus est panis hominū. Sm̄ illud pphēticuz. Panē angelor̄ manducauit homo. quatenꝰ qui Sm̄ animā cibum diuinitatis accipim⁹. Sm̄ carnē etiam cibum humanitatis sumamus. quoniā sicut anima rationalis ⁊ caro vnus est homo. ita deus ⁊ homo vnus ē christ⁹ hoc dicit q̄tum ad p̄imū ⁊ post. q⁹ p gustum quo q̄ vitā acquirit q̄tenus vnde mors orieba⁹ inde vita resurgeret Dictū quipe est de illo. Quacūq̄ die comederis morte morieris. Dicit autē de isto: si quis māducauerit ex hoc pane viuet ineternū. ⁊ de hoc dicit q̄tum ad scm̄.

De pfecta vnione aie cū xpo quaz efficit hoc sacramētū. q̄ triplici similitudine demōstrat. Cap. iij.

Tertius effectus hui⁹ sacramenti ē cuz xpo pfecta vnio Sm̄ Bonauen. in. iiij. di. xij. Effectus hui⁹ sacrāmēti nō ē de nouo vnire: sed iam vnitas magis vnire. magꝭ autē quis vnit triplic̄iter. aut vinculo maiori aut vinculo strictiori. aut viculo firmiori. Primo inq̄ vinculo maiori vt ille q̄ habet maiorē charitatē. Secundo vinculo strictiori vt ille q̄ Sm̄ eundē habitū tenacius amat. Tertio vinculo firmioris: vt ille q̄ eodem habitu magis ē radicatus. Dicit autē hoc sacramentū magis vnire: q⁹ digne accedētē reddit feruētiorē: q⁹ efficit hō vt carbo ignit⁹. ⁊ reddit fortiorez sic bon⁹ cib⁹ Et ex hō q⁹ reddat charitatē magꝭ ignitū adiuuat ad p̄sumēdū originalē pcti rubigine. Et ex hō q⁹ magꝭ firmat adiuuat ad vitandū ola scelerea ⁊ rōne vtriusq̄ valet ad augmētū vtutū: ⁊ maxle charitat⁹ q̄ vinculū ē pfectiōis Sz q̄tū ad feruorem vl radicatōez. feruor minuitur q̄tidie p venialia ⁊ etiā radicatio: ⁊ ideo optet p hūc cibū restaurari deperditū. h̄ ille Aduertēdū ē etiā q⁹ cū h̄ sāctū sacrm̄ manducam⁹ nō ip̄m quēadmodū ali⁹ cibus i nos mutatur s ecōuerso nos mutamur in illū. Proinde sic dictū est h̄ sacramētū eucharistia. id est. bona gratia nūcupat eo q⁹ corp⁹ xpi influat in nob bonitatē suaz p quam non ip̄m nobis sed nos

illi assimilamur. et in eius bonitatez mutamur nam gratia est quedam influentia diuine bonitatis in anima. p quā deo assimilat. Hec siquidem vnio triplici similitudine ꝓbari pōt. Prima sumitur de virtute amoris nostri. secūda de virtute rei amoris. tertia de virtute surculi arboris. Prima ꝙo sumitur d ꝑtute nostri amoris. Est cū vis amoris trāsformare cor amantis i id qđ amat. vnde Can. viij. ait christ⁹ ad spōsam. Pone me vt signaculū sup cor tuum: sup cor tanq̄ sup ceram liquidā calidā puram ⁊ mollem ⁊ aptam suscipe imaginē impressam ihu christi ponendū est dominicū sacramētuz nam sup calidū cor amore dei purū mundicia sui ac molle pietate ꝓximi. corpus xp̄i vt sigillum ponit: non vt ipm qđ imutabile est i nos mutet. sed vt nos in imaginē bonitatis ei⁹ trāsformemur ⁊ imutemur. Item habet de consecra. di. ij. c. Hoc sacramentū. ibi Aug⁹ ait. Hoc sacramentū pietatis est. signum vnitatis. vinculum charitatis. Qui vult viuere accedat ⁊ credat: ⁊ incorporet. hunc cibū ⁊ potum societatem vult intelligere corpis ⁊ membroz suoz vnde Joh. vj. domin⁹ ait. Qui mā ducat meā carnem ⁊ bibit meū sanguinez: in me manet et ego in illo. ¶ Secūda ꝙo similitudo sumit ad hoc idem de virtute rei maioris. nam si gutta aque in vas magnū vini ponat: aqua ex toto mutat in vinū: sic etiaz virtus dominici sacramenti cū inffabilis magnitudinis sit. ⁊ nos q̄si nihil respectu illi⁹ merito nos mutamur i christum ⁊ nō christus in nos. De christi magnitudine ps̄ ait. Magnus domin⁹ ⁊ magna ꝑtus eius. Et de puritate nostra idē ait. Substātia mea tanq̄ nihilū ante te. Et Esa. xl. scptuz est Ecce gentes quasi stilla situle. Et sequit. Omnes gentes quasi nō sint. sic sunt coram eo. Magnitudo itaq̄ ꝑtutis ⁊ dulcedinis christi. cuz sacramentū sumit exiguū ⁊ humile cor nostrū vincit. ⁊ illud a se deficere facit in seipm cōuertens. vt non iam mūdanis ⁊ trāsitoriis rebus dediti. sed volūtate ꝓmone ⁊ ope christo similes sumus. sicut de se ps̄ testat dicēs. Defecit in salutare tuuz deus anima mea: ⁊ in ꝙbuz tuum sup̄speraui. ¶ Tertia similitudo ad idē sumitur de ꝑtute surculi. Est nempe natura surculi arboris bone. q̄ si silueſtri trunco inseraſ naturali virtute ꝑualens illius amaritudinez ⁊ silueſtrem naturam in domesticā et nobiliorem conuertit ⁊ similē fructum bonū ꝓferre facit. Sic vtiq̄ corpus christi in nobis insitū defectus nostros euacuat: ⁊ nos in bonitatē suā trāsformat. Unde quales ipe flores frōdes ⁊ fructus iusticie facit. tales quoq̄ p eū ⁊ nos facere studeamus. Hinc spūssanctus p Ezech̄ xvij. ait. Sumam ego de medulla cedri sublimis. ⁊ ponam de vertice ramoz̄ eius teneruz. distringā ⁊ plantabo sup montē excelsuz ⁊ super eminentē. in monte sublimi israel plātabo illam. ⁊ erūpet in germē ⁊ faciet fructū. Cedr⁹ sublimis ē pater omniuz deus. rami eminētes sunt antiqui patres. vertex ramoz̄ est beata ꝙgo maria. medulla cedri eterna dei sapientia est. De vertice igit ramoz̄ fuit caro christi de ꝙgine sumpta. Tunc igit spūssanctus medullam cedri ⁊ partem sumpsit de supremo ramo quādo verbū caro factum est. teneruz autē dr̄a teneo p ꝓtrariū qđ vix se teneat: ⁊ significat b sacramētū eo q̄ vix xp̄s se tenet i celo. b tract⁹ amore nr̄i descēdit ad terrā. b tenex de⁹ distringit. i. dilatat q̄n b sacramentū i multis hoīs p orbē terrarū multiplicat. Vñ distringē fm catholicon ē dilatare. Hūc aūt nobilissimū surculū in mōtē excelsū plātat: cū fideliū mentes a terrenis desideriis ad celestia eleuans dñici corpis tribuit sacramētū. Hinc siqdē fructus erūpit. q: cor fidele ꝑtute corpis xp̄i relicta p ꝓpria amaritudine vicioz̄ ad gl̄iaz ei⁹ spūales flores desideriorz̄ sāctorz̄. frōdes vtiliū ꝙborz̄ ⁊ fruct⁹ bonorz̄ operz̄ facit. Jō aia fidelis ait ad xp̄m Can. j. Trahe me post te. s. mutando me violētia tue dilectionis. magnitudine tue delectationis: si ꝑtute firme intentiōis. vt nō maneat in me radix amaritudinis: b ꝑualeāt i me ꝑtus ⁊ dulcedo tue supexcellentissime bonitatis vt cuz apl'o dicam⁹ illud Gal. ij. Viuo aūt iā nō ego. viuit ꝙo in me xp̄s: q̄sz vita ē viuentiū spes morientiū ⁊ gloria omniū resurgentiū. Qui benedictus ⁊ benedicibilis dulcis ⁊ desiderabilis glorioſus ⁊ laudabilis cuz patre ⁊ spūsancto viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ Feria. vi. in parasceue de sanctissima passione ⁊ mysterijs crucis xp̄i. Sermo. LVI.

AFflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. domine ante te omne desiderium meum ps̄ xxxvij. Ad cōtēplandū sacramentū dominice passionis. iz omniuz nostroz̄ ad hoc desideria inardescant: tamen imbecillitas humani ingenij omno insufficiens est. Porro cum in xp̄o iesu esset diuinitas: q: filius vnic⁹ dei erat: ⁊ anima rōnalis a deo creata: atq̄ caro de virgine sūpta ipa rei magnitudo stupendā abyssuz admirationis ingerit menti. atq̄ incōprehensibilitatem tanti mysterij ꝓtestat. scz q̄ dei fili⁹ tam aspera p nob voluerit pati. atq̄ i cruce obprobriosissime mori. qđ intelligens a rōnali natura non posse cōprehēdi. Eccl. j. ait. Altitudinē

celi ecce diuinitas xpi. ⁊ latitudinē terre. id est carnis in passionissionib⁹ dilatate. ⁊ pfunduz abyssi. id ē. eius anime in doloribus abyssate quis dimēsus ē? quasi dicat nulla rationalis ⁊ creata natura ꝑ ante oīa ipa admiratio animi ppulsans atq; interrogans ait. cū deus dixit. ⁊ facta sūt ipe mandauit ⁊ creata sūt. cur p nostra redēptione tot ⁊ tanta supplicia passus est|. Ad hoc respōdet haymo in quodā sermone in mysterio dicēs. q; inter misericordiā ⁊ veritatē difficilis altricatio fuit veritas eī in adiutoziū ⁊ cōciliuz sibi iusticiā aduocauit Misericordia autē pacē in subsidiū inuocauit. ambe cōmuniter diuie sapiētie arbitriū elegerūt partibus igit in p̄sentia arbitrij ꝓstitutis. misericordia pacis instructa ꝓsilio taliter allegauit Cū deus sūma bonitate fecerit hoīem ad imaginē ⁊ silitudinē suā. indignū est vt tam digna creatura tota peat. ⁊ de⁹ fraudet ꝓposito suo qui ꝓpterea fecit hoiem vt illum cognosceret: cognitū diligeret. ⁊ dilectuz haberet. si ergo talem ex toto puniret nulla ꝓsus bonitas. imo potius crudelis esset impietas. Nō ergo obliuiscat misereri deus. nec ꝓtineat i ira sua misericordias suas. Veritas autē iusticie freto ꝓcilio ad hoc respōdet Cū deus sūma equitate p pter peccatū clauserit ianuā paradisi collocans cherubin apud paradisum vt angelus diabolu⁹ ⁊ hominē igneo gladio effugaret: indignuz est vt eam reseret indignis ne sanctū dei canibus vel margaritas spargat ante porcos. Oēs eī declinauerūt simul inutiles facti sūt. non est q̄ faciat bonū. Oīnes eī imundo semie ꝓcepti sunt. ⁊ apposuerūt adhuc peccare ei Ad h̄ misericordia respondet. Quis homo valde peccauerit. postea tamē pfecte penituit: ideo qđ aī amisit p culpam recupare debet p penitentiā. Quacūq; eī hora peccatoz ꝓuersus fuerit. et ingemuerit vita viuet ⁊ nō morietⁱ. Ecōtra veritas respōdet. ꝯ homo p̄ penitentiā culpā deleuerit pfectam: tamē innocentiā penitētia nō restituit: qz remanet semp vomes peccati. languoz nature ⁊ tyrannꝰ carnis. ideo cū possit penam auferre nō potest tamen gr̄iam restituere. His ⁊ talibus obiurgationib⁹ diuina sapiētia cogitauit cogitatiōes pacis: ⁊ vidit q; iusticia lederet nisi sufficiēs pena p oibus solueret: ꝑ misericordia disperiret si quemlibet sufficiēti pena puniret. vñ vt tā misericordie q; iusticie satisfaceret iudicauit vt filiꝰ dei assumeret i se penam p oibus. ⁊ donaret p se gr̄iaz vniuersis. Ac p h̄ iusticia ⁊ pax osculate sūt ⁊ cōplexe sūt. nullꝰ aliꝰ eī inuenit dignus aperire ianuā paradisi nisi leo de tribu iuda: qui aperit ⁊ nemo claudit. claudit ⁊ nemo aperit. Vix eī cuiq; alij sua sufficiebat iusticia: nedū sufficeret vniūsis. h̄ ille Ut igit passione sua nos redimeret. ⁊ p eaz sempiterna gr̄ia dignos efficeret: assūpta nr̄a passibili carne in tpis plenitudine oēz dolorē penam ꝓfusionē ⁊ mortē in cruce ppeti dignatus est. Erige igit mens deuota ad illō vitale lignum oculos cordis tui. ⁊ q; nō decet vginē mr̄em dei i tāta hodie mestitia laborātē aduocatā p nostra indigētia postulare ne tāti bñficij scz dñice passiōis repiamur ignari ⁊ ingrati: tu sanctissima crux esto refugiuz nostrū: ⁊ virtꝰ illuians mētes nr̄as splēdoribꝰ tuis. inflāma cor nostr̄ ardoribꝰ tuis. Roborа vires nr̄as virtutibus tuis. sine eī lumie tuo ceci sumus. sine calore tuo frigidi sumꝰ. sine robore tuo fragiles sumꝰ sine sensu tuo aīales sumꝰ ⁊ brutales. sine dulcedine tua amari sumꝰ. Tu medela infirmoz. tu thesaurꝰ pfectoz. tu es decꝰ saluandoz. O sanctissimū lignū vite succurre miser| refoue pusillanimes: iuua debiles. dirige deuios: tu pugnātiū armatura: tuq; pelagꝰ gr̄az Ad te igit dirigimꝰ p̄ces nr̄as: vt ex abūdantia infinitoz thesauroz tuoz nob ipetres sensū ⁊ ītellectuz vt ꝓtemplādo ingredi valeamꝰ illas infinitas abyssos doloz. ꝓfusionū atq; mysterioz illiꝰ q̄ te pciosissimo sāguine suo ꝓsecrauit Dr̄ea te adorātes suplices exoramꝰ atq; hūiliter salutamꝰ dicētes. O crux aue spes vnica h̄ passionis tpe: auge pijs iusticiā reisq; dona veniaz amē Afflictꝰ sū ⁊ hūiliatꝰ sū nimis ⁊c. item ibi supza. In q̄b⁹ sacratissimis ꝓbis tres abyssus dñice passiōis mystice describūt. Prima ē abyssus incōp̄hēsibilis penalitatis. qz ppha ꝑsona dñi ait. afflictꝰ sū ⁊c. Secūda est abyssus incōp̄hēsibilis humilitatis. Unde ppha subdit et humiliatus sū nimis rugiebā a gemitu cordis mei. Tertia est abyssus incomp̄hensibilis vtilitatis. vnde subiūxit ppheta dicens. Dñe ante te oīe desideriū meū.

Prima ps principalis dñice passionis ē de .xxiij. rōnib⁹ q̄re dolores mētales ⁊ pene corpales dñi nostri ie su xpi oi creature rationali incomprehensibiles sunt.

Primo igit p̄ncipaliter circa dñi passionem cōtemplemur incōp̄hensibilem abyssum penalitatis: quia sūma veritas p os ppbete hoc de se testatur dicēs. afflictus sum. Et quis queso exp̄mere sufficiat dolores ⁊ afflictiones quas in sua passiōe sustulit xp̄s cum etiā omnib⁹ rationabilibus creaturis incomprehensibiles sunt? vt tamē aliqualiter comprehendere valeamus| incomprehensibilitatem. et abyssalem imensitatem eorum. tria ad presens de ipo domio p̄mittendo cōsideremus. Primo plenitudinē cognitionū. secūdo

magnitudinem occasionum. tertio multitudinem rationum.

Triplex cognitio ihesu xpi vbi fundabat crux ei⁹ est mētalis.

Primo ꝓsideremus plenitudinē cognitionū. Ab instanti cōceptionis sue ex vnione diuini ꝙbi tres habuit cognitiones in mente sua. Primo habuit cognitionē ꝑteritoꝝ. secūdo habuit cognitionē ꝑsentiuz. tertio habuit cognitionē futuroꝝ. Hę tres cognitiones fuerunt quasi tres altissimi montes sup quos erecta ⁊ fundata fuit crux dñi nostri ihu xpi. de q̄bus ꝓpheta ait. Fundamētū ei⁹ in mōtibus sāctis. Ex quo patz q̄ inter cetera maxime tria p̄ncipaliter semp cognita erant in mente xpi. Primo em̄ peccata que ꝓtra deum in ꝑterito patrata erāt. ⁊ que in ꝑsenti cōmittebant: ⁊ que in futuro cōmitti debebāt. Secūdo oīa tormenta que antea passus erat. tunc patiebat. ⁊ que in futuro passurus erat. Proinde Jobis. xvij. dicit. Sciens itaq̄ ihs oīa que ventura erāt super eum. Tertio cognouit oīa martyria supplicia oīa ⁊ oīes labores que sustinuerūt oīes iusti oīes tūc existētes ⁊ oēs q̄ vsq̄ ad finē seculi futuri fūt. quoꝝ omniū ipe caput erat. Et hec omnia supradicta ⁊ oēs duodecim duplicatas rōnes et aspect⁹ earū: de q̄bus statim subdemus: simul pleni⁹ clariusq̄ mag⁹ distincte vidit ⁊ cognouit quā aliq̄ mens hūana posset itelligē aliq̄d singulare.

Tria sunt ex quibus formet mentalis crux christi.

Secūdo ꝓsideremus magnitudinē occasionū scz crucis eius. Tria siq̄dē fuerunt semp in xpo ihu in hoc seculo quo aduixit. ex q̄bus est formata mētalis crux ei⁹. Primū fuit imensus amoꝝ. secūdū imēsus doloꝝ. tertiū q̄ fuit imensū gaudiū. Nam sic duo ligna se intersecātia cōstituunt crucem que in medio clauo nectunt. Sic doloꝝ ⁊ gaudiū constituerūt xpi mentalē crucē vt gaudium eriga tur in altum ꝓpter honorē diuinū: ⁊ doloꝝ in trāsuersum ꝓpter nostrū flagitiū ⁊ hec duo in amoꝝ q̄si in clauo medio nectunt aut potius ab ipo amoꝝ illa duo eq̄liter oriūt tanq̄ a p̄ncipio radicali. Primo ergo mensura ab oi creatura imensurabilis dñici crucis fuit imensus amoꝝ a quo ꝓcessit. Nam tāta extitit q̄tus ad deum ⁊ ad primū. amoꝝ fuit. quia em̄ fuit vnitus ꝙbo psonali vnione: tota capacitas nature ipius q̄ ex psonali vnione dilatata extitit tota amoꝝ repleta fuit. imo tota fuit amoꝝ i verbo. Secundo ctiā mēsura ⁊ magnitudo dñice crucis tanta fuit: quātus extitit doloꝝ in mēte eius ⁊ pena in carne. Pro cuius intellectu sciē dum est ꝙm Alexā. de halis. in. iij. q̄ dolores xpi fuerunt penales maxime ꝓpter duo. Primo quia erāt cōtra naturā patientis. secundo quia erāt cōtra voluntatē naturalē sensualitatis. Insup est notandū q̄ differūt materialiter a doloꝝib⁹ pene. naz pene variant in corporis mēbris ꝙm ipaz penaz diuersitatez ⁊ mēbrorum viuacitatē ⁊ sensibilitatē. Dolores vero variant in mēte ꝙm ei⁹ viuacitatē atq̄ naturalem ⁊ accidētalē dispositōez. Necnō ⁊ ꝙm varietatē obiectoꝝ ipoꝝ doloꝝ: nihilomin⁹ mēbroꝝ pena in momēto p doloꝝē mēti cōmunicat: atq̄ doloꝝ mētis q̄si absq̄ mora p penam ipi corpi habet cōmunicari. Ex q̄ ptz oēs mētales dolores q̄ ab instāti ꝓceptionis fuerūt in mēte eius p indicibiles ac variatas penas resoluebant in corpus suum sanctissimū. ꝙm diuersoꝝ obiectoꝝ suoꝝ doloꝝ. necnō ⁊ omnes eius corpales pene ꝙm earū diuersitatem et acerbitatez in eius mentales doloꝝes modo inexplicabili resoluebant. Beniq̄ q̄tum deū ⁊ primū adamauit: tantū sicut infra dicet de iniurijs iniuriati atq̄ iniurātis doluit ⁊ penā sensit. Tertio imēsurabilis mēsura ⁊ magnitudo dominice crucis fuit imēsum gaudiū ipius xpi. Naz ꝙm Alexan. de halis in. iij. Propterea fuit meritoria quia in parte rationali sicut volitum ⁊ placitum. Inestimabile tamen erat gaudiū. quia delectatio i superiori pte anime eius in qua scilicet fruebat. Nam q̄tuz dilexit deum ⁊ primum. tm̄ dolebat ⁊ letabatur de iniurijs offensi ⁊ offensoris. nō vtiq̄ fuisset ꝙtuosus doloꝝ nec etiā gratus deo si doluisset inuitus. q̄nimo sicut alijs fruebat virtutib⁹: sic et ista fruebat suaz virtutiuz sūma. Proinde in hunc doloꝝē sicut in rem sibi placidissimā. et a se inestimabiliter p̄dilectam. toto mētis fereba tur conatu. Amplius addi pōt q̄ lz odiret dei iniurias. tāq̄ sūme impie ⁊ iniquas: tamē gaudebat ⁊ conabat tota volūtate illa mala odire et quod mirabilius ē in hoc respectu nō min⁹ doluit p malis demonū et dānatoꝝ lz redemptio ad eos nō trāsiret: q̄ p culpis electoꝝ suoꝝ. imo tāto ampli⁹ quāto maioꝝ malicia maioꝝq̄ iniuria dei ꝓtinebat in eis.

Duodecim sunt gradus quare incomprehensibilis est mentalis crux christi.

Tertio considerēmus multitudinē rationum. scilicet ex quibus doloꝝ eius tāte magnitudinis fuerit. q̄ apō humanam ⁊ angelicam intelligentiā incomprehensibilis erat. Hoc quidem doloꝝe sicu t p̄dictuz ē ab instanti sue cōceptionis dum vixit in carne mortali semp mens ei⁹ plena fuit. ac p multas

ac varias penas i organo sui humani cē resoluebaꝫ. Fm varietatē obiectoꝝ diuersoꝝ sicut ꝓtactū est. Et lz multe huiꝰ doloris rōnes dari possint. tñ duodecim fructꝰ ligni vite merito dici possunt. Hoc siq̄dem lignuz qō xp̄s est extraq; pte fluminis. scz humanitatis ꝓmerentis ⁊ diuinitatis meritū dilatātis. ꝑ singulos mēses afferebat hos duodecim fructꝰ. id ē. fructiferas rōnes sicut Apoc. xxij. mystice designatur. Ad quos gustandū hortaꝫ apostolꝰ ad Phil. ij. cum ait. Hoc eīn sentite in vobis qō ⁊ in xp̄o iēu. qui scz videndo ꝓterita p̄sentia ⁊ futura ꝓpter duodecim duplicatas rationes amando dolebat ⁊ letabaꝫ ex amore dolore et gaudio q̄si dicat apostolꝰ. Non tñ cum vno sensuuz anime vestre scz visus aut gustus. sed etiam cū omnibꝰ quinq; sentite eius amorem. eius dolorem eius gaudium in dolēdo. ⁊ hoc potest esse thema i festo sancte crucis. Has igitur duodecim fructiferas rōnes ꝑ ordinez sub iūgamus. Prima ratio est offensionis. secūda est ignorationis. tertia refectionis. quarta reuerberationis. quinta cōpassionis. sexta incisionis. septima deformatiōis. octaua fornicationis. nona cōtritionis. decima ꝓuationis. vndecima obligationis. duodecima abbreuiationis. Unde merito ꝓpheta in ꝑsona domini ad patrem ait. Omnes fluctus tuos induxisti super me. glosa. id ē. omnes passiones. Et alibi idem ait. Veni in altitudinē maris scilz amaritudinum. ⁊ tempestas scz mortis demersit me. Loquit xp̄s mortuus ꝑ euidentiā facti. Erige iā mentis oculos anima deo deuota ad crucis christi triumphale vexillū ⁊ tres suauissimos fructus huius suauissimi ligni. seu tres lapides p̄ciosos atq; splendētes contēplare i sūmitate illius. ⁊ tres in dextero eius cornu alioſq; tres i sinistro. ⁊ in imo ip̄ius crucis alios tres. Et vt p̄dicti duodecim fructus diuisi seu partiti medullitus ⁊ auidius saperenꝫ. q̄libet p̄dictarum rationuz diuidatur in duas: vt sic duplicate duodecim rōnes inexplicabilis crucis xp̄i in vigintiq̄ttuor rōnes consurgant q̄si vigintiq̄ttuor hore naturalis diei in q̄bus speculādo cōuersabatur ⁊ cruciabaꝫ filius dei ihesus iuxta vaticiniū Zach. qui ca. xiiij. ait. Est dies vna que nota est dño ⁊c.

¶ Articulus primus prime partis q̄ re crux christi fuit incomprehēsibiliū doloꝝ atq; penarum. primo autez ponātur tres prime rōnes. ¶ Cap. I.

Prima ratio est offensionis. Duo quidem aspectus continue erant in mente ihu. Primus ad dilectū deum. secundus ad dilectum ꝓximū. ¶ Primus respectꝰ erat ad dilectum deū. Proinde q̄tum dilexit eternum patrē: tantū doluit de qualibet offensa eius. ⁊ quantū dilexit eterni patris gloriam tantū doluit peccati cōtra euz ignominiā. Amplius tantuz dolorem sūpsit ꝑ qualibet culpa quantū erat grauis eterni p̄ris iniuria. ⁊ quātum requirebat emenda. Et si vnius mortalis iniurie infinita est grauitas. quāta erit tūc omniū simul. Ad quālibet q̄dem culpam seu iniuriam seu cōtumeliaz lūmi patris habuit singularem aspectuz. Sume tibi exemplū de filio sūmi impatoris. qui si dilectum patrem cerneret a vilissimo ribaldo ꝑ lutum et stercus ꝑ capillos ⁊ barbam contumelioſe trahi ⁊ pugnis et calcibus os ⁊ faciem eius cōtundi: quanta is amaritudie repleretꝫ: vti q; q̄tum diligeret eū ac quāto ignominioſius tractaretꝫ. Multo q̄dem id ꝑfectius erat in christo. vt ex se patet.

¶ Secundus christi aspectus erat ad dilectū ꝓximum. vnde q̄tuz dilexit eos qui suū offendebant patrem. tantū dolebat de tali offensione. Et vt sequamur exemplū filij p̄dicti impatoris si tanta dilectione filius ille ad ribaldū afficereꝫ. q; se in eū cordialiter trāsformaret vt q̄si sibi ac si illa fecisset imputaret ad penā. quātus dolor multiplicareꝫ in corde eius? Pro p̄dictis duobus aspectibus ꝓpheta ait. Fiāt filij eius orphani: ⁊ vxor eiꝰ vidua. In quo vero duplex vidue indicaꝫ dolor. Primꝰ ē mortе mariti. secūdus quia orbati patre sūt eius filij: vt mystice innuaꝫ duplex p̄dictꝰ amor ad deum ⁊ ꝓximū ⁊ dolore de mortali offensa dei ⁊ damno offendētis ꝓximū.

¶ Sequitur secunda ratio ad idem. ¶ Capitulum. II.

Secunda ratio est ignorationis. duo alij aspectus erāt in mēte ihu circa humanum genus. scilz quia videbat illud ignorare duo. Primo q̄tum fuit beneficiū sue humanitatis. Secūdo quātus fuit in assumēdo humana naturā amor sue imensissime charitatis. qui scilicet eum humanari fecit. Has igitur ignorātias in humano genere semper christꝰ recognoscens tantū dolorē in mente sua de illis sumpsit. quantū erat beneficiū sue humanitatis et quāta fuit in hoc magnitudo sue charitatis cum qua ⁊ carnem assūpsit ⁊ ꝓ nobis in cruce mori voluit. Et q̄ natura hūana vel angelica exprimere posset magnitudinē beneficij assūptionis nostre hūanitatis in ꝟ erga nos sue imensissime charitatis? Proinde Ambro. ait. Tristis erat q: puulos nos relinq̄bat. puulos inquit. id ē. de vtroq; beneficio ignorātes.

¶ Tertia ratio ad idez ¶ Caplm. III.

Tertia est recessionis. Duo alij aspect⁹ erant in mente christi. Primus quo intelligebat magnitudinem pene ex q̄ debebat mors inferri. Secundus quia cognoscebat q̄tum seip̄m diligebat qui debebat mori. Ex hoc duplici aspectu in mēte eius tātus generabatur dolor quāta erat pena ex qua moriturus erat Et quātus erat amor quē ad seip̄m habebat. Et ꝺ̄ duplici aspectu Mat. xxvj. domi⁹ ait. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem. scz qua video penā quā debeo sustinere ⁊ amorem quo me diligo ⁊ teneor me diligē. Et quia nullus in humana natura neq̄ totus humanum genus sufficiebat hoc intelligere ⁊ sibi compati atq̄ sibi regratiari. Ideo vice omniū electorū sibijpsi condoluit sicut deo in assūpta natura ꝓ humano generi patiēti. Unde sicut in alijs sic ⁊ in hoc omniū elector⁹ suor⁹ supleuit defectuz: totū se relinquēs in gratiarūacti/one ⁊ sibijp̄i de tanto beneficio electis collato ⁊ in seip̄o nos omnes fecit recognoscentes: in quo ⁊ nos reputamur plene grati de beneficio redemptionis ⁊ causa cōcrucifixi similitudini mortis eius.

Articulus. II. prime partis vbi ponunt tres rōnes q̄re dolorum ⁊ penarum crucis xp̄i fuit incōprehēsibilis magnitudo.

Secūdo addunt alie tres rōnes.

Quarta rō est. Cap. I.

Prima ratio est reuerberatiōis. Duo alij aspect⁹ erāt in mēte domini nostri ihu christi. Primus ad sue dulcissime matris amorē. secūdus ad sue amorosissime matris dolorē. Quia em̄ intelligebat dulcissimaz matrē suam sup omnes alias creaturas ex suo amore incurabilib⁹ doloribꝰ plenam: tantū in mente sua dolebat quātū amorosissimā matrē suam diligebat. ⁊ quāti erant dolores in corde virginis matris. sed cū beata virgo in cognitione omniū dolor⁹ xp̄i illustrata fuerit. ⁊ i charitate pfecta ad filiū fuerit sublimata. tantū de eis doluit quātū id status materne excellentie req̄rebat. ⁊ hi materni dolores ꝓtinue mentez filij sagitabāt. Proinde Jeremi. Treñ. j. in p/sona domini ait. O vos oēs q̄ trāsitis p viā attēdite ⁊ videte si est dolor sicut dolor meus scz hoc duplici aspectu ꝓsiderato.

Quinta ratio. Cap. II.

Secūda ratio est cōpassionis. quia em̄ xp̄s caput erat omniū electoruz. Duo q̄z alij aspect⁹ erāt in mēte eius Prim⁹ ad oēs martyriū penas. secūdus ad aliorū saluādor⁹ labores ⁊ meritoria opa. Ex hoc ꝺ̄o duplicato aspectū tātus in anima ei⁹ generabat dolor quāte erāt omniū alior⁹ iustor⁹ laboriose atq̄ meritorie opationes: nam omniū martyrū dolores p cōpassionē ita suscepit ihs xp̄s q̄ multo ampli⁹ ⁊ dolorosi⁹ fuerant infixi corde eius q̄z in martyrib⁹ q̄ illa supplicia sustinuerūt nec nō ⁊ omniū elector⁹ labores nō solū in generali excepit in corde suo. ſ etiā singulariter singulos multo distincti⁹ atq̄ pfecti⁹: q̄ illi q̄ p suo nomie illos sustinuerūt. Proinde in p̄sona domini de ꝺ̄ duplici aspectu ꝓpha ait. Sicut aq̄ effusus sū. ⁊ dispersa sunt oīnia ossa mea. Ossa q̄dem fortia martyres exiterūt: q̄s ꝓpter torm̄etor⁹ asperitatē dispsos dicit. Alij vo electi quasi gutte sudoris xp̄i. ꝓpter labores eor⁹ d̄ei⁹ corpe effusi sunt. q̄ oēs in xp̄i sāguineo sudore mystice demōstrant. nā sāguis ad martyres ⁊ sanguine⁹ sudor ad ceteros electos et iustos ꝙuenientius adaptaripōt.

Sexta ratio. Cap. III.

Certia ratio est incisionis Alios quoq̄z duos aspect⁹ habuit filius dei christ⁹ Primū ad oēs mortales culpas. secūdū ad oēs infirmitates nostras. Ex ꝺ̄ duplici aspectu tm̄ i anima sua dolebat. quot ⁊ quāte erāt mortales culpe p quas p̄scindebant membra ei⁹ ab eo: ⁊ quot ⁊ quāte erāt infirmitates mētales ⁊ corpales suor⁹ p̄ciosor⁹ membror⁹. Et de hoc duplicato dolore Jeremias ait. Foris interfecit gladi⁹ scz mortalis culpe mēbra christi p̄scindētis: ⁊ domi mors sīlis est. videlicet cuiuslibet infirmitatis mēbrū quodlibet infirmātis. Stupendū q̄dem excessum doloris sumit ratio supradicta ex respectu gratie capitis quo redēptor ⁊ emēdator est oīs mali qđ inflictum fuit p pctm̄. Ideo sumpsit ihs hec ola lamētanda ⁊ deplorāda vt sua: non quidem ad cōmittendū. quia peccatū non sumpsit. sed ad pfecte soluendū ⁊ satisfaciēdū: quia ad hoc venit intantū q̄ oīuz p̄sonā induens p oībus satisfecit. Proinde mystice dici pōt q̄ ip̄e est ille magn⁹ peecator ⁊ penitentiari⁹ p oībus ⁊ oībus. p cui⁹ penitētia gaudiū est in celo plus q̄z sup omnibus ordinib⁹ angelorum qui digna penitudine non egerunt.

Articulus. III. prime partis vbi ponūtur tres alie rationes ꝓpter quas dolores ⁊ pene crucis xp̄i incomprehensibiles extiterunt.

Certio supaddunt alie tres rōnes.

Septima ratio

Prima ratio est deformatiōis. Etiam alios duos aspectus habebat christ⁹ i anima sua. Prim⁹ erat ad anime imaginem. secūdus ad anime sīlitudinē. Proinde videns horrēdā deformitatē quā ꝓsequit̄ ani

ma ex ppetratiõe mortalis culpe tãtum doluit de illius deformitate. quãta erat nobilitas seu formositas imaginis aie ad imaginem dei formate: ꝛ quãta erat excellẽtia silitudinis in illa Vñ Hieremias Thren. iij. admiratẽr stupefactus i psona dñi ait. Denigrata est super carbones facies eoꝝ scz quãtũ ad imaginẽ ꝛ ꝗtũ ad silitudinẽ. Cũ em̃ xps eẽt legitimꝰ aiaꝝ spõs⁹ pfecte diligens animarũ decorẽ. in doloribus ꝛ angustijs suis totũ se reliq̃t et p cineres malicias nostras infudit. vt faceret de se lauacrũ ad lauandũ ꝛ delendũ tantã turpitudinez ac maculam peccatoꝝ imaginis ꝛ silitudinis anime nostre. Et quis exp̃mere posset dolorez anime christi cõspicientis horrendã turpitudinem maculaꝝ nostraꝝ animaꝝ.

Octana ratio. Cap. II.

Ecũda ratio est fornicationis. Duos quoq; alios aspectus habebat xps in anima sua Primus erat ad amorem q̃ animas spõsas suas amabat. secũdus ad multitudinẽ animaꝝ seu sponsaꝝ suaꝝ quas diligebat. Videns igit̃ christus ꝗtum anime ꝓponebãt creaturaz ipi oiuz creatori. acp̃ h̃ spũales fornicatiões ꝓsiderãs tantũ dolebat: ꝗtuz eas sicut spõsus amabat. et quot erant anime fornicãtes. Vñ Hieremie. iij. in psona xpi spõsi eaꝝ inq̃t. tu aũt fornicata es cũ amatoribus multis. Cõsidera p exemplu z si q̃dam rex magnus ꝛ totus forma decorus ꝛ oibus donis ꝛ gratijs cõpletissimꝰ circũisset mare ꝛ aridam p vna sibi acquirẽda spõsa. ac reginã nobilissimã ꝓstituisset. ꝛ illa in oculis suis quẽdã ribaldũ ꝛ lepꝛosũ accipet ꝛ amaret. ꝛ de stercoribꝰ totã suaz faciem deturparet. ꝛ sic diceret spõso suo deosculare me. qꝛ in alia forma me habere non poteris nil eẽt dolor illius spõsi. respectu illius doloris xpi ppter maculas sue spõse cuz diabolo fornicãtis ꝛ turpissimã spõso deo mẽtis faciem ostendentis.

Nona ratio ad idẽ. Capitulu z. III.

Ertia ratio est ꝓtritiõis. Duos alios aspectus habuit in mente ihs Primũ ad imaginẽ peccatoꝝ. secũdũ ad multitudinẽ eorũ. Et hoc duplici aspectu in mẽte sua tantũ dolebat de offensionibꝰ damnandorũ: ꝗtum erat peccatoꝝ multitudo. Proinde Hieremias Thren. ij. ait. Magna est velut mare contritio tua. Nam magnũ est i quãtitate. ꝛ multũ in guttaꝝ numerositate. Et si vniꝰ mortalis culpe tãta grauitas ẽ: quãta erit tũc omniũ sil̃? Ad ꝗlibet em̃ mortalem culpã dolor suus habuit respectu z singularẽ. Preterea cum ipse venerit gratie regni repator et culpa mortalis ꝗtum in se est totũ regnũ gratie delet. hic ẽ q; tm̃ quodlibet mortale horrere habuit et p eo dolere. ꝗtuz magnitudo ꝛ multitudo peccatoꝝ mortaliũ regnũ gratie delet. et cum ipe fm̃ suũ esse q̃si totaliter gr̃a videatur nõ em̃ ꝓceptus ẽ naturali ope ꝑ diuio spiramine. hic ẽ q; habuit horrere culpã sicut destructiuã totaliter sui esse. ꝛ sue intẽtiõis in assũpti one humane nature. Item cũ ipe venerit vt soluto: oiuz debitoꝝ nostroꝝ. ꝛ vt liberator aũ eternis penis. Jõo vt nos de oibus liberaret p qualibet mortali culpa tm̃ dolere habuit. q; dolorẽ diuine iusticie exolueret correspõdẽtẽ hoc siq̃dem req̃rebat diuine iusticie inflexibilis rectitudo ꝛ ipius redẽptoris in rõne satisfaciendu z integerrima plenitudo. vt sic nihil remaneret a diuina miscẽdia ac p hoc vtraq; honorarẽt in sua excellentia.

Articulus. IIII. premeptis. vbi etiam ponũt alie tres rõnes q̃re incomphẽsibiles fuerũt dolores ꝛ pene xpi

Decima ratio ad idem. Cap. I.

Prima ratio est ꝓpatiõis. Duos q̃ alios aspectus habuit in mẽte xps. Primũ ad gl̃iam beatoꝝ. secũdũ ad durabilitatẽ eoꝝ. Cũ ergo doluit dñs nr̃ ihs xps aspiciẽdo oñes q̃ ppter peccatũ exules erant a gl̃ia padisi: ꝗtuz erat bonũ regni gl̃ie quod amittebãt. ꝛ ꝗtum duratura erat talis eiꝰ pena quã incurrebãt. Proinde Ambro. ait Tristis erat ꝛ h̃ ppter p̃mũ. ꝛ tristis videbat et h̃ ppter scõm nõ. p sua passione ꝑ p nr̃a dispsiõe O inestimabilis amor xpi ꝓsidera cuz ꝗto affectu ppter nos inimicos suos sibi totis viribus repugnãtes sine sua vtilitate tot ꝛ talia toleranda currebat ad crucẽ Jdeo Luce. xij. ait Baptismo habeo baptisari. ꝛ quomodo coartor vsq; pficiatur.

Undecima ratio. Cap̃m. II.

Ecunda ratio ẽ obligationis. Alios q; duos aspectꝰ habuit xps filiꝰ dei. Primus erat ad supplicia damnatoꝝ. secũdus ad odiũ inter deũ ꝛ peccatores dãnãdos irreuocabiliter generatũ. qꝛ tm̃ in mẽte doluit p eternalit̃ cruciãdis. ꝗtũ erãt tormẽta q̃bus erãt eternalit̃ cruciãdi ꝛ ꝗtũ erat odiũ int̃ deuz ꝛ eos eternalit̃ generatũ. Hic Hieremias. iij. i psona dñi ait. In tenebrosis collocauit me. ecce p̃mũ: q̃si mortuos sempiternos ecce scõm.

Duodecima ratio. Cap̃. III.

Ertia ratio ẽ abbreuiationis. Alios i sup duos aspectus habuit in mẽte sua xps. Primũ ad meritũ sue sanctissime passionis. Scõm ad fructũ sue sanctissime crucis ppter qõ tm̃ in mente sua doluit q; non potuit impetuũ cruciari ꝗtum itelligebat se dolẽdo

mereri ⁊ ꝙtum cognoscebat suum meritum in fructu augmẽtari. Proinde dolendo p aliquẽ modum ꝙ non potuit eternaliter cruciari meruit apud patrẽ tanꝙ si fuisset eternaliter cruciatus. Ideo Esa. liij. ipe ait. Vere languores nostros ipe tulit: ⁊ dolores nostros ipe portauit: ergo vt acquireret nobis suam gloriã sempiternã in deo. deũ cõstituendo p voluntatez ⁊ desideriũ dilatabat totam vitã suã ad quoddam viuere infinitũ. ⁊ ad tolerãtiã infinite maneriei mortis cõmunicãdo se totum ad ꝙlibet ꝑdictarũ. xxitij rationũ: ⁊ ad obiectũ cuiuscũ ꝙ mortalis culpe vt suo eterno patri pfectius satisfacẽt cuiuscũ ꝙ peccatoris: vt nos pfectius cum deo pacificaret. ⁊ cuiuscũ ꝙ corone. vt nobis eaz pfectius fabricaret. sed ⁊ pater suus eternus suam dilatatã ⁊ infinitã voluntatẽ. ac si opere pfecisset plenissime acceptauit ad omne id ⁊ ad ꝙtum volũtas eius dilatabat. In his duodecim rationib⁹ duplicatis ꝑdict. clarescere potest ꝙ pro qualibet rõne crux christi tam imensi doloris fuit: vt p eam apud intellectum humanũ multiplicent pene infinitaruz manerierũ mortis. Tria autẽ obij possunt ꝙ mẽtalis crux christi nõ sic fuit imensi doloris. Primo obijcit ꝙ christus tam aperte et clare itelligebat ꝙlibet rõnes ꝓpter quas peccatores ineternũ piclitant multaꝙ alia a deo pmissa ꝓpter que mens eius sicut dictum est cruciabat: ꝙ non debebat mens illius a paterna voluntate in aliquo discordare Naz manifestum est ꝙ omnes celestes ciues volũtati diuine in omnib⁹ sunt ꝓformes. ℔ ⁊ christ⁹ viator ⁊ comprehẽsor erat. ex quo patet ꝙ ampli⁹ ꝙ ceteri beati diuine voluntati cõformis esse debebat. Ad quod dicendũ ꝙ volũtas xpi duo habuit obiecta. Primuz erat diuinitas dei. scõm erat sensualitas sui ℈m primũ obiectũ cõformabat beneplacito dei. attamẽ pars eius voluntatis q̃ ꝙuertebat ad sensualitatẽ illius: tristabatur ⁊ gaudebat amplius ⁊ minus ℈m sapientiam suam iuxta ꝓportionẽ obiectorũ ⁊ aspectuuz ad quos mens sua ꝙuertebat. Preterea etiaz dici potest ꝙ pater etern⁹ hoc volebat. videlicet ꝙ filius su⁹ doloꝛib⁹ repleret atꝙ doleret. quõ ⁊ ꝙtum ipe dolebat de his que in gloriã diuine iusticie vertebãt Nam inꝙtuz erat homo p doloꝛis patientiã merebat. Nam ipe nõ ob aliam causaz carnẽ nostrã assumpserat. nisi vt debita nostra solueret. merita nobis acquireret. ⁊ ꝑmia eterne glorie largiret. Secundo autẽ obijci põt ꝙ hmõi christi dolores de quibus dictũ exurgant. ⁊ multiplicent in pena infinitaz manerierũ mortis. Sed ⁊ christus nisi semel non poterat mori. ⁊ de necessitate sequit ꝓpter duodecim duplicatas rõnes predictas ꝙ ꝑdicti doloꝛes debebant eum in momẽto ⁊ subito interire. nec maiorem penam ꝙ mortez non poterat sustinere. Ad hoc dicendũ ẽ ꝙ homo ex doloꝛe mori nõ põt nisi doloꝛ cõmunicetur sensibus corporis: ⁊ eius ptibus sensitiuis Sed christus ita realiter ꝑdominabat inenarrabilib⁹ doloꝛib⁹ suis ꝙ nõ ꝑmittebat eos cõmunicare sensib⁹ sui corpis: nec pti alicui sensitiue. ita ꝙ ante tẽp⁹ ab eo ꝑordinatũ possent illum corpali vita ꝑuare. Erat nihilomin⁹ i potencijs anime christi ℣tus tanta atꝙ potestas et dominiũ liberi arbitrij tenendi omnes suas potẽtias fixas incõtinua adherẽtia omniũ supradictorũ aspectuum ⁊ obiectoꝛ: ꝙta requirebat rigoꝛ diuine iusticie ⁊ rectitudo ℣tutum mentis sue ⁊ reatus culpe ⁊ malicie nostre. Insup tertio dici põt ꝙ homo ex vario respectu sepe de eadem re letat ⁊ ꝓtristatur: sicut patet verbi gra de filio cuiusdaz rõnabilis patris sacram religionẽ intrante. Nam talis pater ℈m sensualitatẽ tristat ꝙ dilectus fili⁹ suus a se recedat ⁊ ab eo taliter sepereꝛ attamen virtuose letat. quia videt illum dicatũ seruitio dei Igitur si virtuosus pater ex eadẽ re dolere potest ⁊ gaudere. ⁊ sensibus sui corpis et ptibus sensitiuis ex diuerso respectu cõmunicare doloꝛẽ ⁊ gaudiũ. Sequit. Ergo ꝙ ex eadez re homo plus et minus gaudere potest. Quito ergo pl⁹ dominus ihs in ℣tutibus sũmis de eadem re poterat vario ex respectu amplius vel minus dolere atꝙ etiam in sũmo gaudere. Unde etiã ℈m Aug⁹. libro ꝺ spiritu ⁊ anima ait ꝙ anima dupliciter considerat. Uno modo vt anima. ⁊ sic habet relationẽ ad mẽbra que viuificat. ⁊ hoc christ⁹ patiebat. Alio modo cõsideraꝛ vt spũs. ⁊ sic fruebat nec dolebat. Tertio obijci potest vt in xp̃o homine ꝑcognitio humane salutis quã sequi ꝑuidebat ex sua morte et supne restauratiõe. s. ciuitatis ⁊ acceleratio resurrectionis. tertie diei. ⁊ acceptatio volũtatis paterne. necnõ honoꝛ ꝑdicãdus. in populo charitatis sue debuerũt minuere christi doloꝛez in eius mente. ⁊ sic nõ tam imense dolere. Ad qꝺ dicendũ ꝙ omnia ista debuerũt ei augere doloꝛem cũ em̃ hec omnia ex xp̃i doloꝛe debuit xp̃s assumere. ⁊ tantũ debuit sibi diuina sapiẽtia infundere quãtũ sufficiebat ad supradicta omnia acq̃renda. Preterea si non fuissent de sua morte tales gratie subsecute. nunꝙ voluisset nõ solũ tm̃ doloꝛẽ: ℈ etiã nihil doloꝛabile sustinere. Proinde ꝙto videbat vicini⁹ resurrectõez suã instare. tãto nouit ꝙ ꝑpassibilis vite tẽpoꝛe. ⁊ maxie passiõis illate ampliorẽ oportuit angustiã sustinere seu assumẽ vt posset illoꝛ doloꝛũ a diuina iusticia mẽsurã imẽsurabilẽ adimplere Et qz sic ex dictis circa ꝓncipiũ hui⁹ ℈mõis

patet. dolor in amore cōmensurabat: vt q̄tus est amor alicui⁹ tantus sit dolor de illi⁹ offensa ⁊ xp̄s vnione diuina inestimabilit deū amaret. hocipo in q̄tum passibilis erat habuit dolere. ita absq̄ mēsura amabat. vñ ad intelligendū causā hui⁹ imensurabilitatis imaḡnare: si eēt vn⁹ de⁹ infiniti doloris: sicut ē vn⁹ de⁹ infiniti amoris: ⁊ ille de⁹ vniret xp̄o scz psonali vniōe ⁊ sibi dolores infunderet cogita q̄tū doleret. Sic aliq̄liter videri p̄t quō dolores xp̄i inesti/mabiles extiterūt Verūtamē circa hoc aduertendū est ꝑm Alexan. d̄ halis in. iij. q̄ tria fuerunt in dño nr̄o ihu xp̄o scz corpus aīa ⁊ diuinitas. ꝑmo corpus qđ fuit passibile simplicit. Secundo aīa q̄ erat impassibilis simplicit: tñ erat passibilis ꝑm quid. vñ ꝑm Damas. aīa im passibilis exñs corpe inciso ipa ꝙdolet ⁊ cōpatit nō incisa Tertia diuinitas q̄ erat icōpassibilis ⁊ impassibilis. vñ Damas. Diuinitas incō passibilis exñs corpi xp̄i non ē cōpassa. sic̄ sole suplucēte i ligno si securis icidat lignū incisibilis ⁊ ipassibilis remanet sol. Insup ē notāduz q⁹ dia ē inter pati xp̄m: et pati nr̄m. Nam ꝑm Hyla. x. de trinitate. Et pati ex infirmitate: ⁊ ē pati ex ptāte: q̄ eñ patit ⁊ nō p̄t phibere passionē. patit ex infirmitate q̄ aūt phibere p̄ōt: patit ex ꝓtute. Vñ Damas. ait. Passus ē vnigenit⁹ de⁹ oēs icurrētes in se passionū nr̄aꝝ infirmitates. ꝺ passus ex virtute sue nature. sic̄ ⁊ ꝓtute nature nat⁹ ē. nr̄m autē pati ē ex infirmitate ꝺ Alexā. de hal. Proinde Esa. liij. ait de xp̄o ihu. Oblat⁹ ē q⁹ ipse voluit. Et ad Eph. v. 02. Tradidit semetip̄m p nob i oblationem ⁊ ppīa ait. Uolūtarie sacrificabo tibi. atq̄ illū querentib⁹ se obtulit dicēs ego sum.

Secūda ps principalis dñice passionis ꝺ humilitate excessiua et ꝙfusiōe passiōis xp̄i ostēsa ē p q̄ttuor causas principales ⁊ multiplices rōnes.

Secūda pars p̄ncipalis circa dñicam passionē ꝙtemplemur incōprehensibilē abyssū humilitatis: q⁹ sūma veritas de se p pphetā subiungit dicēs. Hūiliat⁹ sū nimis. q. dicat excessi in hūilitate. vñ Luc. ix. 02 q⁹ in trāsfiguratiōe dñi ihu apparuerūt Moyses et Helyas visi i maiestate ⁊ dicebant excessū eius quē cōpleturus erat i hierūm. q⁹ ibi cōplete ostēdit amorez excessiuū quē habebat ad nos: ꝓpter quē assūpsit ⁊ sustinuit non solū excessiuū dolorē ⁊ penā sic̄ p̄dictū ē. verūctiā excessiuā ignominiaz ⁊ ꝙfusionē sicut nūc dicturi sum⁹. Nā q⁹ sūm⁹ de⁹ tali morte dānatus sit abyssus fuit stupenda humilitatis. ꝺ ē eñ ille excessus ⁊ transgressio: de q̄b⁹ hūano generi p Hieremiā Thren. iij. dñs ait. Recordare paupertatis ⁊ trāsgressionis mee. q⁹ eoꝝ memoria stupore imēse dilectionis dei erga nos manifeste ingerit mēti. vt merito dicat hūiliat⁹ sū nimis. Tanta q̄ abyssus hūilitat⁹ aliq̄liter cōp̄hendi p̄t. si cōsideremus q̄druplicē causā dñice passionis. Primo causā a q̄. scdo causā ꝺ q̄. tertio causā ꝑm quā. q̄rto causā ad quā. Prima cā a q̄: ē cā efficiēs. scda cā de q̄: est cā materialis. tertia cā ꝑm quā ē cā formalis. q̄rta cā ad quā. ē cā finalis. Considerem⁹ q̄ ꝓmo circa dñicaz passionē causam efficiētē. scdo causā materialē. tertio causā formalē. q̄rto causā finalem. Et iuxta has q̄ttuor causas ꝑm q̄druplicē intellectū loquit xp̄s dicens hūiliat⁹ sū nimis. ⁊ in q̄libet arti. huius ij. p̄tis p̄t eē thema aliud ad loquēdū ꝺ abyssō hūilitatis passionis xp̄i ihu.

Articul⁹ prim⁹ scde p̄tis in q̄ septē rationib⁹ demōstrat magnitudo obprobrij mortis xp̄i ex respectu causē efficiētis.

Primo inq̄ dicit: hūiliatus sum nimis ppt causā efficientē. vt aliq̄liter aūt intelligas stupēdā abyssū hūilitatis passiōis xp̄i ꝙtēplare ei⁹ causā efficiētē q̄ fuit causa sue mortis. ⁊ in ea repies stupendā abyssū obprobriosissime mortis. ⁊ ꝺ septēplici respectu seu ex septēplici rōne. Primo rōne religionis. scdo ratione ꝓfectiōis. tertio rōne cognitiōis. q̄rto ratione vnionis. q̄nto rōne sollicitudinis. sexto rōne ingratitudinis. septimo rōne familiaris ꝙuersationis.

Prima ratio. Capitulū. I.

Primo inq̄ rōne religionis fuit mors xp̄i abyssus obprobriosissime hūilitatis. solū eñ iudaic⁹ ꝑs erat in toto orbe terrarū ꝺ cultu vnius dei atq̄ dei ꝑs apellatus. Magis eñ vituperiū ē a verū deū colentib⁹ q̄ ab idolatr⁹ ⁊ infidelib⁹ pati. ideo i ꝑsona dñi ait ppīa. Amici mei ⁊ p̄rimi mei adūsuz me appropinquerūt ⁊ steterunt. Ait eñ amici mei scz ppt cultū vni⁹ dei: ⁊ p̄rimi mei: q⁹ ex semine abrae aduersū me appropinquerunt. scz pse/quēdo ⁊ steterunt scz victores ꝓtra me. me vi delicet crudeliter occidendo.

Secda ratio. Caplm. II.

Secundo rōne p̄fectionis. Obprobriosius ē mala ppeti ab his qui religiosi ⁊ status pfecti et sancti estimantur: q̄ a secularibus ab ethnicis ⁊ publicanis. pharisei aūt religiosiozis ⁊ pfectiozis status estimabant in vniuerso populo dei. ⁊ maxime operē illoz mortu⁹ ē christus. Nam Job. xviij. Interrogante eos pylato atq̄ dicēte quā accusationē affertis aduersus hominē hunc: respōderunt ⁊ dixerunt ei. si nō esset hic malefactor nō

tibi tradidissemus eū. ꝗsi dicāt .hoc tibi sufficere debet ꝙ nos ꝙ sum⁹ tāte auctoritatis ⁊ estimationis cum tāta solēnitate euz tibi tradim⁹ dignissime morti damnandū tanꝯ reū. vt verificet qđ lamētabiliter Ozee. vij. dñs ait. Ego redemi eos ⁊ ipi ꝛ me locuti sunt mēdacia.

Tertia ratio. Capm. iii.

Tertio rōne cognitiōis: eādem ceteris paribꝫ ignominiosi ē obprobria pati ab intelligentibꝫ ⁊ peritis. ꝯ ab ignorantibꝫ ⁊ indoctis cuz doctoꝝ ⁊ peritoꝝ i malefactis detestatio ⁊ reprobatio fide dignior reputat .christ⁹ autē a doctoribꝫ legis ⁊ scribis voluit reprobari ⁊ cōdemnari vt sz fundaret fidem passionis sue in ꝟtute fidei atꝯ reprobaret sapiētiā huius mūdi. Proinde de talibus doctoribus ⁊ scribis ignorātibus sapiētiā dei ps̄ ait Turbati sunt ⁊ moti sūt sic ebrius sz tē pore passionis ihu xpi: ⁊ oīs sapientia eoꝝ deuorata est sz ab inuidia ⁊ feruore. Sed sic j Cor. j. apostol⁹ testat .ꝙ stultū est dei. s. ignominia mortis xpi: sapētius ē hominib⁹. ⁊ paulo ante inquit. Perdā sapiētiā sapientiū. ⁊ prudentiam prudētiū reprobabo. p formatā fidē ⁊ mysterium crucis.

Quarta ratio. Cap̄. iiii.

Quarto rōne ꝓcordie ⁊ vnionis. Ignominiosis est ꝗdem ꝓcord. ter a toto populo crucifigi. ꝯ si solū a ꝗbusdam cū discordia plurimoꝝ cum neꝯcia delinquentis causa sit ⁊ videat ab omnib⁹ manifesta ⁊ clara ꝙ nulla possit tergiuersatiōe celari vel excusari ⁊ defensari. In xpi ꝗdem necem ꝓsenserunt id ē. cōcurrerūt mares ⁊ femie. Mares ꝗdem sz iudei ⁊ gentiles: ⁊ ex vtriusꝯ maiores ⁊ minores docti atꝯ ignari religiosi ⁊ seculares Primo eñ fuerūt domestici. id ē. affines vt iudas ⁊ iudei. vnde Zach̄. xiij. in ꝑsona dñi ait. His plagatus sū in domo eoꝝ. ꝙ me diligebāt id ē. ꝙ me diligere debebāt. Secūdo fuerūt ibi extranei. id ē. gētiles ⁊ milites romani. ideo in ꝑsona dñi ꝓpheta ait. Quoniā alieni insurrexerūt aduersū me. ⁊ fortes exquisierūt aiam meā. et non ꝓposuerūt deū in ꝓspectu suo. Et iterum ait alibi. Quare fremuerūt gentes ⁊c. Tertio fuerūt ibi nobiles ⁊ magnates id ē. Herodes ⁊ Pylat⁹. vnde ps̄. Astiterūt reges terre ⁊ pncipes ꝙenerūt in vnū aduersus dominū ⁊ aduersus xpm eius. Quarto fuerūt ibi fui ⁊ ignobiles. vnde Job. iij. in ꝑsona domini ait. Filij stultoꝝ ⁊ ignobiliū ⁊ in terra penitus nō pentes nūc autez in eoꝝ canticū versus sum ⁊ fact⁹ sum eis ꝓuerbiū. Multo fuerūt ibidē pōtifices scribe ⁊ pharisei. vñ Joh. ait. xj. Collegerunt pōtifices ⁊ pharisei ꝓsiliū aduersus ihm. Sexto ibidē seculares ⁊ laici vñ Joh. xix. dr. tolle tolle crucifige eū Verba autē erāt turbe ⁊ populi minoris. Septimo ibidē fuerūt mulieres sicut patet in accusātibus petr̄ vt ptz Mat. xvj. hi oēs corde ore ⁊ ope ꝓtra xpm maligni cōminati sunt.

Quinta ratio. Cap̄. v.

Quinto rōne sollicitudinis ⁊ importunitatis. qñ eñ ꝗdā sceles⁹ homo morti adiudicat. quanto ab oībus maiori sollicitudine tradit⁹ morti: tāto illū extitisse nequiorē vite ⁊ grauiori scelera ꝑpetrasse indicium ē ac periculosius esse videt mortē ei⁹ differre. Contemplare igit mens deuota ꝙ dñs ihs xps p̄mo media nocte captus ē. delusus ⁊ verberat⁹ impetuoso furore ad domū anne deductus est. ⁊ ibi examinat⁹ a ministro impio comꝑebēsus ⁊ alapa ꝑcussus fuit. Secōdo eadez rabie furibūda ad domuz cayphe deductus ē ibiꝯ fuit illusus. vultu velat⁹. faciexꝯ cōsput⁹ atꝯ morti adiudicat⁹. Tertio a domo cayphe ad domū pylati eodem impetuoso furore crudelit traxerūt eū vbi fuit accusatus ⁊ multipliciter diffamat⁹. ⁊ a pylato diuersimode q/stionatus. Quarto eadē rabie furibunda ⁊ crudelib⁹ modis attractus fuit a domo pylati ad domuz herodis. ibi extitit veste alba indutus atꝯ ludibrioso habitu vel⁹ stult⁹ Quinto eisdē crudelib⁹ modis ab herode ad pylatū remissus ē ibi post multas exanimis ꝓflictōes extitit denudat⁹ ⁊ flagellat⁹ ⁊ in regali solio derisorie ꝓstitutus. spinis attrocissime coronat⁹. ⁊ arūdine caput eius ꝑcussum. Sexto iā sic multipliciter cruciat⁹ ⁊ coronatus ꝑplo ē ꝑsentatus atꝯ crucifigi a ꝑplo acclamat⁹ ⁊ tādē crucifigi ꝑ pylatū est iudicat⁹. Septimo tādez ebrio furore ad caluarie montē deducētes euz crucifixerūt ⁊ occiderūt Cōsidera ergo mens deuota quanta sollicitudine et importunitate imo quāto impetuoso furore illū nocte media capiētes. ⁊ hincinde veluti ludibrii pilā circūrotātes. añ matutinū vt eū capent: post matutinū vt eū occiderēt nō dormiētes: vsꝯquo illud ꝑficerēt. infatigabiles extiterūt vt vix euz p diē mediū naturalē viuere passi sūt. Ex qb⁹ euidēs ē ꝙ ex ebrio furore ꝑplī xps crucifixus est. Vñ Mat. xxvij. dr ꝙ ꝑplus clamabat crucifigat. Sequitur. Videns aūt Pylat⁹ ꝙ nihil ꝑficeret sz ad liberandū cum ꝓpter furorem ꝑplī: lauit man⁹ suas ⁊ tradidit eis ihm vt crucifigeret. vñ Prouer. xxvij. Ira nō hz miseri cordiam nec erumpens furor.

Sexta ratio adidē. Cap̄. vi.

Sexto rōne ingratitudinis: cū eñ multitudo populi. cum habentib⁹ cultum

religionis ⁊ peritiaz legis. multa beneficia ab vno susceperit atq; post illa beneficia illi in fimo ingratus reperiet. ⁊ si iudiciū sit q; popul⁹ ille efficiat ingratitudine plenus. non tamē est absq; argumēto impietatis adūsus beneficiū. sta q; in eo finaliter repta sit iniquitas talis et tanta. q; pponderāda sit beneficijs ante factis imo q; a viris magne vite sciētie atq; fame pri ora beneficia iuste debeāt obliuioni tradi. Sic cōtigit benefico christo. Nam antiquit⁹ cū iu/ daicū populuz sibi peculiarē constituisset. ab egypti ergastulo ⁊ a seruitute pharaonica libe/ rauit sicco pede p mare rubrum trāsduxit mā/ na celico in deserto annis. xl. pauit. legem de/ dit. ⁊ vt tueret eos in columna nubis in die et ignis in nocte illos pcessit. hostes eoz prostra/ uit. terram optimā eis dedit pphetas eis mi/ sit. demū q; ad oiuz cōplementuz ipe carnē de genere eoz assumens liberator ⁊ saluator eorū venit. Beniq; post admirandā eius puersati/ onem. post pdicationis instructionē ⁊ illumi/ nationē. de monuz expulsionē: leprosoz atq; omniū infirmitatū curationē: post mortuoruz suscitationē regni celoz declarationē. atq; sa/ cramentoz institutionē: man⁹ in eū sacrilegas iniecerūt. flagellauerūt. ⁊ tandē sicut maximū malefactorē inter latrones in crucis patibulo crucifixerūt suspenderūt ⁊ occiderūt. Proin/ de pphet̄a in psona dñi lamētabiliter ait. Re tribuebāt mihi mala p bonis: sterilitatem ani me mee. Et iterū alibi ait. Posuerūt aduersuz me mala p bonis ⁊ odium p dilectiōe mea Et iterū alibi idem ait. Qui retribuūt mala p bo/ nis detrahebāt mihi quoniā sequebar bonita tem Et Hiere. xviij. etiā in psona dñi ait Nū/ quid redditur p bono malū: q; foderūt foueam id ē. pditionē aie mee. recordare: q; steterim i pspectu tuo vt loquerer p eis bonū. ⁊ auerte/ rem indignationē tuā ab eis.

Septima ratio. Cap'lm. vii.

Septimo rōne familiaritat̄. Grauius em ⁊ ignominiosi⁹ est pati a domestic/ ⁊ ab amicis. q; ab extraneis ignotis ⁊ inimicis. Audi q̄d de xpo pphete dicant ⁊ cō sidera. Primo quid de iuda pphet̄a in psona domini ait. Etenī homo pacis mee in quo spe raui q; edebat panes meos magnificauit super me supplantationē. Secūdo de reliquis aplis relinquētib⁹ eū. Esa. lxiij. in psona domini ait Torcular ego calcaui solus et de gentib⁹ nō ē vir mecū. Et iterū ps. ait. Elongasti scz pmissi ue. o pater eterne. a me amicū ⁊ pximuz: ⁊ no tos meos a miseria. Et iterū Thren. iij. admi ranter inquit. Quomodo dispersi sūt lapides sanctuarij. id ē. apostoli et discipuli. Et Job. xix. Noti mei quasi alieni recesserūt a me. Ter tio generaliter o omnib⁹ in q̄bus etiā domin⁹ miracula fecit. Dan. ix. dicit Occidet christ⁹ ⁊ non erit ei popul⁹. Et iteruz pphet̄a inquit Cōsiderabam ad dexteram ⁊ videbam ⁊ non erat qui cognosceret me. nō autez dixit ad sini/ stram: quia ibi erat beata ygo p peccatorib⁹ orans sm Alexan. de halis super psalteriū ex ponentem hunc versum.

Articulus. ii. secūde partis o septē aliis rationib⁹ in quib⁹ aperit magni tudo obprobrij mortis christi respe/ ctu cause materialis.

Secūdo etiā ait. Humiliat⁹ sum nimis scz p causā materialē. vt etiā itelligas aliq̄liter stupendā abyssum hūilitatis passiōis xpi. Cōtēplare etiā causā materialē q̄ stupēdo mō aggrauat vituperiū ei⁹. ⁊ h̄ maxi me ex alia septēplici rōne. Primo rōne nobi/ lis nature. secūdo rōne forme. tertio rōne sapien/ tie. q̄rto rōne gr̄e. q̄nto rōne fame. sexto ratiōe sequele. septimo rōne glorie.

Prima ratio. Cap'lm. i.

Primo obprobriosissima fuit mors xpi rōne nobilitatis nature. Q;to em̄ ho/ mo nobilior ē: tāto ignominiosa mors sibi illata vituperabilior atq; obprobriosior re/ putat̄. sicut pz in rege. sic pting it in xpo q; cū eēt magn⁹ i natura fact⁹ vilissim⁹ i ignominia. Proinde Apoc. ij. Joh. ait. Hec dicit pmus ⁊ nouissimus q; fuit mortuus et viuit: nouissi/ mus p pstemptuz abiectionē ⁊ obprobriū ho/ minū voluit christ⁹: q; tantas cōtumelias ⁊ ter rores i morte sua ab hominib⁹ ppeti voluit vt sicut peccatoz nephari⁹ in medio latronū qua si maior inter eos mori dignatus est: adauget autē abiectionis ei⁹ vilitatē atq; pfusionis im mensitatē altitudo psone ⁊ dignitatis sue cum cū eēt filius dei. primus indignitate cuz sit co equalis eterno patri tanto: pstumelia ⁊ obpro/ bria q; pstulit ignominiosiora merito extiterūt. quāto dignitas erat in eo maior. Si quis ergo pfusiones patī non egre ferat. cū null⁹ maior nihil mai⁹ filio dei. s nec abiectiora ppeti pos/ set. Vis audire etiaz nobilitatē sue nature. au/ di Esaiā qui. liij. ca. obstupēdo ait. Generatio nē eius q̄s enarrabit: q; abscisus est a terra vi/ uentiū. Ait em̄ generationē eius scz eternam q̄ sm Hieron⁹. erat de patre sine mr̄e et tpalem qua erat de matre sine patre q̄s enarrabit. naz eius generatio eternalis a nullo cōprehēdi pt vnde Eccl. xliij. in fine. Ne laboretis. non em̄ cōprehēdetis. quis videbit eū ⁊ enarrabit: et q̄s magnificabit euz sicut est a pncipio: nobili tas aūt ⁊ generatio ei⁹ corpalis ac tpalis quā scz traxit a virgine matre sup omnes reges du-

tes ⁊ imperatores fuit etiã ſm carnẽ. ſicut aperte oſtendit Matth. j. vbi pſpicaciter iuuenti aparebit in q̃dragintaduob⁹ generationibus geneologie ei⁹ deſcẽdiſſe de. xiiij. patriarchis et. xiiij. regib⁹ ⁊. xiiij. ducibus ſm carnẽ: ſicut pleni⁹ in q̃drageſimale ō xp̃iana religione. ſermone. lxj. arti. j. c. j. mõſtratũ eſt. Et de obprobriosa morte eius Eſa. ppheta ſubtũgit dicẽs q̃ abſciſus eſt de terra viuentiuz. ſcz p tã ignominioſã mortẽ q̃ta eſt ſublimis natura nobilitatis eius tam ſm diuinitatẽ q̃ ſm hũanitatẽ Ex quo patet q̃ xp̃s gl̃a angelo⁹ factus ẽ ludibriũ peccato⁹: altus in dignitate infimus in vilitate. ſublimis in gl̃a abiectus i ignominia Jõo ad Phil. ij. apoſtol⁹ ait. Qui cũ in forma dei eſſet nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo. ſed ſemetip̃m exinaniuit formã ſerui accipiens. i ſimilitudinẽ hominũ factus ⁊ habitu inuẽtus vt homo: humiliauit ſemetip̃m factus obediens vſq; ad mortẽ: mortẽ aũt crucis Decrito Berñ. ait q̃to ſe fecit minorẽ humilitate. tanto ſe oſtẽdit maiorẽ bonitate. ⁊ quanto fuit eis vilior tanto eſt mihi charior.

Secũda ratio. Capl̃m. ij.

Secundo ratione forme. quãto eñ res formoſior eſt tanto deformitas ei⁹ magis ſtupẽda atq; deformis aparet Sicut patet in facie homis in qua deformitas maiorẽ q̃ in ceteris mẽbris corporis. Quãta autem ſpecioſitas fuit in chriſto. ppheta oſtẽdit dicens. Speciosus forma p̃ filijs hominũ: forma inq̃t. id eſt. luce candore et habitu. Primo luce. vnde Eccli. xliij. ait. Sũdũ illuminans in excelſis domin⁹. ſecũdo candore. Proinde dicit Sapien̄. vij. Candor eſt lucis eterne. tertio habitu. vnde Eſa. lxiij. dicit. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiẽs in multitudine virtutis ſue. Et iterũ Job. xl. ait. Circũda tibi decorez ⁊ in ſublime erigere. Et addit ppheta dicens Pre filijs hominũ. q̃ ſcz de pulchritudine ei⁹ acceperũt omnes. cum ipe ſit ſpeciei generator Ut dicit Sapien̄. xiij. Vbi loquẽs de creaturis ſic ait. q̃ ſi ſpecie delectati deos putauerũt ſciãt quãto his dominator eorũ ſpecioſior eſt. et poſſet h̃ ppheta dicere ſpecioſus forma pre angelis dei: quia etiam angelis dei ſpecioſior eſt. Sed quia cõmendat chriſtũ hominẽ: ideo melius inquit i p̃s. Pre filijs hominũ. Signũ quidez pulchritudinis ſue etiam ſuy angelos eſt q̃ in eum pſpicere deſiderant angeli: vt dicitur. j. Pet. j. Eſt eñ pulcher ſm diuinitatez ⁊ ſm humanitatẽ. Proinde Can̄. v. Salomõ ait. Dilectus meus cãdidus ⁊ rubicũdus. Cãdidus q̃tum ad mundiciã humanitatis: et rubicundus q̃tum ad ſplendorem diuinitatis Et cõtra Salomon ait. Caput ei⁹ aurũ optimũ. per caput eius diuinitas denotat: quia caput chriſti de⁹. ſicut apoſtol⁹. j. Cor. xj. inq̃t. hãc duplicẽ pulchritudinẽ in tranſfiguratiõe mõſtrabat chriſt⁹ ſicut Matth. xvij. patet vnde dicit ibi. Reſplẽduit facies eius ſicut ſol. ⁊ veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Per faciem diuinitas deſignatur. Sicut Exo. xxxiij Moyſi domin⁹ ait. Faciem meã videre nõ poteris. p veſtimẽta aũt humanitas deſignatur qz Phil. ij. teſtat̃ apoſtol⁹ dicens habitu inuẽtus vt homo. Quanta autẽ fuerit deformitas eius i paſſione in pſona omniũ ppheta⁹ oſtẽdit Eſa. liij. ca. dicens. Non eſt ſpecies ei neq; decor. ſpecies dicit elegantiã ⁊ debitã mẽſuratiõnem membro⁹. quã nõ habuit chriſt⁹ i cruce ꝓpter nimiam membrorũ extenſionẽ. vnde ppha ait. Dinumerauerũt eñ oñia oſſa mea. Decor dicit cõuenientiã coloris ⁊ aliorũ adiacentiũ: hunc etiã nunc habuit chriſtus in cruce ꝓpter penam doloꝛem ⁊ ignominiã paſſionis habuit eñ ceruicẽ hyſpidã p ſpineam coronam. faciem tumidam ⁊ pollutam ꝓpter lachrimas atq; ſputa. carnem liuidã ꝓpter colaphos alapas et flagella. vniuerſam corpis fabricã cruẽtatã ſãguine. q̃ vulnerat⁹ eſt ꝓpter iniquitates noſtros. Sicut Eſaias vbi ſupra i inquit. Et quia chriſt⁹ ante paſſionẽ habebat aſpectum ⁊ pſentiam maieſtatis dignitatis p ſperitatis ⁊ poteſtatis ⁊ in paſſione fuerũt abſcondita. Ideo Eſaias ſubdit dicens. Et vidimus eum ſcz nudatuz in cruce ⁊ non erat aſpectus. ſcz magnificus ſicut ante. Ecce abſcõſio maieſtatis: ⁊ deſideraui⁹ eum ſcilicet deſpectum a iudeis. ⁊ nouiſſimũ viro⁹. id ẽ. viliſſimũ ꝓpter gen⁹ mortis. ecce abſconſio dignitatis: virum doloꝛũ. id eſt. doloꝛibus plenum ſicut ex p̃cedentibus patet ⁊ hoc cõtra pſperitatem. ⁊ ſcientẽ infirmitatẽ ſcz p experientiam nõ tñ ſpeculatiue ⁊ hoc ꝓtra poteſtatẽ. Et tãdem Eſa. ſubdit. Et nos putauim⁹ eum quaſi leproſum. id eſt. vilem ⁊ abominabilẽ tanq̃ leproſum. ꝓpter vilitatez aſpectus eius atq; deformitatem eius. Et iterũ p̃s. xxj. in pſona domini ait. Ego autẽ ſum vermis ⁊ nõ homo. id eſt. ita ſum vilipenſus ⁊ conculcatus velut nõ homo ſed vt vermis: obprobriũ hominũ ⁊ abiectio plebis. Eſt eñ obprobriũ quãdo aliq̃d turpe imputatur homini. vt cuz Job. xviij. diceba⁹ cõtra chriſtũ tu homo cum ſis facis teipſum deum. ⁊ ſic ſb̄ hoc titulo fecerũt eũ obprobriũ hominũ. ſcz peccato⁹. Et addit abiectio plebis ſcz iudeo⁹ quãdo eo abiecto Barrabã petierũt. vñ Luc. xxiij. dixerũt. Tolle hunc ⁊ dimitte nobis Barrabã.

Tertia ratio. Capitulũ. iij.

Tertio rōne sapientie. quāto em̄ homo sapientior reputat̄: tanto mors obprobriosa ignominiosior est. sed christ⁹ cū esset sapientia de patris non tm̄ a iustis et ab illuminatis sapiens putabat̄. verūetiaz ab ignorantib⁹ ⁊ indoctis. Unde Joh. vij. Ministri pontificū iudeorū ⁊ phariseorū ad christū capiendū missi redeuntes interrogati sūt quare non adduxistis istum? respoderunt ministri nunq̄ sic locut⁹ est homo sicut: homo hic loq̄tur quasi dicāt. admirabilis gratia et efficatia verboꝝ eius mētes nostras stupefecit et miro modo detinuit ne capemus eum. Ex qua quidem responsione videt̄ q̄ ministri vim faciant tam instupēdo ⁊ efficacissimo modo loquendi ip̄ius christi q̄ in rebus ab eo dictis. Et in eodem capl̄o Joh. ait. Ascendit ih̄s in templum ⁊ docebat ⁊ mirabant̄ iudei ꝓpter rem insolitam. credebant em̄ eum esse filiuz Joseph. ⁊ ꝑ cōsequens in manuali ope occupatum. Sciebant em̄ eum non fuisse in studio exercitatuz. ⁊ tamen videbant illum excellentissime docentem leges ⁊ ꝓphetarum testimonia ꝓferentez ideo admirabant̄ dicētes. Quomodo litteras scit cuz non didicerit eas q̄s litteras videmus scire? Tanta em̄ s̄m Chris. erat virtus docētis. vt q̄ dixerāt seducit turbas trāsmutati mirētur. Respōdit eis ih̄s ⁊ dixit. Mea doctrina nō est mea: sed ei⁹ qui me misit Quasi dicat Ista doctrina que ē mea approbatiue ⁊ subiectiue non est mea ꝑ exercitiū humane acq̄sitionis. sed data est mihi a patre. quia fili⁹ dei s̄m naturā diuinā lz habeat eandē scientiā cū christo patre. tamē habet illā ab eo s̄m naturā humanā. habet aliā sciētiā creatā nō tamē habet illā acquisitā. sed ab instanti cōceptionis infusam. Cuz igit̄ tanta sapientia p̄fulgeret. tamen scribe ⁊ pharisei in vita ⁊ in morte diffamauerunt eū. Primo in vita de insipiētia naturali. secūdo de insipiētia accidētali. tertio de insipientia spūali ⁊ diuinali. Primo ī sapiētia naturali. vnde Joh. x. dicebāt. Insanit q̄d euz auditis. Et iteꝝ Marc̄. iij. dixerūt: quoniā ī furorē versus est. Secūdo diffamauerūt eū de insipiētia accidētali ⁊ litterali. Nā cuz Joh. vij sicut dictuz est dicerēt quō lr̄as scit cum nō didicerit? satis elici p̄t q̄ talis admiratio partim ex susceptiōe. ⁊ partim ex despectione atq̄ ex mala interp̄tatione d̄ heresi ꝓcedebat qd̄ apertius ostēdebat Matth. vlt. dicens: q̄ ex hoc scādalisabant̄ in eo. Tertio diffamauerūt euz de insipientia spūali ac diuinali illam hereticā reputātes. sicut Joh. viij samaritanū eū dicebant scz in diuino cultu hereticū. Secūdo in fine vite eū de sūma stulticia que est vltima infamia ⁊ blasphemia cōtra deū illū infamauerūt ⁊ ꝯdemnauerunt Unde Matth. xxvj. constitutus coram caypha p̄ncipe sacerdotū iterrogante atq̄ dicente: adiuro te ꝑ deum viuū: vt dicas nobis si tu es xp̄s filius dei. Dixitq̄ illi ih̄s. Tu dixisti. Verūtamen dico vobis āmodo videbitis filiū homīs sedentē a dextris virtutis dei ⁊ venientē in nubib⁹ celi. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens Blasphemauit: quid adhuc egem⁹ testib⁹? ecce nūc audistis blasphemiā: quid vobis videtur? At illi respōdētes dixerūt. reus est mort. Ex hoc em̄ illū tanq̄ sūme stultum crucis patibulo affixerūt ⁊ cōfusione vltima euz occiderunt. vnde Prouerb. iij. Salomō in ꝑsona domini ait. Stultissimus sum viroꝝ scz estimatione istoꝝ: ⁊ sapientia hoīm non est mecū. non didici sap: ētiā scz ꝑ acq̄sitionē: ⁊ noui scientiā sanctoꝝ. Et iterū ꝓpheta ait. Deus tu scis insipientiā meā. id ē. q̄ quasi insipiēs patior. nā non īmerito reputat̄ stultus mercator qui pro vili re laborat ad mortem: ⁊ p̄cium magnū expendit ꝓvilissima merce. Sed tu deus scis insipientiā hanc meā. qz quod stultū est dei sapientius est hoībus. j. Cor. ix.

Quarta ratio ad idē. Cap̄. iiii.

Quarto rōne gratie seu potentie scz miracula opandi. miracula em̄ q̄ fecit deus in mortali carne fide dignū efficacissimū atq̄ sufficientissimū testimoniū ꝑhibebāt veritatis ⁊ humanitatis sue. sicut ip̄e Joh. v. testat̄ dicēs. Opa que dedit mihi pater vt faciam ip̄a testimoniū ꝑhibent de me. scz q̄ sim deus ⁊ homo De miraculis. Cōsidera ergo d̄ xp̄i miraculis tria. Primo sufficiētiā. scd̄o ꝯdecentiā. tertio potentiā.

Primo nota miraculorum christi sufficientiam.

Primo ꝯsidera sufficientiā miraculorū nam fuerūt sue diuinitatis testimoniū sufficiens ⁊ fide dignuz: ⁊ hoc maxime ꝓpter tria. Primo ꝓpter speciē operꝝ. secūdo ꝓpter modū tertio v̄o ꝓpter documētū Primo vero ꝓpter speciē operū: qz trāscendebāt omnē ptātez create nature. ꝓpterea non poterāt fieri nisi diuina v̄tute. vñ Joh. ix. cec⁹ ait. A seculo nō ē auditū: qz aperuit aliq̄s oculos ceci nati. nisi hic esset a deo: non poterat facere quicq̄ Scd̄o ꝓpter modū: qz ꝓpria v̄tute miracula fecit. vñ Luc̄. vj. d̄r. Virtus de illo exibat ⁊ sanabat om̄es. Et sup illd̄ Mat. viij. et eū ciebat spūs v̄bo ⁊ male habentes curabat. Chrys. ait Intēde q̄tā multitudinē curatam mōstrāt euāgeliste. vnūquēq̄ curatū nō enarrātes: s̄ vno v̄bo pelag⁹ ineffabile miracl̄oꝝ inducētes. vt ex h̄ ostendēt̄ q̄ habebat deo p̄ri

coequalē ꝓtutem. Juxta illud Joh. v. Quecūq; pater facit: hec ⁊ filius facit. Tertio ꝓpt̄ documentū. id ē. ꝓpter doctrinā qua se deum et dei filiū asserebat que nisi vera fuisset neq; ei diuina ꝓtus astitisset in miraculoꝝ patratione. ⁊ hec est oiuꝫ ratio fortior. nā impossibile est tam scelesti mēdatio q̄tum cūq; istud si non foret verū. ipm deū ferre testimoniū p opa infite ꝓtutis q̄ sunt miracula vera.

Secūdo nota miraculoꝝ condecentia ⁊ quare miracula fiunt.

Secundo cōsidera in miraculis christi cōdecentiā. Condecēs eñ fuit christo talia miracula facē. Propter duo eñ concedit diuinit⁹ homini miracula facē. Primo ad ꝓfirmandaꝫ doctrinam veram. naꝫ que fidei sunt humanaꝫ rōnez excedunt: ⁊ non possunt de facili simplicib⁹ ratione ꝓbari. Oportet ergo vt ꝓbent̄ per opa ꝓtutis dei: vt dum aliquis facit opera que solus de⁹ facere potest que sunt miracula credunt̄ a deo ꝓcedere que dicunt̄: quēadmodum littere sigillate regis sigillo ex volūtate regis manare credunt̄. Proinde xp̄s miracula fecit q̄ fuerunt quasi sigilla dei in q̄bus se deum esse ꝓbauit. Et ꝓ aliquo modo diminuant fidei meritum in q̄tuꝫ p hec auditoris demonstrat̄ duricia tamē melius ē eis q̄ p miracula cōuertant̄ q̄ q̄ sine eis i infidelitate sua ꝓmaneant. Ideo. j. Cor. xj. dicit̄ Signa infidelibus data sunt. scꝫ vt cōuertant̄ ad fidem. Secūdo autē fiunt miracula ad ostendū in homie dei dei potentiaꝫ. vt scꝫ dum homo facit opera soli deo possibilia credat̄ deus p gratiam habitare in eo. vñ dicit̄ ad Gal. iij. Qui tribuit nobis spiritū ⁊ opatur i nobis virtutes. Utrū q̄ autez circa ihm erat manifestandum scilicet q̄ p grām deus esset in eo nō quidez adoptionis: sed psonalis vnionis et q̄ eius supnaturalis doctrina et pfectiō is ꝓsilia a deo esse demonstrarent̄.

Tertio nota miraculoꝝ christi potentiam.

Tertio cōsidera in miraculis christi potentiā. nam miracula fecit. Primo in angelicis spiritibus. secūdo in corporibus celestib⁹. tertio in hominib⁹. quarto i creaturis irrationabilib⁹. Primo in q̄ in angelicis spiritibus. quia eñ effectus redēptionis christi atq; doctrine sue erat nos eripe a diabolica potestate. et angelis gl̄ie sociare. Ideo voluit demones a corpibus humanis sue potestatis imperio euellere et expellere iuxta illud Joh. xij. Nunc ꝑnceps hui⁹ mundi ejicietur foras. ⁊ ſctos angelos deuotis facere apparere. Juxta illud Colloceñ. j. Pacificās p sāguinē cruc eis eius que in celis ⁊ in terris sunt. Secūdo i corporib⁹ celestib⁹ decuit p ihm miracula fieri mutatio eñ corpoꝝ istoꝝ inferioꝝ multi cauſis ꝓtingere potest. Sed cursus celestiū solus deus mutuare potest. Ideo ad suam humanitatem ꝓbandam maxime ꝓueniens fuit in eis miracula opari Et hoc ē q̄ dionysius dicit ad Policarpū. cognoscere optet nō aliter aliq̄ posse puerti aliq̄d celestis ordinationis et motus: nisi ad hoc causam habet motorē qui fecit oīa ⁊ mutat ꝓm suū sermonē. Tunc eñ maxime ꝓueniens fuit eius diuinitatis potentiam habere testimoniū a celesti natura. quādo ei⁹ infirmitas monstrabat̄ in terra. qđ q̄dem erat dum paruulus erat vagiens in p̄sepio. Et maxime quādo mortuus fuit in crucis patibulo. Proinde vtroq; tēpore ihu despectu in terris astra ꝓhibent testimoniū in celis. Tertio in hominib⁹ fecit miracula: cecos illumiauit. surdos fecit audire. et mutos fecit loqui: sanauit lunaticos. liberauit claudos. mundauit leprosos. curauit ydropicos. solidauit paliticos. expulit febres. eleuauit curuos. extendit contractos. purgauit sāguifluos. ⁊ mortuos suscitauit. Proinde Matth. vj. dicit̄ q̄ q̄cūq; itroibat aut in vicos aut in villas aut in ciuitates i platcis ponebāt infirmos ⁊ deprecabant̄ euꝫ. vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. et q̄tquot eum tangebant salui fiebant. Quarto fecit miracula in creaturis irrationabilibus Primo in piscib⁹ scꝫ in copiosa captura eorū. sicut legit̄ Luc. v. ⁊ Joh. vlt̄. capitalis. Et i pisce quē cepit Petr⁹ in cui⁹ ore staterē reperit. Secō in plātis cuꝫ ad verbū eius ficulnea aruit. Mar. xxj. Tertio i aere ⁊ in aq̄. nam vt legit̄ Mat. viij. Imperauit ventis ⁊ mari ⁊ facta ē tranq̄llitas magna. Quarto etiam tpe passionis ei⁹ scissū est velū tēpli ad ostēdendū reserationē legis. apta sūt monumenta. vt mystice denotet̄ q̄ p ei⁹ mortē daret̄ mortuis vita. terra mota est ⁊ lapides scissi: vt denotet̄ q̄ lapidea hoim corda p ei⁹ passionē deberēt scindi: ⁊ q̄ iste mūdus debet ad bonū passiōis ihu morientis virtute moueri. Ex his patet christi gratia ⁊ potestas miraculosa opādi: que q̄to apparuit maior: tanta obprobriosa mors crucis christi fuit ei ad maiorem ꝓfusionē: ⁊ quodam modo ad negationem q̄ p̄dicta miracula non fuerunt vera. Ideo Matth. vij. dicebāt. Alios saluos fecit. seip̄m autē non potest saluū facere. Hec siquidez que de christi miraculis dicta sūt poterit discretus predicator suo modo abbreuiari. licz pro dignitate dominī nostri ie su christi lacius dicta sunt. ⁊ sic i similibus obseruandū est.

Quinta ratio. Cap. v.

Quinto rone fame. quato em famosior ē. tato mors ei⁹ magis obprobriosa infamis atq; obprobriosior ē atq; ignominiosior reputaf. Quinta aūt fama diffusa fuerat d xpo ante passionē suā: tū ex multitudine miraculoz tū ex efficaci doctrina eloquioz suoz: tum ex admirāda quersatōe vt ex euāgelistis ptz. Nā Luc. iiij. cū a magnis febrib⁹ sanasset symonis socrū facta die egressus ihs ibat i desertū locū z turbe requirebāt eū z detinebāt illū ne discederet ab eis. Joh. q̄z. iiij. samaritanitam ppter samaritane vba. q̄z ppter symones ei⁹ credidērūt ei. Ex hac etiā fama secute sūt ihm turbe. i. q̄nq; milia virozū exceptis puulis z mulieribus. vñ Matth. x. Mar. vj. Luc. ix. z Joh. vj. quos siādē pascens ex q̄nq; panibus orde aceis z duobus piscib⁹ fama ei⁹ magis creuit. Dilatata est eti fama cū pauisset quasi quattuoz milia hoiuz ex septē panib⁹ triticeis et ex piscibus paucis. vt dicit Marci. viij. et Mat. xv. Insup in resurrectiōe filij vidue extra portā ciuitatis nayn existentib⁹ turbis fama ei⁹ circūquaq; diuulgabaf dicēte populo ppheta magnus surrexit in nobis. In resurrectione q̄z Lazari quatriduani turba etiā multa assistebat: illud irrefragabile miraculū cōsiderantes. In resurrectione etiā filie archisynagogi eiecta turba z intrāte ihu domū ad imperiū ei⁹ resurrexit puella z exijt fama hec in vniuersam terrā illā. vt dr Mat. ix. Et sic de multis alijs opibus xpi de q̄bus totū euangeliuz refertū est fama eius mirabiliter creuit. q̄ sicut dictū ē q̄to fuerat maioz: tāto ignominiosior extitit mors illius in patibulo crucis.

Sexta ratio. Cap. vi.

Exto rone sequele. nō tm discipuli ei⁹ sequebanf ipm. verūetiam turbe multe. Quidaz vt doctorē satagētes ex eius radiosa doctrina illuminari. q̄dam vt pastorem curantes eius vestigia imitari. q̄daz vt medentē optantes d suis infirmitatib⁹ liberari. Alij vt viderēt ei⁹ miracuoz nobilitatē. alij vt mysteria intelligerēt. alij vt ꝓdigia viderēt. varijs ex causis turbe multe sequebanf eum. Q̄z q̄to maior fuit ei sequela ꝓpter. tanto etiam cuz ab omnib⁹ suis discipulis derelictus est patibulo crucis affixus est maior fuit ignominia. dereliquerūt eum turbe. imo ꝓtra eum insurrexerūt vnde in psona dñi in admiratione ꝓmpens ait ppheta dicēs. Domine quid multiplicati sunt q̄ tribulant me. multi insurgūt aduersum me. Multi dicūt anime mee nō est salus ipi i deo eius. q̄si i desperatione ꝓcipitare conātes. Et alibi idem ait. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: qui oderūt me gratis. Capilli siādem capiti inherētes discipuli xpi erant. q̄ q̄ christū oderūt gratis. id ē. sine causa. fuerūt turbe q̄bus secute fuerūt illū. His q̄z capillis decaluatus est xps i orto z in monte caluarie: qñ z ibi oēs discipuli eius aufugerūt. De quo deridebāt etiā illū iudei. q̄ cernebāt eū ab oībus etiā a suis derelictū. In cui⁹ mysteriū legitur. iiij. Reg. ij. q̄ cū ascenderet Helyse⁹ in bethel pueri parui egressi d ciuitate illudebāt ei dicētes. Ascēde calue ascende calue. Heliseus siādē xps est. Pueri parui sensu puuli; q̄ malicia z impietate magni extiterūt iudei q̄ Luce xviij. illudētes ei dicebāt. Si tu es rex iudeoz saluū te fac: z silia multa sicut ꝓdictū ē d aplis ei⁹ z discipulis in ppria. xxj. ps. in psona dñi ait. Dispsa sūt oia ossa mea. i. apli. q̄ tanq̄ ossa erāt alijs fortiores z firmiores z tñ ruerūt sm q̄ Joh. xvj. ꝓdixerat eis dicēs. ecce venit hora z iam nūc venit vt dispgamini vnusq̄sq; in ppria: z me solū relinquatis. Q̄ ex aūt causas q̄re discipuli tpe passionis relinquūt xpm ppheta subdit. Prima causa fuit ānichilatio diuine doctrine. Ideo subdit. Factū est cor meū id ē. doctrina mea sicut cera liq̄scēs. i. euanuit ad passionis calorē z ignē. z b in medio vēteris mei i. in infirmiorib⁹ z etiā molliorib⁹ mēbris meis. Dicit em doctrina xpi cor eius maxime ppter tria. Primo q̄ tenere illā amat. Juxta vulgare q̄ dicim⁹ iste est cor illi⁹. i. ab illo diligit multū. Vñ Mar. j. ait ihs. Eam⁹ i vicos primos z ciuitates vt ibi ꝓdicem. ad b em veni: ecce q̄tum dilexit doctrinā suam: q̄ ppt eā disseminandā in mundo venit. Secūdo q̄z cor xpi denomiaf q̄ corpis xpi q̄d est ecclia p illā viuificaf. ideo Matth. iiij. domin⁹ ait. Non i solo pane viuit homo: s in omni verbo q̄d ꝓcedit de ore dei. Tertio q̄ de corde suo ꝓcedebat doctrina xpiana. vnde Matth. xij. ipe ait Bon⁹ homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona. Secūda causa fuit cessatio miraculoz. De qua ppheta subdit. Aruit tanq̄ testa virtus mea: nā arida visa fuit in passione virtus z potentia xpi qua ante passionē miracula faciebat. vñ in Can. Baruch. ibi scz in cruce abscōdita est fortitudo ei⁹. Ratio dicit ꝓdita: sed sic infra in. iij. pte. z. iiij. fructu apparebit. Tertia causa fuit silentiū xpi q̄ tunc nō loquebaf. vñ subdit. Et lingua mea adhesit faucib⁹ meis. id ē. nihil loquebar. vñ Esa. liij. Coram tōdente se obmutescet. Et Matth. xxvij. c. z non respondit ei ad vllū verbū: ita vt miraref pylatus. Quarta causa extitit mors xpi z desperatio de resurrectiōe illi⁹. vnde ait Et in puluerē mortis deduxisti me. o pater. Sm opinionē iudeoz. ps. Estimatus sum cum descēdentibus

in lacū. id ē. irreuocabiliter i infernū. Quinta causa fuit iudeoꝝ detractio. Et de hoc subdit Circūdederūt me canes multi. i. iudei oblatrā tes ⁊ mordētes p detractiōez tanq̄ canes. Sexta causa fuit ꝓuētus malorꝝ. ideo subdit. Cōsiliū malignātiū. id ē. crucifigentiū obsedit me ptinaciť vsq; ad mortē meā. Ecce ḡre euz apli sui dereliq̄runt. ideo dē hō stupens Hieremias Thren. iiij. admirāter ait. Quō dispersi sūt lapides sanctuarij. i. discipuli xp̄i.

Septima ratio. Caplm. VII.

Septimo rōne gl̄ie. Quāto em̄ hō i maiori gl̄ia fulget ⁊ exaltať. tanto deprecssus ignominiosissima morte magis cōfundiť. ⁊ gl̄ia in ignominiā vertiť. Naz post i mensos honores statim pſterni ad infimas ignominias violēti⁹ ⁊ ꝓfusibili⁹ esse solet. cū q̄ta āt gl̄ia suscept⁹ fuit i hierl̄m i die palmarꝝ ostē/ dit Joh. xij. dicēs. Turba aūt multa q̄ ꝓuenerat ad diē festū cū audisset: qz venit ihs hierosolimā: acceperūt ramos palmarū ⁊ pcessērūt obuiā ei ⁊ clamabāt dicētes. Osanna bñdict⁹ q̄ venit i noie dñi rex isrl̄. Et Mat. xxj. iteruz dr. plurima turba strauerūt vestimenta sua in via. Alij aūt cedebāt ramos de arboꝝib⁹ ⁊ sternebant in via. Et sequiť. Cuz intrasset ihs hierosolimā. cōmota est vniuersa ciuitas dicens. sez admiratione magna. Quis est hic cui sez tanta seḡla ⁊ gloria adhibeť?

Qz q̄druplex honor exhibit⁹ christo in die palmarꝝ tpe passionis i ignominiā versus est.

Animaduerte diligēter q̄ in q̄ttuor cū honorauerūt. sicut ex p̄cedentib⁹ ptz. Primo in ꝓnis. secūdo in ꝟbis laudis. tertio in opibus virtut. q̄rto in reb⁹ suis. Primo honorauerunt eum in ꝓnis ꝓprijs. quia ei ꝓsonaliter obuiā pcesserunt ⁊ in hierusalē deduxerūt sed multo ampli⁹ multiplicata ē ignominia. qz idem popul⁹ in eodē loco. eidē diebus. postea eum crucifixit. atq; de eadē ciuitate nō equitādo ꝫ crucem portādo ꝓtumelioſe eiecit. Nec q̄dez suffecit vna ignominia p vno honore. sed ampli⁹ addiderūt: quia cū villi pcio venūdantes tanq̄ latro ab eis capitur: ⁊ ei Barrabas latro pessimus anteferť. Secū do verbis laudis laudauerūt et honorauerūt eum dicētes eum saluatorē deū regem. Saluatorem q̄dem cum clamabant. Osanna. id ē. obsecro salua nos deū q̄z cum clamabāt dicentes Benedictus q̄ venit in nomie dñi. id ē. habēs rem ⁊ nomē veri dei. Regē etiā eū dicebāt cuz clamabāt rex israel q̄ venis verus rex isrl̄. Sz multo ampli⁹ multiplicata ē ignominia ei⁹. Nā q̄ dixerunt. Osanna: postea clamabāt Mat. xxvij. Sanḡuis ei⁹ sup nos ⁊ sup filios nr̄os Qui ꝟo dixerūt Benedict⁹ qui venit i nomie dñi ⁊ē. id ē. tanq̄ habēs rem ⁊ nomen veri dei postea clamauerūt Luc. xxiij. Crucifige crucifige eum. Qui ꝑus dixerūt rex israel. postea asserebant Joh. xix. Non habem⁹ regem nisi cesarem. Insup ignominiā sup gloriā addiderūt insultationib⁹. irrisionib⁹. impꝛoperijs in euz irruentes ⁊ dicētes. Prophetisa. Aue rex iudeoꝝ. si tu es christus descēde de cruce ⁊ multa similia. Tertio glorificauerūt et honorauerunt eum opibus ꝟtuosis. quia scindentes ramos palmarū ⁊ oliuarū flores ⁊ folia pſternebāt in via. p que ſm Grego. designant opera ꝟtuosa. Sed q̄z dissimilis est ignominia subsecuta? q̄q̄z dissimiles sunt rami ⁊ crux. flores et spine. folia ⁊ claui. palme ⁊ virge? Non ꝫ quidem satis fuit: nisi vltra gloriā multo amplius ignominia multiplicet: qz vltra hoc ꝓsputus est: colaphisat⁹ est. Quarto glorificabāt eū cū rebus suis: quia vestimēta sua pſternebant in via. se cū reuerētia exuentes: ⁊ illa xp̄i aselli pedibus submittētes. Sz vide q̄ta est ꝓtumelia subsecuta: imo abundāti⁹ multiplicata. nā cui tūc pſternebāt vestimenta aliena nunc aufere bāt sua: ⁊ sors mittebať sup ea nec dimissa ē illi nisi vnica tunica rubea: videlicz caro sua mūdissima suo p̄ciosissimo sanguine rubricata et vulneriб⁹ lacerata Insup ⁊ ab ista fuit aia sua sāctissima ipo cruciatu eiecta: nec insup suffecit eis xp̄m nudare vestib⁹ suis. Insup ⁊ ip̄m deriserūt vestib⁹ alienis: nunc clamide coccinea. nūc purpurea. nūc ꝟo veste alba. nūc velabāt oculos. nūc pcutiūt pugnis: nūc aut̄ alapis: nūc polluūt sputis: ⁊ sic nihil deficiat ad multiplicationez ignominiosi dedecoris p gl̄ia suscepti honoris. p oib⁹ supradictis. Esa. lij. ait Ecce ītelliget ser⁹ me⁹ ⁊ exaltabiť ⁊ eleuabiť ⁊ sublimis erit valde. sic obstupuerūt sup euz multi sic i gl̄ia erit inť viros aspectus eius.

Articulus. III. secūde partis vbi p septem alias rationes ostēdit magnitudo obꝛobrij mortis xp̄i iesu scdm causam formalem.

Tertio insup ait: humiliatus sū nimis: ꝓpter causam formalem. Ad intelligēdum insup stupendā abyssum humilitatis passionis ihu christi contemplemur mortis eius causam formalē. ⁊ apparet etiam abyssus humilitatis ⁊ vilitatis ex septēplici alia ratione. Primo ꝓpter derisionē. secūdo ꝓpť afflictionē ⁊ flagellationē. tertio ꝓpter cōronationē. quarto ꝓpter nudationē. q̄nto ꝓpter crucifixionem. sexto ꝓpter blasphemationē. septimo ꝓpter ꝓfusionem.

De passione xpi

Prima ratio. Capitulū. I.

Primo ppter derisionē. vnde q̄to est persona sublimior in septē gratijs seu dignitatib⁹. de q̄b⁹ dictū ē in arti. p̄cedenti in natura. i forma i gr̄a. in sapiētia. in fama. in seḡla. ⁊ in gl̄ia: tanta derisio sibi facta vi tupabilior est. Sed xp̄s sicut supra dictū ē habuit oīa p̄dicta sup oīes creaturas alias: q̄ re derisiones ei⁹ grauiores fuerūt q̄ posset humana lingua enarrare: aut mens aliqua cogitare. Expgiscere anima deuota ⁊ p̄sidera q̄ ille q̄ est sūma reuerētia angelor̄. ppter nos factus est ludibriū impior̄. ⁊ q̄si pyla derisionis eor̄. q: de ipo mutuo colludebāt mittētes ad alterutrū p̄fusione repletum. Nā annas misit illum ad caypham. cayphas ad pylatum. pylatus ad herodem. ⁊ herodes remisit eū pylato: ⁊ semp i supradictis locis atq̄ i eor̄ itineribꝰ derisus est. vñ ppheta in psona dñi ait. Oēs videntes me deriserūt me. Atq̄ de triplici derisione imediate subiungit. Prima fuit verborū. secūda signor̄. tertia sermonū yronicorum Prima fuit verbor̄. vnde dicit. Locuti sūt labijs. id ē. p̄siderate. scz falsa imponendo. ⁊ falsa p̄mittēdo. vñ Matth. xxvij. dicebant Alios saluos fecit seip̄m non pōt saluū facere: ecce falsa impositio. Si rex israel es descende de cruce ⁊ credimus: ecce falsa p̄missio. Nō exponens Ambro. ait. O stulte ⁊ cece grex sacerdotū. nū quid impossibile ē ei de puo ligni stipite descēdere qui descendit de alta celor̄ sublimitate: nunq̄d tua vincula possent illū tenere quē celi nō possunt capere. non venit inq̄t vt se liberaret q: sb̄ seruitute non erat. ꝫ vt nos de seruitute redimeret. Secūda derisio fuit signor̄. vñ ps. subdit. Et mouerūt caput. Unde Matth. xxvij. Pretereuntes autē blasphemabāt eū mouentes capita sua dicētes. vach q̄ destruis tēplum dei. ⁊ in triduo reedificas illud. Tertia derisio fuit sermonū yronicor̄ q̄ fiūt q̄n bona ip̄roperabāt. Et d̄ hac ppha subdit Sperauit. s. xp̄s i dño videlz deo p̄re. eripiat eū scz de manib⁹ nr̄is saluū faciat eū. s. resuscitādo illū q̄n vult eū vt ipe dicit. Et iterū Mat. vbi s. Cōfidit i deū liberet eum nūc si vult. dicē enī q̄n filiꝰ dei sū. ꝫ q̄dē derisio p̄figurata ē Gen. ix. in derisione noe. Noe siq̄dē xp̄s ē vinea iudei: inebriatio passio. obdormitio mors. denudatio hūanitatis ostensio. Sem ⁊ iaphet duo p̄ri iudei scz ⁊ gentiles: vestimentū est sacramentuz: maledictio Cham inde p̄ditio. eius irrisio iudeorū derisio fuit. vñ Luce. xxij. et Matth. xxvj dr̄: q̄ corax Anna ⁊ Caypha velauerūt faciem eius: ⁊ colaphis eū ceciderūt. alij aūt plasmas in faciem ei⁹ dederūt dicētes. Prophetisa nobis ap̄e quis est q̄ te p̄cussit. In quo diligēter tria aduerte. Primo q̄ velauit oculi eius p̄tra peccatū q̄ in visu cōmisit eua. Secūdo q̄ calaphis ceciderūt eū ppter peccatū gule. in quo eua offendit. De his duob⁹ ppheta in psona domini ait. Cōfortati sūt q̄ p̄secuti inimici mei iniuste. que non rapui tunc exsoluebā. Tertio quoq̄ palmas in faciem eius dederunt scilicet dicentes tanq̄ diuinatori ppheti sa nobis xp̄e q̄s est q̄ te p̄cussit.

Secūda ratio. Capm. II.

Secūdo ppter flagellationē seu afflictionem Quāto eñ q̄s est sublimior in septem gratijs antedictis. tanto flagellatio ⁊ afflictio sibi illata obp̄robriosior ē. dictū est eñ supra q̄ illas habuit in sublimi. Sed audi afflictōes oīuz mēbr̄or̄ corp̄is sui. Nam pedes ei⁹ discalciati ⁊ nudi cū p̄ totaz p̄tē noctis ⁊ p magnā partē diei huc ⁊ illuc ab eis furore ebriosi ducerēt pie credēdū ē q̄ sepi⁹ eū i lapides impūgebāt. ⁊ fundebāt p viā sanguinem sacr̄ vitalia mēbra ac respirantia sicut cor ⁊ pectoris p̄cauū. ⁊ sīlia dira fuerūt afflicta intimorū ⁊ multor̄ suspiror̄ ⁊ gemituū assūptione. crura coste ⁊ corp̄is latera atq̄ dorsū ⁊ vniūsaliter alia mēbra i dura flagellatiōe afflicta fuerūt i q̄ superficies carnis sue tenē ⁊ delicate fuit crudeliē lacerata ⁊ sāguie cruētata. ⁊ brachia vltra mō dure fuerūt ligata atq̄ p̄stricta ⁊ hinc inde añ ⁊ retro p̄tumeliose retorta. tā horto q̄ i domo Anne cayphe pylati ⁊ herodis: ab oībus eñ p̄dict⁹ locis ligat⁹ deduct⁹ fuit. humeri ei⁹ afflicti fuerūt duro onere crucis. ⁊ tūc maxime credo collū afflictū fuisse chamo i eo posito: p quē ad maiorē p̄tumeliaz traherēt os q̄ afflictuz fuit tā fetido osculo p̄ditoris fellis ⁊ aceti amaro potu. nares afflicti fuerūt horribili fetore sputor̄ abominabiliū iudeorū. ⁊ fetore cadaver̄ mortuor̄. q: i loco caluarie i cruce appensus est: ꝫ facies illa in q̄ angeli desiderabant p̄spicere deturpata fuit impior̄ sputis. gene q̄ afflicte fuerūt ⁊ tumefacte ex sanguine atq̄ liuore cōsperso. ex p̄cussionib⁹ faciei: tumetiā ex corona spinea p quaz sāguis p ei⁹ faciē defluebat: oculi etiā fuerunt afflicti p̄fusi atq̄ velati. fletu reliḡti ⁊ i aspectu terribili inimicorū suor̄ ignē furoris ⁊ iracūdie spirātiū mirabiliter cruciati. necnō q: videbat mr̄em ⁊ discipulū quē diligebat ihs flentes ⁊ cruciatos: aures ei⁹ replete fuerūt obp̄robrijs. vertex capitis afflict⁹ fuit durissimis spinis scz p̄cussiōe arundinis. maxie flagellatus in capite tanq̄ sup⁹b⁹ in facie tanq̄ ribald⁹. in collo tāq̄ stult⁹. Pro inde ppheta ait in psona domini. Fui flagellatus tota die: castigatio mea in matutinis. Et Esa. l. Corp⁹ meū dedi p̄cutientib⁹. ⁊ genas meas vellentib⁹. Sicut enī vnū membrū patitur

cauteriū ad vlterius curationē. nam brachiuz minuit ad corporis sanationē. Sic etiam christus vulneratus est ppter iniquitatū nostraz sanationē. vnde Esa. liij. dicit. Vulneratꝰ est ppter iniqtates nostras: attritus est ppter scelera nra. disciplina pacis nre sup eum. ⁊ liuore eius sanati sumus. oēs nos quasi oues errauimus. Unusquisq; in viam suam declinauit. et dns posuit in eo iniqtates omniū nostrū. id est penā satisfactiuā p oibus peccatis nris. vnde Leui. xvj. mystice est christus designatus per hyrcū in desertū peccata pli. deferētē. hec omnia q̄to facta fuerūt homini sublimiori maxime in septez gratijs de quibus dictū est. tanto maioris obprobrij extiterūt.

Tertia ratio. Capl'm. iij.

Tertio ppter coronationē quasi rex esset stultoz ⁊ iniquoz. Sicut eni dicit ꝙ Matth. xxvij. Pylatus sciens q̄ propter inuidiā tradidissent illū: voluit eum plures liberare: qđ quidē diuersis modis temptauit. Primo allegatōe sue innocētie dicēs Ego nullā causam mortis inuenio in eo. Uidēs aūt q̄ hec causa iudeos ad iram amplius puocasset: accepit scdam liberatiōis viam. s. mutationem fori. transmittēdo eum ad herodem tanq̄ galileū ⁊ sibi ppria dominatiōe subiectuz credens q̄ herodes non iudicaret ⁊ liberaret subditum suum. cunq; nec sic pfecisset: tertiā compulsus est inuenire viam. s. satiare iudeoz impietatem cōtumelijs ⁊ suplicijs sup dām irrogatis. vt sic obprobrijs eius saturati: mortem eius amplius non sitirent vnde credendū est: q̄ q̄to vilius ⁊ cōtumelioſius potuit iesuz coram impioz oculis pentare disposuit. s. nudatum ppijs vestibus cruentatū ⁊ liuidū flagelloꝝ ictibus. sola purpura in derisionē amictum. spinis coronatū. vultū velatū. sputis deturpatū. genis ⁊ tota facie ⁊ ictibus alaparuz tumidū. ⁊ sic in cōspectu pli apparuit vilissime derisus ⁊ vitupatus. Et q̄ allegauerūt q̄ dicebat se dei filiū. pducens eum sic viliter coram pl'o. portabat spineā coronā ⁊ purpureū vestimentū in derisionē iesu dicit ecce homo. Quasi dicat. iste non habet diuinitatis insignia: sed ipm esse hoiem despectū. ⁊ vilificatū atq; doloribus plenū. in vestris oculis manifestant illa ludubria. Nec ppter hoc satiatus est diabolicus furoz illoz hominū impioz. sed magis insanientes clamabāt dicentes. tolle tolle crucifige eum. Cunq; in fine ⁊ in scda allegatiōe dicit pylatus: ecce rex vester. vere platū est hoc verbum: nam omniū obprobrioz ⁊ omniū despectuum ⁊ abhominationū vite p̄sentis portauit coronā. ⁊ merito dici potuit rex obprobrioz ⁊ vituperioz omniū eius vite. Nunc egredimini ergo filie syon: ⁊ videte regē Salomonē in diademate qua coronauit eum mater sua. s. synagoga. Expergiscere o aīa mea ⁊ audi Bernū qui in quodā sermone ait. Caput angelicis tremebundū spiritibus densitate spinarū pungit facies pulchra pre filijs hominū: sputis iudeorum deturpat: oculi lucidiores sole: caligant in morte: aures que audiūt angelicos cantus: audiūt peccatoz insultus. Os quod docet angelos: felle ⁊ aceto potat. pedes quoz scabellū adorat: cruci clauo affigunt. Manus que formauerūt celos: sunt in cruce extense ⁊ clauis affixe. Corpus cedit: ⁊ latus lancea pforat. Et quid plura nō remansit in eo nisi lingua: vt p peccatoribus exoraret: ⁊ matrē suā dilecto discipulo cōmendaret.

Quarta ratio. Capl'm. iiij.

Quarto ppter nuditatē. Nam in cruce totaliter nudus crucifixus est. Unde Ambr. Auctor humane salutis sic nudus fuit in patibulo crucis. sicut nudus extitit de vtero marie virginis. O q̄d erat videre corpus iuuenis tam speciosi in tanta deformitate mutatū ⁊ alienatū. ita vt Esa. liij. dicat. Nō est ei species neq; decor. Abdie vnico. c. Stupefactus de aspectu tante deformitatis ait. Cōtemptibilis tu es valde. Et Amos. viij. in psona dei patris ait. In die illa occidet sol in meridie et tenebrescere faciā terrā. i. carnē sanctissimaz dñi nostri iesu christi. qui de terra erat i die luminis. Uide ergo quanta ignominia fuit filiū dei cum septem dignitatibus p̄dictis videre in cruce ita nudatū coram omni pl'o ad obprobrij cōplementū. q̄ etiā ad operiēda pudenda absq; velamine aliquo esset. q̄ nec cui q̄ scelerato lex negare solet. Unde Job. j. in psona dñi ait Nudus egressus sum de vtero matris mee: et nudus reuertar illuc vñ ps. inquit. Diuiserūt sibi vestimēta mea ⁊ super vestem meam miserunt sortem. Unde Ambr. in quodā sermōe ait Auctor pietatis in cruce pendens. testamentū p̄didit singulis opera pietatis distribuēs. apostolis psecutionē. iudeis corpus. patri spiritū matri paranymphū. latroni paradysuz. peccatoribus infernū. ⁊ christianis penitētibus crucem: hec ille. Ecce q̄ ppter nos oibus se spoliauit. vt nos ditaret.

Quinta ratio. Capl'm. v.

Quinto ppter crucifixionē. Quāto eni homo sublimior est i statu tanto ignominiosa mors eius vituperabilior est. Cōsidera ergo sublimitatē christi in predictis septem: ⁊ mortem crucis. nam patibulū crucis erat suppliciū pessimoz. ⁊ per cōsequēs ad ma-

ius vituperiũ eius hoc excogitauerũt. Unde Sap.ij.in pſona iudaici pli dicit Morte turpissima ꝯdemnemus eum. Et Iere.xj.in pſona dñi dicit Cogitauerũt sup me cõsilia: d. Uenite mittamus ligna in panẽ eius .i. crucifigamus eum vt crucifixio eius. siue doctrine quaz dicit panem cõmisceaẽ. ac p hoc vilitatẽ supplicij a cũctis viuẽtibus respuaẽ. ⁊ sic eradicam⁹ eum de terra viuentiũ. ⁊ nomen eius nõ memoretur amplius. Et per ppham lamẽtabiliter dicit. Foderũt manus meas ⁊ pedes meos. ſ. clauorum acumine. nec inquit transfixerũt sed foderũt. vt denotet fructũ diffusionis gratiaruz qui inde secutus est. ſ. gloria sempiterna. vnde ihus. Fossa parit tellus optato tpe celis. Fossa caro christi celica dona dedit. Et subdit pphet dicẽs. Dinumerauerũt oia ossa mea. scz ꝓpter violentã corpis extẽsionẽ. sicut supra dictum est. respice mens deuota iaculo cõpassionis pcussa ad sponsum tuũ dilectũ iesum: ⁊ vide in pugna hostili pñtis vite illũ factũ nobis tricoloratũ vexillũ: candor virginee carnis. et nigredo liuida flagellorz. atq; cruoris effusi rubor ostendũt nostrũ recoloratũ Jesum. Uexillum vt ⁊ tu anima mea simili formeris effigie: innocẽtia candida: penitẽtia nigra ⁊ charitate ignea rubicunda atq; sic tota pyssimi iesu sanguine colorata: desideres toto corde ꝓ ei⁹ amore refundere sanguinez: vt eius morti sanctissime conformeris.

Sexto rõ ad idem. Cap. VI.

Sexto ꝓpter blasphemationẽ. q̃to enim qui blasphemaẽ est in gradu sublimiori: tanto ei blasphemia publice coraz pl̃o irrogata est grauior censenda. Sed considera blasphemias p̃dictas cõtra iesum anteq̃ moreret in cruce. Non enim sufficit impijs tanta excruciſſe. ludibria ꝓtra eum. q̃bus p totã noctẽ vsq; ad horã crucis repleuerũt aiam eius. verumetiã omni humanitate postposita oñi pudore reiecto. oino effrontes ipsi sceleratiꝑncipes sacerdotũ. cuz scribis ⁊ seniorib⁹ pli. exeũtes de ciuitate ad crucifixionis locũ: ibi mãsueto agno insultaturi accedũt dicẽtes. sicut ex p̃cedentibus ptz. vach qui destruit templũ dei. alios saluos fecit seipm nõ potest saluũ facere. christus rex israel descẽdat nunc de cruce ⁊ credimus ei. et mltas alias blasphemias dixerũt cõtra eum. vñ Soph.j. ait. Blasphemauerũt dñm exercituũ. Considera o mens deuota q̃to furore ministri taliũ impiorz in oibus actib⁹ passiõis sue tractauerũt iesum: qñ ipsi ꝑncipes sacerdotũ ⁊ scribe ⁊ seniores pli in q̃bus debebat apparere maturitas ⁊ grauitas in iudicando sceleratos. etiã ex interno furore ad tantã exterius rabidã insaniã prumpũt. q; in festiuitate sacroꝝ dierũ nõ erubescẽtes cõtra oẽm illoꝝ cõsuetudinẽ atq; mores. egressi sunt ad locum publici supplicij morienti iusto sic insultantes. Ammirandã q̃dem inuerecundiã sui status in hoc actu demonstrauerũt. q̃ ex horribili odio in dñm iesum pcessisse manifeste videt. iõ ois imanis crudelitas que possit excogitari facta fuisse cõtra xp̃m p hos impios ⁊ eoꝝ ministros: vt placerẽt eis ex eoꝝ rabida furia in eum exercitata est. Uñ ppha in pſona dñi ait. Circũdederũt me vituli multi: thauri pingues obsederunt me. Aperuerũt sup me os suũ sicut leo rapiens ⁊ rugiẽs. Cogita q̃ fidelis aia q̃ crudeliter tractauerũt eum cum denocte libere haberent eum in manibus suis. qñ cuz inaudita impudentia sic coraz omni pl̃o exeũtes omni reiecto rubore pungitiuas inuectões ⁊ ꝓtumelias derisiuas exclamauerũt alta voce cõtra hoiez deficientẽ. morientẽ. ⁊ pendentẽ in ligno. ⁊ toto corpe sanguie defluentez. vñ merito Iere. xij. in pſona dñi ait Hereditas mea quasi leo in silua. ſ. ppter crudelitatẽ. Et iterum ppha ait. Audiui vituperationẽ multoꝝ cõmorantiũ in circuitu. ſ. crucis mee. Et iterũ. Obprobria exprobrantiũ tibi o p̃ eterne ceciderũt sup me ego aũt tanq̃ surdus nõ audiebã: ⁊ sicut mutus nõ aperiẽs os suũ. At alibi dr. Aduersũ me loquebanẽ q̃ sedebãt in porta. ſ. ad spectaculũ morti mee: ⁊ in me psallebãt q̃ bibebãt vinuz. ſ. in cõuiuijs ⁊ tabernis: qz dies festi erat.

Septima ratio. Cap'm. VII.

Septimo ꝓpter ꝓfusionẽ. Q̃to enim q̃s est in gloria sublimior. tanto eius ꝓfusio efficit maior. Ex p̃cedẽtib⁹ dignitatibus claresce põt dignitas xp̃i. atq; eius sũma sublimitas. Sed ⁊ ex sex que in p̃ceden. ca. dicta sunt manifeste apparet. q̃ta fuerit ꝓfusio ei⁹ pẽdentis in cruce cũ homo tam nobilis nature tam speciose forme. tante sapiẽtie. tanteq; potẽtie in miraculis opandis. tante fame tanteq; sequele. tante glorie talis fuit derisus. tam dire flagellatus. atq; afflictus. spinis coronat⁹. totus nudatus. tam attrociter cruci affixus. ⁊ ad oñi spectaculũ in cruce leuatus est. ⁊ tam crudeliter blasphematus. ⁊ quis posset exprimere talem confusionem? Merito q̃ Tren. iij. Iere. p̃dixit: d. Saturabit obprobrijs. Et p ppham inquit. Sustinui obprobriũ. ſ. in corde meo. naz sicut ossa affligũt corpus: sic exprobrantes obprobrijs affligit cor. Et addit. Et ꝓfusio faciei mee coopuit me. Jusup subdit. d. Tu scis improperiũ meũ ⁊ cõfusionẽ meã ⁊ reuerentiã meã. Cõfusio enim magna est homini. qñ vt fur fustigatur ⁊ flagellaẽ: ⁊ tandẽ suspendit. Et sequit

Quarta pfectio eius fuit fideliū vel devotoz veneratio: que ex oīb⁹ p̄cedentibus merito subsecuta est. Et ꝫ subiungit a iohāne. Et cum vidissem eum sciz tm̄ ⁊ talem cecidi ad pedes eius tanq̄ mortu⁹ Johānes eīm in quo est gratia dei interp̄ tat ⁊ signat quoscūq; meritis illius sācti devotiōis gratia visitatos. Ad pedes ei⁹ ita cadit qui se longe inferioꝛē eius ꝙtutibus recognoscit De hoc pinde sanctus ꝓpheta ait ps. lxxj. Coraz illo pcident ethiopes. id est. nigri peccatores ⁊ penitētes ⁊ ex meritis eius coraz dño veniā postulātes. ⁊ inimici eius terrā lingent non dicit comedent vel mordebūt sed lingent. Nam oīa tēporalia ⁊ terrena vana ⁊ falsa et superficialia sunt nec est ibi quicq; soliditatis qđ mori posset vel comedi. Qđ autez lingit hominē nō bene satiat. sed potius desideriū et famē eius accendit: sic etiam bona tēporalia non satiant. sed magis ac magis ad appetenduz ꝓuocant suos leccatoꝛes Sequit vero in ꝓphetia p̄dicta. Et adorabūt euz oīes reges: ⁊ oīes gentes seruient ei. Et subdit a Johāne. Tāq; mortuus. id ē. tanq; cōuersi a pristina mundi vita sicut p Soph. ij. c. dominꝰ ait dicēs. vos ethiopes interfecti eritis gladio meo. id ē. per

hunc sanctum. N. verbo meo cōuersionis gratiam ꝓsequemini. Uel aliter dici potest q̄ mortuū se estimat ⁊ corraz eo humiliter cadit: q̄ opera sua in cōparatione ꝯtutuz ⁊ excellētie huiꝰ sancti affectualiter spernit ⁊ vilipendit. Admiranda itaq̄ fuit pfectio pegrini huius hominis noui si ꝓsideremus illius actionē ⁊ ptemplationē. pseuerationē ⁊ maternalē dilectionē. Si examinemꝰ eius illuminationē. discretionē. affectionem. atq̄ locutionē. Si etiam ponderemus eius exemplationē. predicationem. fame diffusionē. ⁊ illuminatorū fideliū venerationē ⁊ testificationē Ut possemus merito dicē Tu solus pegrinus eras dum fuisti in via: nūc vero ꝓciuis celestis regni factꝰ. possides premiū post laborem scz in gloria sempiterna. id ē. gloriosum dominū nostrū ihm christū. Qui cum patre ⁊ spū sancto viuit ⁊ regnat ⁊ premiū ē et gloria omniū sanctorū ⁊ beatoꝝ In quo merita tua nos adiuuent glorificari ⁊ p̄miari p infinita seculorum secula.

V Feria. iii. post resurrectionē ō stigmatibꝰ beati frācisci. V Sermo. LX.

Videte manus meas ⁊ pedes meos. Luc. xxiiij. et in euangelio hodierno. Admiranda sunt vero opa passiōis saluatoris tanteq̄ dignatiōis ⁊ dignitatis: vt et imensi amoris eius expressionē. ⁊ gelidi nostri affectus inflāmationē. atq̄ passionis incitationem demonstrent postulent. ⁊ pcurēt. Proinde q̄ dominꝰ apostolis ait: omībꝰ nūciauit dicēs. Uidete manus meas ⁊ pedes meos. Ad q̄dem beatus franciscus prudēter aduertens: totam vitam suā imitationi dominice passiōis cōsecrauit. Ex hoc q̄dem factum est. q̄ tanto amore. tanto feruore. tāq̄ ardore trāsformatus est in crucifixum ihm vt miraculo omnibꝰ inaudito seculis benignitas saluatoꝛ mihi carne illius impmeret similitudinē sue sanctissime passionis: ꝓstituens euz vexilliferū in noua remuneratiōe crucifixionis eius. Sic denicq̄ cōsignatus stigmatibꝰ domini ihu christi: ostendens stigmata illa sacra que fuerunt fructꝰ dominice passionis omnibꝰ fidelibꝰ ait ꝓposituz verbū dicens. Uidete manus meas et pedes meos quia scz christo crucifixo cōfixus sum et eius similitudinē ꝓsecutus sum. Merito ergo Apoc. vij. in aptione sexti sigilli a iohāne euāgelista beatꝰ frācisc⁹ habere sic sacra stigmata descriptus est cum ait. Uidi alterū angeluz ascendentē ab ortu solis habentē signū dei viui. Q̄ verbū potest esse aliud thema. In quo ostendit glorioſi francisci tripiex pfectiōis status. Primus est gratiose conuersationis. ibi. Uidi alterū angelū Secūdus radiose illustrationis. ibi. ascendentē ab ortu solis. Tertius ē amoroſe ꝓsignationis. ibi habentē signum dei viui V Primus est gratiose ꝙuersatiōis. Unde ait. Uidi alterū angelū. Precesserat em̄ ante eum angelicus vir glorioſus dominicꝰ in angelica vita pariter ⁊ doctrina. Beatus em̄ frāciscus est alter angelus in regula ⁊ ꝓsona sed idem in charitate et fide atq̄ vita. Qui ꝓpter facta angelus nūcupat. tum ꝓpter eius angelicam vitam: tum quia dei nūcius fuit ad renouandū in mundo euangeliū christi. V Secundus ꝓo illius status fuit radiose illustratiōis. Unde inq̄t. Ascendentē ab ortu solis. Ascēdit ꝓo ab ortu solis: quia sui ascēsus i deum initiū ⁊ fundamentū incepit a romana sede: que iter q̄nq̄ patriarchales ecclesias eccl̄ia p̄ncipalis est. sedes ⁊ ciuitas veri solis scz christi et fidei eius. Et de hac Esa. xix. typice scriptū est. In die illa erunt q̄nq̄ ciuitates in terra egypti Et sequit ciuitas solis vocabit. Una hec est principalis ⁊ prima. Uel sic ab ortu solis ascendit: quādo p diuine sapiētie exemplū p̄dicationez ⁊ sensum cū suo ordine mundū irradiauit. Sicut em̄ Apoc. vj. obscuratio solis diuine sapi/entie subtractionē in mūdo sig̃t p quā generalis ruina statuū ⁊ psonarū ⁊ ecclesiaꝝ in ecclesia surgit: sic etiā ortus solis diuine sapiētie illustrationē significat que in sexto ecclesie statu in mendicantibꝰ ortum sumpsit ⁊ creuit. Proinde Bonauent. in illuminatiōib⁹ suis vocat p̄dictum tēpus tps illuminatiōis scripturaꝝ: eo q̄ in hoc tēpore mirabiliꝰ declarate sūt a doctoribus ordinū p̄dictorū. Propter hanc aūt declarationē a generali ruina i vita iusticie cōseruant quicūq̄ merito christi ⁊ iter alios auxilio beati francisci: elegit deus ante mūdi constitutionē vt essent sancti ⁊ imaculati in cōspectu eius i charitate: vt dicit ad Eph. j. V Tertius stat⁹ illius fuit amoroſe ꝓsignatiōis. Unde sequit habentē signū dei viui. id ē. stigmata illa sacra a christo sibi miraculoſe impressa. Huic sentētie attestat assertio quā fecit dominus Bonauēt. in capitulo generali parisius celebrato: cū esset nostri ordini generalis minister. Nam p̄dicans in ipo capl̄o cum maximo feruore asseruit se certissime scire p reuelatiōes indubitabiles ⁊ solennes factas talibꝰ psonis qui de hoc non poterāt dubitare q̄ beatꝰ franciscus erat singulariter angelus sexti signaculi Apoc. ij. ⁊ q̄ ad litterā de ipo atq̄ illius statu et ordine intellexit euāgelista Johānes atq̄ i spiritu eum vidit. quādo ptulit dicta ꝯba. nec nō ⁊ filioꝝ suorum pfecte imitātiū christū collegium in omnibꝰ senarijs libris apocalypsis

De stigmatibus beati francisci.

clarius intellexit. De his ergo stigmatib⁹ tria mysteria cōsiderare libet. Primuz est quid significent ex parte christi. Secunduz quid indicent ex parte sancti. Tertiū quid annūcient ex parte nostri.

Articulus .1. q tria significāt stigmata beati francisci ex pte domini ie/su xpi que sint in illa.

Primū mysterium cōsideremus .scilicet quid hec sacra stigmata significent ex parte christi. Tria q̄dem significāt ex parte christi. Primo clementiā eligentē Secundo sapientiā ꝓuidentē. Tertio potentiam imꝓmentem.

Ad cōtam pfectionē z altum statū electus fuit z ē beatus franciscꝰ p clemētiā dei saluatoris. Capm .1.

Primo inq̄ ostendūt clementiā eligentem scz glorioſum franciscū in ſuum ſingulariſſimū filiuz. Proinde Aggei .ij in fine. dilecti ſponſe perſone dicti franciſci beati pro mente z carne dominus ait Ponam te quaſi ſigna culū: quia te elegi dic̄ domin⁹. In quibus verbis tria ꝓpheta enunciat. Primo chriſti officiū. ſecūdo frāciſci ſignaculū. tertio electionis teſtimoniū. Primo ꝛo anunciat chriſti officiū. Ait eñ. Ponam te. Quia per ſe ipm non p alium aꝓparuit ei ihs. Nam ſicut in ſua pſona non in alia carnē noſtrā aſſumpſit z in carne ſua paſſibili pfectionez euangelicā exemplauit: ſic z p ſeipm glorioſū franciſcū i ſue acceptate pfectionis ſignaculū figurauit z cōſignauit Profecto nec p alium hoc fecit: quia nec ali⁹ nec alia creatura poteſtatē habet trāſformādi animā in diuinū amorem. nec p conſequēs ipm corpus: igitur talis trāſformatio facta eſt non virtute angeli. ſed ipius dei. Preterea nec p alium hoc myſteriū debebat fieri. ſed per illū qui ſtigmata ſue paſſionis geſtabat in corpe: vt ſibi eum ſimilem redderet z ꝓformē. Debuit tamē ei chriſtus i ſpecie ſeraphica apparere. tum vt aperte clareſceret q corz eius ſine alio medio vnitum z inflāmatum erat cum ihū ibu. Tum vt amicus chriſti p̄noſceret iſm non p martyriū carnis. ſed per incendiū mentis in chriſti ſimilitudinē trāſformādū q plus amoze q̄ noticia in deum anima tranſformat. Tum vt apertius aꝓpareret euz pfectiones ſeraphicas adeptum eſſe: ac in ordine ſeraphico finaliter collocandū. Nec inſup tm in ſpecie ſeraphica illi aꝓparere debuit. ſed veluti cruci affixus: vt aperte inueref q nō celeſtis ſpiritus illa ſtigmata inꝑmebat. ſed ille qui p noſtra ſalute crucifixus ē atq ex ſeraphico ardoze corꝺis eius chriſtū in crucifixi ſimilitudinē tranſformabat. Aꝓparuit ergo in ſpecie ſeraphin et veluti cruci affixus. Quia vbi primū ſine ſecūdo eſſet amoz illius potius circa creaturā extitiſſe videreť. Secūdo ꝓpheta enūciat franciſci ſignaculū: ideo addit. Quaſi ſignaculuz. Hoc eñ dicit ꝓpter defectuz analogie. Analogia grece latine dicit̄ ſimiliū compatio ſeu proportio. Deficit q̄tē analogia .i. cōpatio ſeu proportio que eſt in omni alia pfectione exemplata a chriſto ihū. Non eñ eārī poſſunt adeptio gratie z generatio nature. pſonalis vnio z cōformitas voluntatuz: ſūma pfectio z imitatio eius. Prima q̄dem fuerunt in chriſto. ſecūda vero in beato franciſco. Proinde de beato frāciſco Dañ .in .ij. ꝓphetauit dicens. Species quarti ſimilis filio dei. Fuit quipe ārtus. Inter p̄ncipales leuitas ſtephanū laurentiū vincentiū fuit franciſcus .fuit etiam quartus inter ordinū patriarcharū videlicet baſiliū auguſtinū benedictū franciſcū. Fuit ergo ſimilis filio dei. nō ſimilitudine qualitatis qua lucifer voluit eſſe ſimilis altiſſimo Eſa .xiij. ſed ſimilitudine cōformitatis ſicut p̄dictū eſt. qualis eſt ſimilitudo addiſcentis ad inſtruentē acq̄eſcētis ad ꝓſulentez. obediētis ad imperantē. z imitātis ad exemplantē. Hoc ſiq̄dem fit ꝓpie cum volūtas noſtra diuine volūtati cōformatur in volito in volūtatis motiuo. in velendi modo. atq̄ in fine intēto. Ut volūtas ſit bonitas. motiuū charitas: motus liberalitas finis dei felitas. In qua ſcz dei voluntas in omnib⁹ adimpletur. Sed vltra has ſimilitudines fuit in beato franciſco corꝑalis ꝓſignationis ſingularitas: vt ꝓpter ſingularitatē p̄mis tēꝑib⁹ inexpertā poſſit de eo homo admiratiue interrogare fideles dicens illud verbuz ꝓphete quis ſimilis deo in filijs dei? Tertio ꝓpheta Aggeus enūciat electiōis teſtimoniū ſeu ſignū dicens. Quia te elegi dicit domin⁹: qz mera gratia te feci angelum ſexti ſignaculi quē ex omnibus filijs gratie ad hoc elegi: qui in firma mūdi eligo vt fortia queq̄ ꝓfundam. Signuz autem q chriſtus elegerit beatuz franciſcū tanq̄ ſuū imitatorē ſingulariſſimū: ſunt admiranda ꝓdigia eius. Proinde ꝓuenit ſibi illud Eccl. xlv. Similē illū fecit in gloria ſāctoꝝ. Gloria quidem ſanctorū iu hac vita eſt claritas miraculorū. in quibus franciſcus ihū ſimilis ſingulariter fuit. Ut igitur nos ad litterā conuertamus. hic ſicut chriſtus aquā in vinū cōuertit panes multiplicauit. z de nauicula i medio fluctuum maris imota p ſe ad terrā adducta docuit turbas in litore auſcultātes. Huic omnis creatura quaſi ad nutum videbať parere: ac ſi in ipo ſtatus eēt innocētie reſtitutus. Et vt cetera taceam cecos illuminauit. claudos. ſur/

dos.paralyticos.ꝛ omniū infirmitatū generibus laborantes curauit. Leprosos mūdauit. demones effugauit. captiuos eripuit. naufragis succurrit: et ꝯplures mortuos suscitauit. In quibus omnib⁹ vix est inuentus similis illi: qui tot miraculis ī vita ꝛ in morte claruit iā a statu p̄mitiue ecclesie.

¶ Qꝛta xp̄i sapiētia effulgeat in stigmatibus beati frācisci. ǒ triplici sapientia xp̄i sibi cōmunicata. ¶ Ca. II.

Secūdo p̄fata stigmata significāt ex pte christi sapientiā ꝓuidentē: quam ostēdit in carne beati frācisci ei ipa stigmata imp̄imēdo. Tripliciter em̄ sapientiā illi circa hoc cōmunicauit. ¶ Primā interiorē. secūdam supiorem .tertiā exteriorē. ¶ Primo xp̄s dedit ei sapiētiā interiorē. ¶ Proinde dicere poterat frācisc⁹ illud Matth̄. xj. ꝛ Luce. x. Cōfiteor tibi pater ꝛ dñe celi et terre: qꝛ abscondisti hec a sapientib⁹ ꝛ p̄rudentib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniā sic fuit placitū ante te. Fit em̄. Confiteor tibi pater scz p̄ imensas laudes ꝛ gratiarū actiones. Domine celi ꝛ terre. quia abscondisti hec a sapientib⁹ ꝛ p̄rudentibus scz hui⁹ mūdi. Unde .j. ad Cor̄. j. Stultam fecit dom⁹ deus sapientiā huius mūdi. Quomō autē sapiētia in cognoscēdis: ꝛ p̄rudētia in agendis. Hiere. xl. Sapientes sunt vt faciant mala: bene autē facere nescierūt. Est aūt triplex sapientia hui⁹ mundi. De qua Jac̄. iij. Non est ita sapientia desursum descēdens: sed terrena. animalis. diabolica. Terrena vt i cupidis ꝛ in auaris. animalis vt in voluptuosis et luxuriosis. diabolica vt in supbis ꝛ elatis. + A talibus em̄ olim abscondita est sapiētia dei + Proinde Job. xxviij. ait. Non inuenit̄ in terra suauiter viuentiū. quo ad voluptuosos Ab yssus scz auaroꝝ dicit non est in me. Et mare scz superboꝝ loquitur nō est mecum. Item ab scondisti hec a sapientibus: q̄ scz se reputāt sapiētes atq; p̄rudētes Roma .j. Dicentes se eē sapiētes stulti facti sūt. Et reuelasti ea paruulis id est. humilib⁹. Non tamē excludit acumē ingenij: sed dānat tumoꝛez supcilij ꝓm glo. Tria siq̄dem sunt in paruulo maxime necessaria ad sapiētiā: que fuerūt in beato frācisco. vñ scz hāc sapientiā adeptus est. Hec sūt humilitas .puritas. ꝛ credulitas. seu p̄suasibilitas: q̄ sunt q̄si tres sapientie claues. Humilitas qꝛ vbi humilitas est ibi sapiētia adest. Unde Proverb̄. xj. Puritas: qꝛ in maliuolā animā non introibit sapiētia: nec habitabit in coꝛpe subiecto peccatis. Sap̄. j. Credulitas: qꝛ oportet addiscētem credere. Esa. vij. Nisi credideritis nō intelligetis ꝓm aliaz translationē. Et addit. Ita pater quoniā sic fuit placitū ante te. Ad l̄raz ait glo. nō reddet dñs rōnem cur hos elegerit illos vel ro reꝓbauerit: ꝑ sic deo placituz dicit. In q̄ accipim⁹ exēplū humilitatis: ne temere discutiamus de supnis ꝓcilijs. Prouer. xxv. Perscrutator maiestatis oꝑimetur a gloria. Que oīa fuerūt in beato frācisco ¶ Secūdo dedit dom⁹ beato frācisco sapientiā supioꝛē. id est altissimā supiorum cōtemplationez. Proinde Apoc̄. iij. ꝛ Prouerb̄. vj. dñs ait beato francisco. scio opa tua scz p̄ aꝓbationē. Ecce dedi coꝛaz te ostium apertū quod nemo potest claudere: eo q̄ modicaz habes virtutē. Diabolus nanq; ǒ thesauris sapiētie sibi naturaliter per creationē indite supbiēs. claue diuine iusticie exclusus. nititur vnūquēq; ab eodē thesauro excludere. supbiam suggerēs ꝑ quam vera sapientia indignus fiat. quicū q; illi ꝓsensum p̄estat. Sic humilitatis discipulos ꝛ veritat̄ alūnos temptabat in p̄ima opatione virtutis in thesauris sapiētie christi p̄ gloriaz vanā excludere Luce. x. vbi dicit̄ ℞ discipuli reuersi sūt dicētes. Domine demonia etiam subijciuntur nob⁹ in nom̄ie tuo. Per hoc autē verbū ꝓphete quod subdit̄. q̄ nemo potest claudere ostiū apertū. christus discipulis suis dedit: cuz per opationem virtutū eos ad sapiētie sue thesaurum p̄ gratiā suaz introducere disposuit: q̄ diabolus tunc claudere voluit: quādo de ℞tutū gratia eis vanaz gloriā subiecit. Eis tamē hoc ostium claudere nō potuit: quos magister doctrina sua statim ad humilitatē reduxit dicēs. Videbā sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Quasi dicat. Si sathanas ī tāta nobilitate nature cōditus ꝑ inanem gloriā subito ruit: quomodo vos nature infirmioris de ℞tutibus q̄s non ex vobis sed ex gr̄a dei suscepistis gloriantes ad celestia ꝓsurgere poteritis? Sicut ergo supbia ostium ꝓtemplatiōis celestiū. supbienti angelo clausit. sic vere humilitas terreno homini. id est. glorioso frācisci ostium celestis cōtemplationis celestiū secretoꝝ aperuit. Ideo Job̄. subdit. Quia modicam habes ℞tutem. Modica ℞tus digne humilitas nuncupat̄: quia facit hominē seip̄m modicū reputare. modicū aparere. modicā ad seip̄m habere affectionem. Que tria maxime ī beato francisco fuerunt. In p̄mo iudicat̄ humilitas Jac̄. ij. Superbis deus resistit: humilib⁹ autē dat gratiā scz supnarū ꝓtemplationuz ꝛ cogitationū. In secūdo pauptas Matth̄. v. Beati pauperes spiritu: quoniā ipoꝝ est regnum celoꝝ. In tertio austeritas Job̄. xij. Qui odit animā suā in hoc mūdo. in v̄ tā eternaz custodit eā. Que oīa beatus frācisc⁹ impleuit. ¶ Tertio dedit ei dom⁹ sapiētiā exteriorem scz stigmata

De stigmatibus beati franc isci.

sua sacra: que sapientie interioris ⁊ exterioris indiciū extiterūt. ⁊ indicabāt christi sapientiā ꝓuidentē. Rex eñ sapientissim⁹ illud qđ nulla vult obliuione deleri signo sue amoris apparentie sigt. Et qz renouationē passionis sue in qua sapientia sua abscondita est ⁊ eaz in carne francisci sculpserat. p sue crucis cōtinuam trāſformationē nulla volebat maculatione fucari Idcirco ad perpetuā rei memoriā sue passiōis signa impressit in carne beati francisci. Proinde Ezech. xxviij qđ scriptum ē de lucifero beato francisco mystice est dictū. Tu signaculuz plenitudinis. plenus sapiētia. ⁊ pfectus decore. i delitijs paradisi fuisti. Omnis lapis pciosus operimentuz tuum. Sicut eñ lucifer in exordio sue creationis similim⁹ fuit deo in vniūsa multitudine angeloz. Fm Isido. lib. j. de sum. bo. sic gloriosus frāciscus circa terminū vite sue similim⁹ fuit christo in tota vniuersitate sanctoz. Ideo qđ dicit de pncipio luciferi: ad idem dicit de fine frāciſci. scz tu signaculū ⁊c. Et sicut verbū ꝓpositum ꝓlatum fuit ꝺ lucifero ad literam p statu sue inenarrabilis felicitatis quā habuit ante suā subuersionē: sic ꝓuenienter assumit p beato signifero christi p statu sue incompabilis sāctitatis. quā habuit post suā cōuersionem. Nec obstat si sancti lucifero cōparantur sue creatiōis: quia supbi compant ei p statu sue subuersionis: qz sacra scriptura vtrū qđ statuz distinguēs. recte quādoqz extollit eā vt admirabilē. quādoqz ꝺo deijcit vt execrabilem De pmo dicit Ezech. xxviij. tu cherub extentus et ptegēs. et posui te in monte sancto dei. in medio lapidū ignitoz ambulasti. perfectus in vijs tuis a die ꝓditionis tue. donec inuenta est in iniquitas i te. De secūdo Esa xiiij dicit. Quomodo cecidisti de celo lucifer q̄ mane oriebaris. Corruisti in terram. qui vulnerabas gentes. Proinde q̄tum ad statum sue creationis verbum ꝓdictum cōuenienter assumi potest. Sit ergo. Tu signaculū similitudinis. Similitudo eñ patris est verbum dei. speciosissima species ⁊ formosissima forma Pulcherrimus ergo ⁊ venustissim⁹ erat gloriosus franciscus. qui signaculū dicit tam formose similitudinis. Candor est eñ lucis eterne: ⁊ speculum maiestatis. ⁊ imago bonitatis illi⁹. Hoc plꝰicatius pbatur. Quia q̄to medium est purius ⁊ sincerius: tñ magis pceptiuū est specierum. Quare igit corpus beati francisci fuit sic figuratum specie crucifixi. Signuz est qz caro eius fuit purissima ⁊ anima quasi deificata ⁊ purificata puritate. Tu ergo frāciſce signaculū similitudinis es. Et addit. Plenus sapiētia. Proꝺecto q̄cunqz ad dei sapientiaz puenire desiderat ante oīa stultus sibi videri debet. Sic ait apostolus j. Cor. iij. Si qs inter vos sapiens videt esse in hoc seculo: stult⁹ fiat vt sit sapiēs Cum eñ homo didicerit in se ꝓtemnere sapiētiam humanā puenit ad ꝓpriū diuine sapiētie sensum. qui magis est p influxū spiritualez petēdo diuina. Quemadmodū Diony. ait q̄z agendo ꝓtute humana. Que oīa beatus frāciſcus fuauit: ideo diuina sapiētia plenus fuit Erat eñ sapiētia eius celica deſurſū descēdēs pudica pacifica modesta suadibilis bonis consentiēs plena misericōdia ⁊ fructibus bonis. Proinde Prouerb. iij. dicit a salomone i pſona beati franciſci. Stultissim⁹ sum virorum: ⁊ sapiētia hominū non est mecū. non didici sapiētiaz ⁊ noui sciētiā sanctoz. Et subdit Ezech. dicēs Et pfectus decore. Fuit eñ pfect⁹ decore virtutum. morū. ⁊ stigmatū. Hūc decorem pbat innocētia: qua bestiolas ⁊ auiculas affectu desiderabili ad se traxit. Caro que post mortem quasi glorificata resplēduit. Anima que sb specie stelle p̄fulgide i celo empyrreo se recepit. Sed ⁊ miracula multa q̄bus post modū clarius choruscauit. Ee sequitur i delitijs paradisi fuisti scz sepe ab oi sensu subtract⁹ ⁊ rapt⁹. Omis lapis pciosus. i. ois ꝓtus pfectiōis. operimētuz tuū: qz in oībus habituat⁹ es multotiēs.

Qđ tū appareat potētia dei i stigmatibus beati frāciſci: et de laudib⁹ mōtis aluerne. Capm. iij.

Tertio q̄ ex parte christi p̄fata stigmata indicant potentiā impzimentē: qua impmit terroꝛē aduersarijs ⁊ amoꝛē filijs. Nam he sūt littere anulo regis assueri signate Hester. viij. c. Quia vt ibidē dicitur hec erat ꝓsuetudo vt ep̄lis que ex regis nomie mittebāt ⁊ illius anulo ꝓsignate erāt nemo auderet ꝓtradicere. Sz dilectis filijs glorioſi frāciſci tm̄ potētia ihu amoꝛē impmit ⁊ vigoꝛē: vñ dubitare nō hñt qz sicut ꝓtus ihu vitā frāciſci sensibilē p supnaturalē potētiā pbuerat i coꝛpoꝛe vulnerato. Sic etiā contra naturales nostre carnis defectus ꝓtus ihu xpi in obseruantia regulari ipos ptexit ⁊ ꝓseruabit. Hoc ē signum de quo dicere pōt ihs illud Exo. iij. Ego ero tecū Et hoc habebis signū qz miserrime tecuz eduxeri pl̄m meū de egypto imolabis deo sup montē istum scz alueme. Felix igit ille mōs quē tanto ꝓuilegio altissimus ihs dignatus ē insignire. Vere mons dei. mōs pinguis. mōs lybani puritatis. mons syon speculatiōis diuinoꝛū. ⁊ mons pfectionis legis quasi synai. In quo nō tm̄. mādatū sufficiētie: ꝫ ꝓsiliū supererogationis pfecte felicioꝛi igne incēdit ⁊ sacrat. Ibi arder rubus ⁊ nō cōburit spina: qz in illa lege ardet cōcupiscētia. ⁊ nō remittūr peccata

ꝛ ꝫ reuelauit deꝰ moysi. Hic ardens apparens ibꝫ: ꝛ ꝓsumit ꝯcupiscētiā ꝛ purgatiōis peccati scoriam i frācisco. Hic ē mons tēpli dei. mōs montia. in q̄ pacificus noster verꝰ salomon ihs tēplū edificat non lapidib⁹ ferro q̄dratis atq; politis: ꝫ de christi clauis lancea ꝛ spinis quadratis ꝛ sculptis. De ꝫ igit mōte Alexan. iiij. in bulla que incipit. Si noue militie militātis ecclesie sic ait ad ordinē totū. Sane dilecti filij celebre ē illū vernātis aluerne montē in q̄ sublimatū corpus a sublimiori animo nō dissentit: cū ibi ꝓius suus amor interiꝰ in mōte feruēs. intuitu seraph incalescēs incendij feruore ꝓrupit exterius decorās corpꝰ in cruce splēdidissimis margaritis affectionis brachijs amplecti mur tot et tāta mirifice recolentes. Quem eīm amicum eterne salutis iste locus nō delectet q̄z plurimū: vbi extremo iam instante seculi senescentis interitu ostēdit excessus regis militē regis militaribꝰ insignitū. vt regis aciem iam labentē. iamq; ab hostib⁹ fugientē defenderet: ꝛ certamē victoriosum triūphatoris superni. verbis ꝛ actibus. hostibꝰ aggrediētibꝰ predicaret. Hec ille. Felicia etiam signa dñice passionis in corpe frācisci impssa. cū ꝓtegant cūes deuotos suos. Ecclesiastice q̄ppe dom⁹ cruce picta signari solēt vt sub ꝓtectione papali pstistere cognoscant. Pōtifices q̄z ppt̄ ꝫ ecclias signāt vt ipa ꝛ ꝓsecratio videat. Templū g̃ sanctissimū aie ꝛ corpis gl̃iosi frācisci ꝛ regulā cōstitutā ab ipo ꝓsignauit ꝓsecrauit pontifex sūmus xp̃s atq; sub sua ꝓtectione accepit: vt de cetero nullꝰ audeat sibi eē molestꝰ: q; stigmata dñi ibu in corpe suo portat. Ut cꝫbꝰ plene constaret q; regula eiꝰ ē tanta ꝓtectiōe munita: q; q̄cūq; hāc regulā secuti fuerint pax sup illos ꝛ miscōia sup israel dei. Ꝓroinde ex de vsur. c. Exijt q̄ semiat. li. vj. in declaratione regule minoꝝ Nicolaꝰ papa. iij. sic de ipa regula inquit Ipa euāgelica fundat eloquio. vite xp̃i roborat exēplo fundatorū militātis ecclesie aplōꝝ eiꝰ sermonib⁹ actibusq; firmat. Hec est apud deū ꝛ patrē mūda ꝛ imaculata religio: que de scēdēs a pre luminū ꝓ eiꝰ filium exemplariter ꝛ verbaliter tradita aplis: ꝛ demū ꝓ spm̃sctm̃ beato francisco ꝛ eum sequētibus inspirata totius in se quasi continet testimoniū trinitatis. Hic est enim cui attestante apostolo nemo debet esse molestus quem christus passionis sue stigmatib⁹ ꝓfirmauit: volēs institutiōez ipius passionis sue signis nobilit insignari. hec ille.

Articulꝰ. II. q; sacra stigmata ostēdunt tria sublimia fuisse in beato frācisco.

Secundū mysteriū circa hec sacra stigmata ꝓsideremus scz quid indicent ex parte sancti. Primo ardentissimā charitatem. scdo pfectissimā vnitatem. tertio sublimissimā dignitatē.

Be septem flāmis ardētissime charitatis que fuerunt in beato frācisco. Capitulum. I.

Primo q̄dez hec stigmata sacra ex parte beati francisci indicāt ardētissimam charitatē. Multū quippe accēsa ē fornax quādo ꝓ latera flāme violēter erumpunt. O q̄nto amore franciscus ardebat. cui amplissimi cordis regio non suffecit: q̄n ipa flāma amoris euaporaret per quinq; corpis sui apturas Fecit eīm ille ignis fenestras violētia sua: quia intra frācisci animā claudi nō valebat. ideo penetrauit ꝛ incendit carnem vicinā. vt demū cūcta mundi climata inflāmaret. Ꝓroinde q̄dē de illo sic ait. Sic trāsformat cor amātis in id qđ amat. Ut ꝓ mēbra fortis virtus prūpat amoris Magni q̄ppe vigoris ē ignis ille q̄ humidum mare flammauit. O q̄ ardebat desiccata ab oi amore mūdi regio mētis eius: qđ sic humiduz carnis sue flāmescebat. atq; rubebat spūssancti igne. Ꝓroinde Lañ. viij. ꝛ vltimo glorioso frācisco dñs ait. Pone me vt signaculū super cor tuū: vt signaculū sup brachiū tuum. Quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infern⁹ emulatio. Lāpades eius lampades ignis atq; flāmaꝝ. aque multe nō potuerūt extinguere charitatē. In q̄bus sacratissimis xp̃is septē flamme ardētissimi amoris ꝓ ordinem exprimunt. q̄bus beatus franciscus ardentissime flāmescebat. Prima dicit meditatio. scda imitatio. tertia sepatio. quarta emulatio. q̄nta inflāmatio. sexta exemplatio. septima insupatio. De q̄bꝰ dictuz est ꝫ. Simone. iij. c. j. que possunt beato francisco faciliter adoptari.

Qꝛ triplice virtute cōsecutus ē beatus franciscus illa sacra stigmata in corpe suo. Capitulum. II.

Secūdo p̄dicta stigmata indicant beati frācisci cum christo pfectissimaz vnitatē ꝛ ꝓformitatē. Tāto eīm ardore flāmescebat beatus frācisc⁹ ad amorosū ihm: q; triplici virtute erupit spūssancti ignis in lāpades flāmarū. per q̄nq; corporis eius apturas Primo virtute imaginationis dispositiue. secūdo virtute admirationis dispositiue. tertio virtute dilectionis vnitiue pfectiue ꝛ transformatiue. Primo in q̄ virtute imaginatōis dispositiue. Nam fm mūdi sapiētes imaginata fortissime ꝓtingit q; q̄nq; euenire solēt. Multū q̄ppe sequit corpus animaz in actionib⁹ suis. Ꝓro-

De stigmatibus beati francisci

pterea cõtinua imaginatio passionis christi q̃ a principio fuit glorioſi frãciſci: fuit diſpoſitio magna vt ad hanc realitatẽ veniret. Nõ dico tamẽ q̃ talis imaginatio ꝓduxerit hunc effectum: quia talem errorẽ ꝛ ſãcta eccleſia reprobat. ꝛ vera ratio ꝓfutat ꝛ ꝓdemnat. Quia virtute imaginatiua q̃tũcunq̃ forti. non fit imutatio ſolidorũ neruorꝫ. quẽadmoduꝫ fuit facta in ſacris ſtigmatib⁹ franciſci ſicut infra dicẽt.

Preterea materia fluida et ſi natura et imaginatiõe vehemẽti mutẽt ꝛ alterẽt ꝛ anime obediens fiat: tamẽ vbi materia dura eſt imaginationi non paret. ſm ſentẽtiã Aug⁹. xj. de trini. Item ſi imaginatio vehemẽs haberet ſtigmata inſignire. hoc ꝓ omnib⁹ alijs i beata virgine ꝓtigiſſet que iuxta crucem de dominica paſſione ꝓ oĩbus alijs doluit ꝛ afflicta fuit Nõ tamẽ nec eccl̃ia nec aliquis doctorꝫ affirmat. Multiplices tñ apparitiões crucis ꝛ paſſionis christi magnã diſpoſitiõeꝫ huic myſterio pstiterũt de q̃bus aliquas ſubiungamus.

Octo ſunt crucis apparitiones.

Primo eñ ante beati franciſci cõuerſionẽ ad christũ cum militẽ paupertatẽ ſe nudato ſuas induiſſet veſtes. nocte ſequẽti cuꝫ ſe ſopori dediſſet vidit palatiũ ſpecioſum ꝛ magnũ cum militarib⁹ armis cruce ſignaculo inſignitis. Dictũ q̃ ẽ ei tã q̃ amico crucifixi futuro q̃ oñia ſua foret militũ q̃ ſuorum ſi vexillũ crucis cõſtanter aſſumeret. Secõ cũ adhuc ſecularis cẽt iret q̃ iuxta eccleſiã ſancte marie de portiũcula forti ter q̃ plorare: interrogatus a quodaꝫ viro ſpũali de cauſa curſic fleret amare. Reſpõdit q̃ q̃ dñi ihu paſſionẽ plorabat. ꝓ qua nõ deberet verecũdari ire plorãdo ꝓ totũ mũdũ hoc in legẽda triũ ſociorũ habet Tertio dum ſolus ſequeſtrat⁹ oraret apparuit ei christus veluti cruci affixus. ad cuius aſpectum liquefacta ẽ anima eius. ꝛ memoria paſſiõis eius ita medullit⁹ cordis ſui viſceribus ẽ impreſſa: vt ꝛ plagas dilecti ihu oculis mentis quaſi iugiter cerneret. ꝛ vix exteriꝰus a lachrymoſis gemitib⁹ ſe cõtinere valeret

Quarto apparuit ei christ⁹ crucifixus in eccleſia ſancti Damiani. Cui orãti de cruce dñs ait. Frãciſce vade repara domũ meã: q̃ vt cernis tota deſtruit Quinto dũ frater ſilueſter adhuc eẽt ꝓſbyter ſecularis: vidit crucẽ aureã ex ore beati franciſci ꝓcedentẽ. cuius altitudo celos tangebat. ꝛ brachia eius ꝓtendebantur vſq̃ ad termios vniuerſe terre. Cui⁹ aſpectus ꝓfulgid⁹ draconẽ deterrimũ effugabat Sexto apud caſtrum ſancti ſeuerini in marchia frater pacificus vidit beatũ frãciſcum duob⁹ enſibus valde fulgentibus mirabiliter decoratũ quoruꝫ vnus a capite ad pedes aliter a manu ad manũ trãſuerſaliter per pectus i modũ crucis tranſibat. Septimo vidit idem frater pacificus crucis ſignũ in fronte beati frãciſci. colorũ varietate diſtinctum q̃ faciem eius miraբiliter venuſtabat. Octauo apud arelatem dum de titulo crucis beatus anthoni⁹ ꝓdicaret in capl̃o. Vidit frater monaldus beatũ frãciſcũ in forma crucifixi ad oſtium capituli fratribus benedicentẽ: cum ipe beatus pater tũc ageret i remotis. Pozro bene ſeruabat beat⁹ frãciſcus qđ ei a domino Exo. xiij. dictum eſt. Erit quaſi ſignũ in manu tua. id ẽ. penitentie tue virtus. ꝛ crux que conſiſtit in gaudio atq̃ pena: erit quaſi ſignũ futurorũ. Et ſequit. Et quaſi appenſum qui ob recordationẽ ante oculos erit ſcz crucifixus ihs. Ut ſicut qđ añ oculos pendet obliuioni minime tradi põt: ſic nec nec paſſio christi a te iugit̃ meditata. Dicit eñ ꝓpheta in ꝑſona ei⁹. Ponebã dominũ ſcilicet crucifixum in cõſpectu meo ſemp. Hec octo teſtimonia credibilia facta ſunt nimis teſtimonium pstãt huic none apparitioni: quãdo ei christus impreſſit ſacra ſtigmata. ꝛ huic tanq̃ diſpoſitiones ꝓambule congrue ꝓceſſerunt. Sicut ergo domin⁹ Bonauent⁹. in maiori legẽda ait christus ihs crucifixus intra mentis beati franciſci vbera: vt myrrhe faſciculus mirabiliter atq̃ iugiter morabat. in quẽ optabat ꝓ exceſſuũ amoris incendiũ totaliter tranſformari Pozinde crucis myſteriũ magnũ et mirum in quo chariſmata gratiarũ ꝛ merita virtutum. ꝛ theſauri ſapientie ꝛ ſcientie dei. tam alta ꝓfundi tate velant. vt a mundi ſapientib⁹ ꝛ prudentibus ſit occultum: tam plene fuit huic pauperculo reuelatum: vt omnis vita ipius non niſi christi dulcedinem ſapet. ꝛ non niſi gloriã crucis predicaret.

nota

De apparitione ſeraph.

Secundo hec ſtigmata beato franciſco impreſſa fuerũt virtute admirationis ꝓmotiue. Oues quippe iacob in aſpectu virgarũ varios fetus ꝓtulerũt. Apparuit eñ ei ihs in ſpecie ſeraph. Nã ſicut recitat dominus Bonauent⁹. cuꝫ eſſet beatus frãciſcus in loco excelſo qui dicit mons aluerne. ꝛ in ei⁹ parte occidentali mane in auroza circa feſtum exaltationis ſancte crucis celeſtiũ deſiderioꝫ ardentioꝫ flãma ſuccẽſus: ſupnarũ cepit imiſſionũ cumulatius dona ſentire. Dum igit̃ ſeraphicis deſiderioꝫ ardoribus ſurſũ ageretur i deum. ꝛ affectus compaſſiua teneritudine i eũ tranſformaret. cui ex charitate nimia crucifigi cõplacuit. in latere montis orans. vidit ẽſi ſpeciem vnius ſeraph ſex alas tam fulgidas quaſi

ignitas de celozum sublimitate descẽdere. qui volatu celerrimo ad aeris locum viro dei propinquũ gueniens. non solum alatus: sed etiaz crucifixus apparuit. Manus quidez ⁊ pedes habens extensos et crucifixos alas ꝺo sic miro modo hincinde dispositas vt duas super caput erigeret. duas ad volandũ extenderet. duabus vero reliqs totuz corpus circũplectẽdo velaret. Hec videns vehementer obstupuit: mixtũ qꝫ doloze gaudium mens eius incurrit. dum i gratioso aspectu sibi tam mirabiliter ꝯ familiariter apparẽtis excessiuã quandã ꝓcipiebat leticiã. ⁊ dira ꝓspectu crucis affixio ipius animã compassiui dolozis gladius ptrãsibat. Intellexit siquidem illo dicente interius ꝙ apparebat exterius. Quicz passionis infirmitas cuz imortalitate spiritus seraphici nullatenus cõueniret: ideo tamẽ huiusmodi visio suis fuerat ꝓsentata ꝓspectibus. vt amicus ipe christi ꝓnosceret se non ꝑ martyriũ carnis: sed ꝑ incẽdium mentis totũ in christi ihu crucifixi expssam similitudinẽ trãsformãduz.

Qd sterũ sex alaz glozioſi seraph

Splendoz alarum indicat radiosam illuminatioñ intellect⁹ glozioſi frãciſci Ignitura vero earum alarũ ignitionẽ cozdis ⁊ affectus illi⁹ apte demõstrat. Et ex alemysticũ habẽt in franciſco ſignificatũ. Unde due ꝑme reſpectu dei ſunt aſpectus veritatis ⁊ hauſtus charitatis. due reſpectu ꝓximi: ſunt vis illuminatiua ⁊ vis inflãmatiua. due sũt reſpectu ſui ſunt inocẽtia ⁊ iuſticia ſeu cuſtodia ⁊ diligentia que oĩa fuerũt in beato frãciſco. Sed quia totus ardoz ſpũſſancti in eternũ diffundendus ſup humanã naturã de ardoze crucis ⁊ ꝺ imẽſurabilis chriſti amoris plagis oziginem habet: ideo inter alas ſplẽdidas ⁊ ignitas iſtius ſeraph⁹ chriſti crucifixio oſtenſa eſt. Hoc igit mirabiliorũ admiratiõe ſuſpẽſus beatus franciſcus totus ꝓmouebat vt ipius seraph figuret effigie.

Uis triplex diuini amoris

Certio fuerũt impſſa hec ſtigmata virtute dilectionis ꝓfectiue vnitiue ⁊ trãſformatiue. Habet eñ diuinus amoz ⁊ ardoz vim triplicem in ſuo effectu. Primo eñ habet vim liquefactiuã. Ideo tãta fuit ardẽs charitas beati franciſci ad chriſtũ crucifixũ ieſum ꝙ igneus ihs ſcintillãs diuinitate ⁊ cãdeſcens flãmea charitate ⁊ humane facie apparẽte ſupza coz ⁊ corpus illius tam fl̃ meũ igneuz ⁊ vigoroſũ effudit ꝙ factum eſt coz eius tanqz cera liqueſcẽs. Secũdo amoz ille habet vim figuratiuam ad modũ cere fluẽtis in ſculpturaz ſigilli. ideo beatus frãciſcus tali liquefact⁹ ardoze mente ⁊ carne totus defluxit ĩtoa ſculpturam vulneris apparẽtis ihu: ⁊ amãs in amatũ ꝙ vim huius amoris tranſformat⁹ eſt. Proinde tota trinitas ꝙ chriſtũ ait illud Gen̄. j. Faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtram: quia imaginẽ ſue paſſionis impreſſit in corpe ⁊ ſimilitudinẽ impreſſit mẽti. Tertio vero amoz ille habet vim reſolutiuam atqz depaſcens terreſtrẽ materiã ſemper tendit ad ſũma. ideo talis amoz coz beati frãciſci depaſcens et carnem illius incendẽs eam inflãmando crucifixo cõfiguravit. Atqz completuz fuit in illo ꝙ antea affectuoſiſſime poſtulabat dicẽs. Abſorbeat queſo domine mentẽ meam ab omnib⁹ q̃ ſub celo ſunt ignita ⁊ melliflua vis tui amoris vt amore amoris tui moziar: q̃ amore amoris mei dignatus es mori. Unde iam cum apoſtolo ad Gal̄. ij. dicere poterit. Uiuo autẽ iam nõ ego: viuit ꝺo in me xp̃s. Et illud ad Gal̄. vl. De cetero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata domini ihu i coze meo poza gratia domini noſtri ihu chriſti. Ad q̃dem verbum papa Nicola⁹. iij. in declaratiõe regule noſtre vt habek extra de verbo. ſigni. c. exĳt q̃ ſemiatli. vj. de frãciſco intelligit eſſe dictum: cum nec paulus nec alius ſanct⁹ auctozitate eccl̃ie legatur in corpore ſuo portaſſe ſtigmata hec ſacra. Merito ergo dicere poterat cum ꝓpheta Inflãmatuz eſt coz meũ ⁊ renes mei cõmutati ſũt ⁊ ego ad nihilum redactus ſum.

De triplici ſtigmatum dignitate ⁊ que ſit illa. Capitulum. iij.

Certio ꝺo hec ſacra ſtigmata ex pte beati frãciſci iudicãt ſublimiſſimã digni/tatẽ. Triplex eſt eñ dignitas ſtigma/tum eius. Prima eſt ipoz ſtigmatũ formatio ſecũda miraculoz̃ multiplicatio. tertia ꝓiuilegioz̃ admiratio.

De forma ſtigmatuz.

Prima vero dignitas ipoz ſtigmatuz eſt eoz̃ formatio. Ait eñ domin⁹ Bonauent̃. in legẽda minoz ꝙ poſt ſeraphicã apparitionẽ ſicut dictũ eſt diſparẽs viſio poſt archanũ ⁊ familiare colloquiũ. mentẽ ipius ſeraphico ĩterius inflãmauit ardoze carnẽ ꝺo crucifixo cõformi exterius inſigniuit effigie tanqz ſi ad ignis liquefactiuã virtutez ſigillatiua eſſet impreſſio ſubſecuta. Statim nãqz in manibus eius ⁊ pedibus apparere ceperunt ſigna clauorum ipoz̃ qz capitib⁹ in ĩteriori parte mannũ ⁊ ſupioz̃ pedum apparentib⁹ ⁊ eoz̃ acumini/bus exiſtentib⁹ ex aduerſo. Erantqz clauoruz capita in manibus ⁊ pedib⁹ rotunda ⁊ nigra. ipa vero acumina oblonga retorta ⁊ repcuſſa: que de ipa carne ſurgentia carnẽ reliquam ex-

cedebant. Sic qdem repcussio ipa clauoꝝ ꝑb pedib⁹ adeo eminens erat et extra ptensa: vt non solū plantas solo libere aplicari non sineret. verūetiam intra curuationē arcualem ipo rum acuminū faciliter imitti valeret digit⁹ manus. sicut ꝛ ab eis ipe accepi qui oc̄is ppꝛijs ꝓspexerūt. Dextrū quoq; latus quasi lancea transfixū rubra cicatrice obductum erat. qō se pe sanguinē sacrū effundēs tunicā ꝛ femoralia in tanta copia respergebat vt postmodum fratres ea lauantes ꝑ tēpoꝛe aduerterēt: q; sicut in manibus ꝛ pedibus sic et in latere famulus christi expꝛesse haberet impꝛessaꝫ similitudinē crucifixi. Hec ille.

De duodecim miraculis stigmatū beati francisci.

Secūda dignitas stigmatū beati francisci. ē miraculoꝝ multiplicatio. Ex antedictis verbis Bonauēt. duodecim miracula in stigmatib⁹ beati francisci notari ꝛ numerari possunt. Pꝛimū miraculū est: qꝛ non tm̄ manus ꝛ pedes apparuerūt ꝓforati sed etiā cōclauati: quia in eis claui apparuerūt Secundū qꝛ capita clauoꝝ erant rotūda et nigra adinstar ferri: cum tamē carni ꝛ neruis silēs in q̄bus vel ex quibus extiterūt esse debuerunt. Tertiū qꝛ ipa clauoꝝ acumina erant oblōga retoꝛta ꝛ repcussa: cū nec incus nec malleus fuerint ibi. sed tm̄ ignis spiritussancti et malleus christi omnipotētis. Quartuꝫ qꝛ ꝓdicti claui sicut ex p̄cedentibus colligi potest fuerūt a manib⁹ christi fabꝛicati vel de subiecto ppꝛij carnis beati francisci. aut de materia noue creationis quēadmoduꝫ attestatur papa Alexā. iiij. in ꝓuilegio de stigmatib⁹ sacris. Si q̄s haberet ō vera veste dn̄i nostri ih̄u christi qua. s. sacrum illud fuit ꝓtectum coꝛpus. atq; de hoc certus esset. aut haberet aliq̄d q; manus beate virginis fabꝛicauerūt. vel saltez ꝓtrectauerūt vel haberet aliquid simile. magnum se habere thesaurum estimaret. atq; multo veneraretur obsequio ꝛ deuotione: cū sepius talia impendantur multis reliquijs ꝛ christi ꝛ beate virginis aliozūq; sanctozū de quibus nulla certitudo habet: q̄to igitur maioꝛ deuotio atq; veneratio adhibēda est reliquijs que non tm̄ tetigerunt sacratissimū coꝛpus christi: sed a sanctissimis manibus suis facte seu create sunt. Que q̄dem sicut ex p̄dictis patet fuerūt claui stigmatum beati francisci: quos ipemet ppꝛijs manibus creauit. ꝛ fabꝛicauit sicut attestat Alexāder. iiij. papa pꝛedictus. Nec recolo me legisse nec repisse aliquid aliud imediate fabꝛicatuꝫ a manib⁹ ih̄u christi qō ab ecclesia fuerit apꝛobatum: nisi hos clauos ꝛ stigmata hec sacra.

Quintuꝫ est: quia in loco ossoso et neruoso nō in molli hec stigmata sūt impꝛessa. quod nō potest vehemēti imaginationi attribui sed miraculo dei sicut ex p̄cedentibus patet. Sextum quia claui pedum atq; manuū cū essent neruei seu carnei: tamē q̄si adinstar ferri erant duri solidi atq; fortes. Septimū quia claui non erant bꝛeues tm̄ capita ꝛ acumina habentes: sed erant longi vtpote transeuntes manus ꝛ pedes. ꝛ ad ptem aliam resultātes. Octauum quia claui taliter recuruabant a parte exteriozi qui ꝯo in pedibus in ptibus inferiozibus. Hec autē recuruatio taliter i pedib⁹ eminens erat: q; intra arcualem curuationē ipoꝝ digitus imitti valebat. Nonū quia dextrū latus quasi lācea trāsfixum ꝛ aptum rubꝛa cicatrice obductū erat. Decimuꝫ quia lateris plaga sepe sanguinē sacrū effundēdo tunicam ꝛ femoralia in tāta copia respergebat: q; ea lauari necesse erat. Undecimū qꝛ laterale vulnus tanto tēpoꝛe nō putrefiebat. Duodecimū quia ꝑ bienniū cuꝫ apto latere supꝛa naturam beatus frāciscus vixit.

De duodecim ꝓuilegijs stigmatū beati francisci.

Tertia dignitas hoꝛū sacroꝝ stigmatum est pꝛiuilegioꝝ admiratio. Duodecim nempe sunt ꝓuilegia q̄bus exoꝛnatus ē beatus frāciscus cū adeptus est hec sacra stigmata. Pꝛimum dicit sactificatio. scōm multiplicatio. tertiū supꝛessio. q̄rtū ꝓfirmatio q̄ntū assiłatio. sextū ꝓsolatio. septimū martyrizatio. octauū pfectio. nonū canonizatio. decimū exaltatio. vndecimū honoꝛatio. duodecimū glozificatio. Pꝛimū ꝓuilegiū ꝛ sanctificatio: qꝛ in hac stigmatizatiōe ita ꝑ spm̄sanctū sactificat⁹ ē: vt moze ap̄loꝝ vlteri⁹ moꝛtaliter nō peccaret. cū talis trāsfoꝛmatio aie ꝛ coꝛpis atq; talis stigmatizatio q̄ in eo pseuerauit vsq; ad moꝛtem cū moꝛtali culpa videt nō posse stare. Secūduꝫ est multiplicatio. Credo em̄ q; tunc copiosioꝝ gr̄a ei multiplicata sit q̄ꝫ antea haberet: eo q; foꝛte gratia ꝑuia ad talem et tātā transfoꝛmationē sufficiēs nō fuisset: quēadmodum dicunt doctoꝛes de beata virgine. q; añ verbi incarnationē erat gratia plena. Licet ergo illa sufficeret ꝑ eius sanctificatiōe: tamē nō sufficiens erat pꝛo eterni verbi incarnatione. Pꝛoinde scd̄a sanctificatio illi tradita est: que ꝑ tanto mysterio sufficiebat. sic ꝛ de beato frāciſco in ꝓposito dici potest. Tertiū fuit supꝛessio: quia per gr̄aꝫ fomes peccati in eo supꝛessus est. Unde deuotū ꝛ ꝓbabile est credere q; seraphica manus ih̄u tunc illam carnem purgauit ab oīi rebellione. q; extūc nihil ha/

buit impellēs ad malum .et habuit illum incitans ad omne bonū. ⁊ maxime ꝓsiderata eius cum deo vnione ⁊ adhesiōe que cū deo vnus spūs factus erat. ac p ꝓsequens fomes ī eo suppressus ⁊ sopit⁹ fuit. Ait eñ apostol⁹ .j. Cor. vj. Qui adheret deo vnus spūs est cum eo.

¶ Quartū ē ꝓfirmatio: sic scz q; a gratia nūq; caderet. Nam ⁊ magdalene Luc. x. dictuz est. Maria optimaz ptem elegit que non auferet ab ea. Dic ppterea credi pōt q; p hoc signaculum dei viui sanctissim⁹ pater accepit arram p manendi in gratia ⁊ specie beatitudinis eterne cuz iam p reuelationē antea habuisset q; ei dom⁹ dederat remissionē peccatoꝝ. ¶ Quintū est assimilatio siue expressio. Per hanc quidez stigmatizationē facta est in eo similitudo ⁊ expressiua forma crucifixi ihu: cui⁹ passio in suis mēbris fuit in ipo ihu impressa quasi tota trinitas in hoc mysterio p ihēm dixerat illud Gen. j. Faciamus hominē ad imaginē ⁊ similitudinem nostrā eo q; imaginē passionis sue impressit in eius corpore. ⁊ similitudinez figurauit in eius mente. ¶ Sextū est consolatio. Cum eñ mētalis ⁊ corporalis crux christi haberet lōgitudinē gaudij: ⁊ latitudinē doloris. quia dolebat ⁊ gaudebat p dei voluntate ⁊ p nostra redēptione que erant q̄si duo ligna .⁊ amor erat quasi cōnectens clauus vnde prima duo origi nem attrahebāt: ppterea hanc passionē ⁊ crucem cōmunicādo christo glorioso francisco necesse fuit ei hec tria sentire. ⁊ in ea totaliter trāsformari Proinde triplicē sensum de cruce christi expiebat scz doloris ⁊ gaudij: iuxta q̄titatem ⁊ ꝓportionē diuini amoris. Ad que sentienda illum ⁊ oēs alios hortabat apostolus dicens ad Philip̄. ij. Hoc eñ sentite in vobis qđ est in christo ihu. ¶ Septimū est martyrizatio qđ ex p̄cedenti originem habet. Porro acerbissimus fuit dolor mētalis ⁊ pena corpalis passiōis christi: sicut declarauim⁹ supra sermone. lvj. parte. j. ⁊ in trib⁹ articulis ei⁹. Hē talem quipe dolorē passionis christi per compassiuā trāsformationē anteq; stigmata illa sacra suscepit p biennīū .id est. vsq; ad mortē tāmente q; carne in cōtinuo martyrio vitam duxit. Merito ergo Exo. xxv. c. in mysterio ō beato francisco dictū est. Quis similis tui in fortibus domine. id ē. iter alios sanctos .q̄s similis tui scz in dolore mētali ⁊ pena corporali et stigmatib⁹ sacris scz nisi gloriosus franciscus qui est magnificus in sanctitate. terribilis scz demonib⁹ ppter stigmata sua. atq; laudabilis scz angel⁹ et hoīb⁹ . ⁊ faciēs mirabilia? ¶ Octauū est p̄fectio. Fuerūt nempe hec stigmata signa sūme p̄fectionis in eius anima ⁊ carne Speculum eñ maculatū atq; turbata atq; siue lutosa non reddunt speciē. sicut politum speculum ⁊ aqua purissima ⁊ quieta. O q̄ p̄fecte redderet speculū figurā ꝓpositaz quādo tante virtutis esset q; etiam ex p̄te plumbi decoꝝ redderet speciem atq; clarā. quēadmodū faceret ex parte vitri. Vitri similitudinē tenebat anima glorioſi francisci: plūbi autē caro. Quis igitur p̄fectionis decoꝝ fuit in ei⁹ anima ad reddendū imaginē crucifixi! quando in ei⁹ cruce carne sic sculpta refulgebat figura redēptor⁹ nr̄i? Quippe inestimabile signū p̄fectionis eius fuit figuratio talis: hanc similitudinez eu apozās in ei⁹ carne. Nam ad tantā sinceritatē mentis ⁊ mūdiciam carnis deductus est: vt iam videretur statum innocētie assecutus. Nam legitur in legenda sua. quasi creaturis omnib⁹ etiam insensibilibus impasse: vt in hoc gradu innocentiā excedat nature. Nam ignis suum tempauit ardozem. Et aer in nocte claram p̄buit lucem. Et aqua suum mutauit sapozē. Et petra sicca sapidū reddidit fontem. Et sic inn ocēti francisco oīnia ꝓbentur ei emēta parere ⁊ obedire.

¶ Nonū est canonizatio et a deo aprobatio. Nam hec sacra stigmatizatio beati francisci sāctitatis ei⁹ aprobatio ⁊ autēticatio fuit .p bullam crucifixi dei viuētis. Qđ declarātes plures sūmi pontifices diuersis ꝑuilegijs hec ꝓfirmauerūt Quoꝝ ꝑmus fuit Greg⁹. ix. qui beatum franciscū cathalogo sanctoꝝ non soluz ascripsit: verūetiam de stigmatib⁹ eius plures bullas ꝓfecit. Prima incipit Cōfessoꝝ domini glorioſus. Secūdaz vo scripsit cōtra quosdaz oblocutoꝝ ⁊ impugnatoꝝ stigmatū p̄dictoꝝ. Et incipit. Usq; ad terminos orbis terre p̄sumptionis tue signa ꝑtendent ⁊c. Secūdus papa fuit Alexā. iiij. Qui de p̄fatis stigmatibus tres bullas fecit. Prima incipit. Grāde ⁊ singulare miraculū. Secūda incipit Benigne diuine oratio voluntatis. Tertia incipit Inoue leticie militātis ecclesie. Prefati igit sūmi pontifices asserunt in ꝑuilegijs antedictis stigmata nō solum oculis aspexisse. sed etiā fide dignissimis testibus aprobasse. Tert⁹ fuit papa Nicolaus. iij. Qui bullaz p̄dicti Greg. aprobauit. Secūdo quoq; in declaratiōe nostre regule extra de verb. signi. li. vj. c. Exiit q̄ seminat ⁊c sicut supra ī fine p̄mi articuli dictuz est idem patet. Quart⁹ fuit papa Benedictus qui bullam ordini dedit: q; festum de stigmatibus celebraretur. Ex his patet q; solēnis ⁊ autētica sit canonizatio glorioſi francisci et stigmatū eius. ¶ Decimū p̄uilegiū est exaltatio Nam ex stigmatizatiōe factus est cancellari⁹ ihu christi tenens sigillū. id est. signū dei viui Apoc. vij. q̄ ꝑseruant electi ab ira dei Ezech. ix. Fact⁹ ē etiā legatus ⁊ vexillifer sūmi regis.

De stigmatibus beati francisci

Unde Greg⁹. in ps̄a quā fecit de laudibus beati francisci que incipit caput draconis sic ait: Uerū de christi latere nou⁹ legatus mittit in cuius sacro corpe vexillū crucis cernitur: franciscus p̄nceps iclytus signū regule baiulat scz tanq̄ capitane⁹ noue militie ihu christi Profecto strennuissimos milites faciūt puidi reges in bellis periculosis regalia insignia baiulare. Quia igit̄ francisc⁹ summi regis ihu signū qđ gestauit in corpore singulari ꝓualuit ꝓbitate firmū. Ait em̄ apostol⁹. ij. Timoth. ij. Firmamentū dei stat habēs signaculū hoc. Stetit ergo franciscus in bello temptatiōis in modū firmissimi fundamēti. Nōne vt renouatū fundamentū edificiū ecclesie stabiliuit quēadmodum p̄ visionem domini Innocētij cōprobat̄. Primū quippe fundamētū est ipe euāgelice nostre religionis. Hoc fundamentū humilitas ꝓfundauit. patiētia ꝙquadrauit: pauptas extersit. charitas cemētauit. Oratio et cōtemplatio in fabricam erexit. leuate inquit Hiere. li. signū in syon. Syon speculās et reformans vitam ie su christi fuit anima glorioſi francisci vbi sicut in altiori loco christ⁹ vexillū sue crucis locauit qui lz sit eminētior situ et euidentior visu: non tamē est piculosior casu. Nam idē est altum q̄ ꝓfundū: quia vt dicit Luc. ix. qui se humiliat exaltabit. Et vbi humilitas: ibi christiana sapiētia est. Undecimū priuilegiū est honoratio. Profecto stigmata hec fuerūt in beato frā cisco insignia subtilissime dignitat⁹ atq̄ honoris. O q̄tus honor eisdē vestibus cū ihu celi rege vestiri. Unde merito cōuenit ei qđ Eccl. xlv. dicit. Corona aurea sup caput ei⁹ expressa signo sanctitatis et glozia honozis et op⁹ virtutis desiderio oculoruz ornata. Duodecimū priuilegiū est glorificatio. Naz sicut beat⁹ frācisc⁹ fuit vexillifer ihu christi in eccl̄ia militāte: sic post resurrectionē ꝑm doctores remanētibus in corpe suo ꝓdictis signis: vexillifer erit in ecclesia triumphante.

Articulus. iii. de triplici pfectione atq̄ ꝺ triplici parte euangelice pfectionis: que oia in beato francisco fuerunt in exemplū nostri.

